Vida, y obras del B. Amadeo

...xor... 7

n... 3

33.1
247

Archivij Neapolis Hispanorum Discalceatorum S. Petri de Alcantara; pro Provincia Matre Granatensi ... ome: ... ac:

B. Amadeo

el Beato Amadeo hijo de Rodrigo Gomez de Silua y de Doña Isabel de Meneses, hija de D. Pedro Meneses Conde de Viana, y deste se origina la casa de Virral, y fue primer Capitan de Ceuta] hermano de D. Diego de Silua primero Conde de Portalegre; tuuo por hermana la Venerable Virgen Beatriz de Silua fundadora de las Monjas de la Immaculada Concepcion de Ma. ssma. Virgen Madre de Dios. – fue Religioso Mer[illegible] penitentissimo, de profunda y muy prolixa [illegible]cion, muchas veces duraua 14. horas en e[illegible] de rodillas, extatico, profetico, todo caridad con [illegible] y el proximo; tuuo el don de consejo; Franco. Sf[illegible] Duque de Milan y su muger Blanca lo ten[illegible] por su consejero, y el Papa Sixto 4. lo hizo su Co[illegible] reformò la Religion, y los de su reforma se [illegible]mauan los Amadeos en Italia; hizo su [illegible] Conuento de Santa Ma. de la Paz en Mil[illegible] donde murio año 1482 –

Frequentò el monte Janiculo, v. de oro, Montorio comunmente llamado, donde fue el A[illegible]stol S. Pedro crucificado, lugar que dio Paulo [illegible] la Serafica Religion, y Sixto concedio muchos pri[illegible] En este monte por medio del Arcangel S. Ga[illegible] tuuo el B. Amadeo muchas reuelaciones; [illegible] llaman el nueuo Apocalipsis un libro, que s[illegible] ~~[illegible]~~ escriuio dellas, contra el qual e[illegible] el Padre Abraham Bzouio Dominicano en su[illegible] nales con demasiada satira, como tambien hizo co[illegible] Esco[illegible]

PP. Discalceatorum S. Petri de Alcantara Hispanorum -

Breve Compendium Vitæ Beati Amadei

Ex Cronicis Minorum R.mi P. Marci Vlyxponæ Episcopi Portuen. lib. 23. cap. 31. pag. 1395.

Beatus Amadeus Portugalensis, appellatus in seculo Ioañes de Meneses, fuit filius Dñi Rugi Meneses, ac Domnæ Isabellæ Meneses filiæ Primi Comitis de Villa Real, germani D. Didaci de Silua primi Comitis de Portualegre. Et cum in Aula Regia Portugaliæ demorasset, aliquas secretas afectiones in suo cordis hospitio recepit, ob quã causam in Italiam se transtulit, cũ occasione, e tempore quo Imperatrix D. Leonora filia D. Duardi Regis Portugaliæ recepta fuit in ciuitate Senensi, et Fridericus tertius Imperator suus sponsus cum quo et Romæ coronata fuit. Deinde Neapolim simul perrexerunt, et a Rege R. Alphonso eorũ patruelo magnificè ac sollemniter recepti; Postremo in Alemania trãsierunt. Ioañes autem de Meneses de Cœlo illuminatus, Mundũ cũ suis uanitatibus relinquere cogitauit; et primo nonnullis Seruis Dei in Eremis S.ti Hieronymi se adiunxit, ac breui tempore in uia perfectionis ita perfectus euasit, quod aliis forma, et exemplar sanctitatis erat: et dum quadã die Orationi uacaret, apparuit ei Seraphicus Pater S. Franciscus dicens illi, Voluntatem Dei esse, dum Assisium adire, ibiq. Ministrũ Generalem inueniret, a quo et habitum sui Ordinis gratiosè, ac humiliter peteret. Quæ apparitio tripa fuit, illamq. Christus Iesus, ac eius S.ma mater mirabiliter confirmauit. Abijt ig.r Seruus Dei, Asisiũ peruenit, et habitum Seraphicum suscepit, et ad imitationem S.ti Antonij de Padoua sui compatriotæ, ne agnosceretur

in Mundo, ac incognitus in eo se haberet; de Ioanne in fratre Amadorem suum nomen mutari uoluit, quod postea in lingua italica uersū fuit in Amodeum; et cum Asisijs inter fratres Conuentuales per aliquot annos dimoraret, omnia officia vilia Conuentus peragebat, unde propter suam humilitate de num.º Conuersorū esse uoluit, et inter humiles humilis; fuit inter simplices simplicissimus, inter obedientes obedientissimus, et inter pauperes pauperimus, Itaquod nunquam Cellulam habuit ex eo quia Ecclesia Cellula sua erat, diem, noctuq. in ea semper manebat. Orationi autem erat adeo intentus, ac diuinis colloquijs sic iugiter fruebatur, quod sepissime in extasim eleuabatur. Cuius deuotionis, ac Sanctitatis fama permotus D. Franciscus Sforzia Dux Mediolani, ac Ducissa eius uxor, ipsum ad eos Mediolanum ire procurarunt, qui suis orationibus se deuote comendarunt, ut eis filiū a Deo impetraret, et meritis eius gratiam obtinuerunt, Cui prefatus Dux Franciscus Sforza concessit locum et situm in Mediolano, ubi celebre Monasterium edificauit sub titulo: Santa Maria della Pace, et merito quia ibi spiritus suus quietem habuit, et pacem, dum suo tempore requieuit in Dño. In prefato Monast.º multos fratres sue Regule obseruatores educauit in Spū, et deuotione viuendo sub obedientia Fratrū de Obseru.ª; et auxilio munitus predicti Ducis cum autoritate Pris Ministri Generalis sui Ordinis litteris Apostolicis roborata, Incepit quādam Congregationē Fratrum, appellatam Amadeorum cum non nullis ordinationibus, ac Statutis particularibus ob maiorem obseruationem Regule S.ti Francisci, que Congregatio Amadeorū breui tempore creuit in tota Italia, et precipue in Lombardia, semper tamen sub obedientia Prum de Obseruantia.

Electus autem Sixtus IIII. Pontifex Maximus, ob singularem notitiam, et maximam deuotionē, quam Sanctitas Sua in B.to Amadeo

habebat

habebat, ad se Romam eum venire mandauit, & in Confessariu suum accepit, initiando illum sacerdotem, qui Pontifex multis priuilegijs, ac fauoribus suam nouam Congregationem Amadeorum exaltauit, & ampliauit. Concessit ibi Romę situm S.ti Petri in Monte Aureo, in quo loco Princeps Apostolorum fuit Crucifixus non multum distantem a Vaticano, ibiq. B.o Amadeus auctoritate Apostolica celebrem Ecclesiam sub titulo S.ti Petri Apostoli unà cum Monasterio ędificauit ex sumptibus Regis catholici Ferdinandi, ac Reginę Elisabeth uxoris eius, sicut manifestè apparet ex suis Armis, quamuis Rex Galliae per antea in fundatione predictę Ecclesię aliquot parua cementa iecisset.

Fuit prefatus seruus Dei Amadeus in magna veneratione, ac extimatione in tota Curia Romana ob suas preclaras uirtutes, vitę asperitatē, ac sanctimoniam. Toto tempore vitę suę unico solo, ac rudi habitu contentus fuit; Nudis pedibus absq. sandalijs semper incedens; Toto tempore ieiunabat, & solo pane, & aqua suum corpus reficiebat; post suū prandiū per duas horas satisfaciebat diuersis personis ad eum recurrētib, qui omnes uerbis dulcissimis, ac sanctissimis exhortationib solabatur, deinde se totum Orationi dabat in quadā Cauerna situata in predicto Monte Aureo, in qua multas apparitiones ac reuelationes habuit ab Archangelo Gabriele circa perfectā intelligentiam aliquorū locorū sacrarū paginarum, ex quibus omnibus quodam Volumen composuit, In quo etiam non rudes Prophetię continentur circà statum Ecclesię Romanę; de futuro Pastore Angelico: de Mutatione Regnorum, ac Conuersione gētium ad fidem catholicā; Qui liber intitulatur Apocalypsis noua, sensū habens apertum, licet posteà a Nonnullis uitiatus fuit, ac augmentatus cū suis imaginationibus, e chimeris, ita quod nō amplius B.ti Amadei, sed illorum ipsū hodie dici potest; Cuius scripturę exemplar est quod in hoc libro habetur.

Obijt hic servus Dei Mediolani in suo Pacis Monasterio decima die Augusti, Anno Dni 1482 Sepultus in medio Cappellæ Majoris; Supra sepulcrum vero est sculta imago eius in petra, capite circundato radijs, ut Beatus, septem claris Orbibus. Sic etiam pictus cernitur Romæ in Sacrastia Conuentus Sancti Petri Montorij, tenens in manibus ante pectus librū cum hac scriptione supra:

Aperientur in tẽpore

A' suis fratribus Amadeis plurima sua miracula narrantur.

Laus Deo

Amen

Jesus

Jesus Mariæ filius salvator hominum

Apocalypsis nova sensum habens apertum, & ea, quæ in antiqua Apocalypsi erat intus, hic ponuntur foris; hoc est, quæ erat abscondita sunt manifesta.

Raptus primus.

4° Amadeus fui raptus ex spelunca mea, ubi orabam in monticulo quemdam, et in rotam, ubi Deo astabant Angeli, et anime sanctorum quos colimus et veneramur, et dum ibi essem, pavor, et timor me obruit, nesciens verbum proferre: sed eram quasi homo sine sensu et cognitione. Tunc astitit mihi vir nobilis aspectu, decorus facie, et veste rutilans, et talibus verbis me alloquitur: Agnoscis me serve Dei? Ad quem ego: Domine mi, nunquam amplius in loco isto fui, nunquam talem cetum vidi; Nunquam talem splendorem sensi: Quomodo te cognoscere possum? At ille: Ego sum Gabriel ille, qui semper ad revelandum misteria verbi Dei fui missus; Cui tu oratione quottidiana te commendas: Ille sum ego qui Mariam verbi Dei Matrem salutavi, conturbavi, et confortavi; Nunc ergo, quia Dominus noster vult iterum misereri generi humano, et vult mundum purgare cunctis erroribus, et ad unum gremium veritatis reducere omnes homines, et Ecclesie sue preficere Pastorem, quem elegit, ut pascat oves suas, et nutriat populum suum in iustitia, et veritate: vultque hec sua secreta tibi communicare, ut futura que tu non vides in carne mortali constitutus, nunc videas, et consolationem propter tot labores tuos, et desideria tua sentias, et ut omnia diligenter advertas, et in ar=

armario tui cordis reponas, et conscribas, conscriptaq. serues, et custodias, nulliq. patefacias, quousq. Deus miserit uirum illum, qui librum à te conscriptum aperiat in tempore suo, quando Deo placuerit, et quia uoluntas Dei est, ut multa uana, et superflua de fide sua reuellentur, et ea, que sunt credenda purè et simpliciter credantur, me misit, ut de singulis sue fidei Misterijs te doceam, et tu ea conscribi facias: preparaui tibi illum, qui omnia, prout ex ore tuo audierit, conscribet, cuius tempore hec innotescentur, et Pastor ille, quem Deus ipse nouit, uniuersis promulgabit, sed caue, ne tu ea alicui dixeris, aut reuelaueris. quia uoluntas Dei est, ut tempore suo illum, quem ipse uult hec hominibus nota fiant. Audi igitur, et aduerte ad uerba oris mei. Te namq. tanquam simplicem et idiotam Deus elegit, ut omnes sciant, quàm magnus est Deus noster, et quam potens, qui infima eligit, ut fortia confundat, et idiotas, ut sapientes conuertat. Tunc ego aliquantulum resumpsi uires, et ad Angelum dixi: O sanctissime Angele Dei, in quo semper spetialem deuotionem habui, gratias immensas ago diuine dispositioni, et tuis intercessionibus, sed ex quo infinita sua misericordia placuit Dnō Deo sua misteria mihi pauperculo propalare, Dic mihi rogo, si inueni gratiam coram te: Quis est ille tam dignus, et celestis cetus, et qui sunt isti uiri tàm digni, tantaq. maiestate decorati? Respondit Angelus: Omnes hi, te diligunt, et omnes exultant, quia uident tempus aduenisse nuptiarum Agni, quas diu tota Celestis Curia desiderauit. Illi à latere, quasi sinistro seorsum sedentes, antiquitatem, et grauitate ostendentes, uultu, et gestu, sunt antiqui Patres, Adam primus Pater hominum, Abel iustus, Noe, Abraham, Moyses, Samuel, Dauid Rex, Esaias, Hieremias, Daniel, et Ezechiel. Ab alio latere, quasi dextro est Petrus cum reliquis Apostolis; Ille, qui inter hos, et illos, quasi in medio sedet, est Joannes

pre-

B. Amad.

Angelu[s]

de cognition[e] oium adstan[tium] in rota vvi[...]

precursor Domini, utriusq. lateris meruit habere, et quo nullus nec
ante, nec post dignior fuit; et qui iuxta illum sedet, est Joseph ille, qui
pater Christi meruit appellari. Multi alij, et precipuè sanctorum sunt
hic iuxta te, et in circuitu, de quibus erit tempore suo occasio loquendi.
Sed tu, ô frater suspice superius, et Regem simul cum Regina adora.

de adorat.ne Regis et Reginę celorum B. Amadei.

Suspexi ego, et uidi scalam, cuius cacumen uidebatur cęlum tange=
re, et cum fulgenti diademate uidi Christum Dominum scalę inni=
xum, et scriptura dicebat: Iterum ueniam ad uos, et gaudebit cor uestrum,
et gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Ex alia parte scalę scriptu=
rat: Apparebit, et non mentietur; si moram tibi facere uidebitur, ex=
pecta, qa ueniens, ueniet. Vidi, et Reginam illius Matrem ipsi Regi inni=
xam, et cuius ore exibat scriptura, dicens: Misertus es nostri generis, festi=
na, ne tardaueris. Et alia scriptura dirigebatur ad genus humanum
dicens: Non turbetur cor uestrum, leuate capita uestra, quia adest re=
demptio uestra. Vidi quoq. in circuitu Regis, ac Reginę quosdam, quos
agnoui non esse ex genere humano, et cogitabam illos esse Angelos, sed
mirabar ualde, quare ipsi altiores essent omnibus ceteris, et nouo Regis
patribus, et hic incipit noua reuelatio. Sic enim meq. admirationi Ga=
briel sanctus dixit: Noli mirari, omnes nos Angeli, et homines, conciues
sumus eiusdem patrię. Non tamen omnes homines maiores sunt omnibus
Angelis, neq. omnes Angeli maiores sunt omnibus hominibus, sed aliqui
de uestro genere maiores sunt omnibus Angelis, ut ille Rex homo, et
sua Mater Regina, atq. uestri generis minores sunt Angelis omnibus,
de quibus dicitur: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat,
alij sunt nobiscum mixti. Septem Angeli sumus, qui Genitricem Dei nos=
tri ueneramur, alios omnes nostri generis transcendimus: hoc ergo, quia
non est notum apud uos, intellige illud, et scribe, ut Pastor uenturus,
ea possit in Orbem terrarum promulgare. Dixi ego: Domine mi, qui sunt illi
septem

de p.a reuelatione Angel.

de septem Angelis adstantib. in conspectu Throni.

B. Amad.

septem spiritus omnibus maiores? Respondit: sex sursum vides, si me
connumeraveris, septem dimus. Et ego: Domine mi, quae sunt vestra
nomina? Respondit: Primus, quem ibi cernis, Michael est, quo nullus,
neque hominum, neque Angelorum dignior; Ipse est, qui cum magno
Dracone Lucifero conflixit, illumque superavit; et ego Gabriel se=
cundus sum; Raphael me sequitur, et Uriel Raphaelem, et alii
deinde. Tunc ego: Ergo neque Joannes Baptista, neque ille Apo=
stolorum aequabitur vobis; et ille; satis fuit, et valde satis generi vestro,
quod Dominus noster se fecerit hominem, et non apprehenderit aliquem
ex nobis; satisque est vobis, ut Genitrix illius Regis nostri veri Dei, et
vestri hominis sit praelata omnibus Angelis. Quod quidem (ut quidam de
hic assistentibus dixit; (et ostendebat beatum Hieronymum) de nullo
aliorum Sanctorum fas est credere; ut scilicet sit sublimatus supra
merita omnium Angelorum, et Archangelorum: nomine Archange=
li intelligendo [illegible] ascendendo, sed omnes, qui dicuntur supe=
riores Angeli; dictum tamen illud non fuit in cordibus vestris impressum.
Nam quotidie Sanctos vestros praeponitis omnibus nobis. Et ego dixi: B. Amad.
Domine mi, ego semper credidi, meum Patrem Beatum Franciscum
maiorem esse omnibus Angelis; et contentio fuit, quis maior esset,
Franciscus, an Joannes Baptista et Petrus Apostolus. Gabriel respon= Ang.
dit: Magnus est vir ille. respice ad latus dextrum, et videbis eum, re=
spexi, et inter Apostolos vidi ipsum, et plurimos alios: et dixi: Domine
mi: nonne 12im sunt Apostoli; et Paulum, et Barnabam, et Lucam, et
Marcum connumerando sexdecim: Ego autem video inter illos pluri=
mos alios. Respondit: nonne audisti in Evangelio: Vos, qui reliquistis
omnia, et secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, et centum,
et mille, quotquot tales fuerint, sicut fuerant bene illi, qui dixerunt,
ecce reliquimus omnia, et secuti sumus te. Postquam itaque tremebundus
sim

Ang. (margin, line 1)

De adorõe Dei ac matris eius.

sim, ac Sexies, Dominum Regem nostrum, et Reginam utroq. poplite, cum maxima reuerentia adoraui: quod subito feci, ut ipsum inspexi. Dixit Angelus: Quia cum Angelo loqueris, de Angelis loquamur: Accipe de nostra Creatione secundum reuelationem. Tunc ego, accipiam mi Domine; si tibi placuerit :. De Creatione Angelorum.

De creatiõe Angelor.

De Creatione nostra (inquit ille) uario modo locuti sunt etiam sancti Dei homines. Philosophi nulli putauerunt, nos æternos, et naturæ Diuinæ esse, ita quod nullo modo possemus deficere, non cognoscentes, solum Deum esse Regem seculorum immortalem; sed isti, qui uerbi Dei fide sequuntur: Alij putauerunt, nos fuisse creatos per multa secula ante totum mundum sensibilem; Alij tam tarde, quod post hominem; Alij prima die simul cum Cælo Empireo; sed Deus, quem illi sedile innixum uides, hæc Pastorem suum promulgare uult omnibus populis:

Nos Angelos simul cum Cælo Empireo fuisse creatos per multa seculorum intelligibilia secula, ante omnem diem illorum sex dierum, hoc est ante aliorum rerum productionem, et distinctionem; et hoc est, quod dixit ille senex (et ostendebat Moysem) In principio creauit Deus Cælum, et Terram; in principio, hoc est longe ante omnem diem: neque sciter numerans illius durationis; ideo scriptum est, et dies sæculi quis dinumerabit? Creauit Deus Cælum, et cælicolas, habitationes, et habitatores; et terram, non elementum infimum, sed Terram, hoc est materiam primam, et ita nos Angeli per multa secula, antequam uos homines essetis creati, laudauimus nomen Domini; Unde scriptum est: Ubi eras tu; quando me laudabant astra matutina? Tunc ego: Nonne omnia opera Dei facta sunt in sex diebus? respondit: à principio illo naturæ, et quasi Creationis, Terra; i. materia stetit, et mansit inanis, et uacua, et super eam

erant tenebre, idest confusio, et Chaos; quia omnia producenda erant in ipsa confusa; et super eam ferebatur spiritus Domini; quia voluntas eius et bonitas erat parata communicare etiam alijs, quam nobis Angelis, veritate, et bonitate, et esse. Creatio igitur nostra, et Celi, et terre, seu Abyssi, vel aque, hoc est, materiæ primæ, fuit ante omnem diem illorum sex dierum. Quando ergo placuit Deo; dixit: Fiat lux; et facta est lux; et vidit Deus, lucem, quod esset bona; divisitque lucem à tenebris, appellavitque lucem diem, et tenebras noctem; et factum est vespere, et manè dies unus; à Creatione igitur lucis illius incepit Prima dies:

De Creatione Mundi.

Tunc ego: Domine mi, fuerunt ne illi dies, unus post alium? respondit: fuere unus post alium: neque Deus voluit omnia facere simul, cum tamen potuisset; sicut enim omnia simul voluit in æternitate, et omnia opera sex dierum ex eadem materia produxit, sic poterat omnia simul producere; sed noluit. Tunc ego: Quæ fuit lux illa sic ante alia creata? non possum intelligere. Respondit: multis modis apud vos dicitur; sed ego dico tibi, quod fuit sol iste corporeus, qui omnia illuminat; et est tanquam oculus mundi, et causa precipua rerum generabilium, et illa die facti sunt Celi omnes planetarum, et Celum, quod sub Celo est Empyreo; quod vos vocatis primum mobile, quia Celum Empyreum immobile est, et firmum, ac stabile; domus, ac locus includens omnia corpora. Dico tibi frater, quod Iesus habuit magnum dubium, quomodo possent omnes Celi moveri, et maximè primum Celum, quod non est in loco: Itaudi me. Non potuissent moveri corpora Celestia, nisi fuissent in loco, in quo essent clausa, ipso in quiete permanente, et ipsum etiam moveri posset, si ab alio circumdaretur loco: eadem die

B. Amadeus Anglus

Quæ fuit illa Lux ante omnia creata.

die creavit Deus omnia quatuor elementa solum; noluit creare firmamentum, hoc est Celum stellatum; nec voluit creare Lunam, neque alias stellas, sed reservavit creationem illorum pro aliis diebus; et tunc ex nostris fratribus Angelis cuilibet Celo dedit proprium motorem; Motus est ab uno fratre nostro Sol sibi radians, illa die absque impulsu firmamenti: nondum erat enim firmamentum; et sic primum mobile (quod Prophetae Celum aqueum vocant) non contingebat Celos stare tantum, et Celum aqueum. Motus est Sol a primo puncto, in quo fuit creatus, et pervenit ad ultimum illum Hemispherii: quod est iuxta Paradisum voluptatis: et sic transivit ad Hemispherium aliud, et quousque rediit ad punctum Creationis, fluxerunt viginti quatuor horae; et sic a primo mane perveniendo ad aliud, transeundo per vesperam, factus est dies primus. In hac prima die creavit Solem cum suo orbe; deinde Celum Aquarum; quod etiam Celum Christallinum vocare consuevistis; deinde Celos planetarum cum suis deputatis planetis; postea quatuor elementa; ita quod Sol in illo Hemispherio paradisi per XII. horas non fuit visus, deinde cepit oriri; et tunc incepit alia dies, in qua Deus fecit firmamentum Celum, id est medium inter Celos planetarum, et Celum aquarum, et designavit quasi globos omnibus stellis, quas tamen tunc efficere noluit. Vide Consensum Dei; quod Deus poterat facere et fecit; ut Celum inferius moveretur superiori non moto, immo non existente; et quia mirabile est et magnificum illud Celum, in quo posuit Deus XII. signa, et omnes stellas; idcirco illud (sicut et Empyreum) noluit uno die solum creare, et condere; ut ostendat omnia esse ab ipso: et quod posset uni sine alio dare esse: Magnus est Deus noster, et magnitudinis eius non

est

est ivis. Declarabit Pastor dei, et ostendet haec populis, et linguis,
et omnes laudabunt nomen domini. Noli per firmamentum illum
locum intelligere, ubi nubes condensantur, quia illud non est
Caelum, neq. in eo Deus posuit stellas; sed Caelum sidereum dicitur
firmamentum, et ipsum est praecipuè nominatum Caelum, quia
primum inter visibilia, et altissimum, et admirandae virtutis, et
potestatis. Tunc ego recordatus sum: quod die quarta fecit Deus
duo luminaria magna, et dixi: Domine mi, Nonne quarta die factus
est sol.? dixit: Quarta die fecit Deus luminaria in firmamento,
quod est Caelum primum, ut virtute sua ad inferiora transfusa,
prodessent his inferioribus; et ostenderet, lucendo in nocte, et non in
die in conspectu solis, divisionem diei ac noctis, et pluribus earum
coniunctionibus inter se, et cum planetis forent signa multorum
eventuum, et distinguerent tempora, dies, et annos: Nam aliqui
dies, et anni, et aliqua tempora sunt unius conditionis, aliqua
alterius. Quarta igitur die facta sunt omnia Caelestia lumi=
naria, praeter solem, qui prima die creatus est: Non tantum
quia videatur praestantior aliis luminaribus; sed propter dis=
tinctionem diei ac noctis, et unius diei ab alio. Quando ergo
dicitur, fecitq. Deus duo magna luminaria; non dicit, quod
utrumq. fecerit illa die; sed enumerat luminaria facta, et p.o
die et quarta die: fecit Deus inter alia luminaria duo apud
nos homines, maiora visu, et notiora, nec non, et admirabilio=
ra. Rediens ad Cameram meam, vocato à Deo mihi praeparato
scriptore, Domino iubente, scribi subito feci haec pro libro Pasto=
re. —

Secundus raptus &

Raptus sum a studio, et inveni me in rota Sanctorum caterva-
tim Deo astantium; et Angelus Gabriel accessit prope me. Dixit
quoque mihi: noli metuere, invenisti enim gratiam Dei, et hi omnes
te diligunt, bene fecisti conscribendo ea, quae tibi iam dixerat: sed
dic mihi, si quid dubitas in scriptura, et docebo te; quia tempus est,
ut omnes gentes haec sciant. Dixi ego: quid possum dubitare, qui nihil
scio? multoties tamen cogitavi mecum, quomodo aliqui caelestium
peccaverunt? quomodo Deo rebellare potuerunt? Unde tanto pro-
prio subrepserit? Angelus dixit: Hoc hominibus etiam ignotum est.
Quomodo Angeli peccaverunt. Vos dicitis, Angeli peccaverunt, et verum dicitis; sed cur, et qualiter, igno-
ratis. Dicam tibi, scribe, et conscripta haec custodi, ut Pastor sciat
quod sit docturus populum suum. Nos Angeli omnes, non in parvis
et brevibus momentis (ut vos creditis) sed multis temporibus via-
tores fuimus; cognoscebamus Deum distincta cognitione per impres-
sam nobis a principio ipsius similitudinem, tamen non videbamus A*
Deum; cognitione illius in similitudine beati eramus (non in se) ipsum
enim agnoscebamus, et ipso agnito, ipsum, omnia alia cognosceba-
mus; non ergo (ut homines putant) singulas rerum similitudines
habebamus, neque plures, aut pauciores, sed omnes una Dei similitudi-
ne, et ipsum, et omnia alia intelligebamus. Omnes in gratia ipsius
eramus, et illi serviebamus. Deus igitur condidit nos, ut nos
probaret, et probatos aliis declararet; ut humiles exaltaret, et
de apparitione Dei in forma humana ipsis Angelis. superbos humiliaret. Audi rem mirabilem: Apparuit nobis in for-
ma talis hominis, qualem postea assumpsit, et nos agnovimus
formam, in qua nobis apparebat, et sciebamus illam non esse
formam suam; Tunc dixit nobis: Audite me Angeli mei: audite,

et

et percipite quę loquor ad vos; Numquid cognovistis, quis ego sum? Numquid nostis figuram, et naturam, in qua vobis appareo? Nos diximus: Novimus te esse Deum Conditorem nostrum; Novimus et formam illam esse formam hominis, qui non dum creatus est, et miramur de tam stupendo commertio, tamque admirando consortio, neque intelligimus quid sibi velit ista apparitio. Dixit Deus: Ut sciatis, et agnoscatis me decrevisse, et magno consilio firmasse, hominis naturam assumere velle; Voloque homo esse, et in utero cuiusdam Mulieris concipi, et ex ea nasci; Et aperuit nobis mentem, quod percepimus quę nobis dicebat; sed mirabamur, quare id facere vellet: subdidit; Ero homo ego, et homo erit Deus, et si deus, ergo et vester Dominus, vester Rex, vester Princeps, et vos omnes subijciemini potestati eius, colletis eum, et adorabitis sicut me; quia ipse, et ego una persona erimus: unica adoratione adorabimur à vobis; Illam quoque Mulierem, quam in matrem elegi, preponam omnibus vobis, Erit Regina vestra, honorabitis, et colletis eam, tanquam Genitricem Dei et Dominam vestri; hoc volo, hoc mando, hoc vobis iubeo; Qui

*B hęc fecerint, et facere voluerint, ostendam eis faciem meam, et gaudebunt in conspectu meo, in quo est bonum omnis boni in sempiternum. Qui verò noluerint obedire huic decreto, cadent à loco isto ad locum tenebrarum, et nebularum, et caliginum; neque donis, quibus vestivi eos, ulterius potientur; sed gratia mea spoliabuntur, et in locum detrudentur, in quo manere nolent, immo abhorrebunt, et semper amenitatem, in qua nunc sunt, cupient, et nunquam habebunt. His dictis, visio illa disparuit; Erant tunc nobiscum multi nobilissimi spiritus, inter quos unus precipuus erat, quem vos Luciferum

appellatis

de Sermone Luciferi ad Angelos. appellari; hic primus incepit alios alloqui, dicens: Quid nobis vide-
tur facere, fratres mei; iusta ne sunt mandata Dei nostri? scitis quid
sit homo, et quid sit mulier; non ne nos longe digniores sumus illis?
Non ne genus nostrum superat genus humanum? quae iustitia, quae
pietas movit Deum, ut homo esse voluerit, et non Angelus? cur
homini omnes nos subiicere voluit, potius quam uni nostrum? Ecce
Michael magnus est, Ecce Gabriel, et ego tuam dignus sum, vos videtis;
noluit nullum ex nobis assumere, noluit hanc summam dignitatem
alicui nostrum concedere; Ego id vellem: Ego Deus esse cupio: val-
de maior sum homine; Volo, ut homo me adoret, non ego hominem, nun-
quam consentiam, nunquam adorabo, nunquam tale mandatum iustum putabo,
nunquam aliquem illorum, qui oppositum sentiunt, amabo. Haec sententia mea
est: hoc consilium, hoc decretum. Tunc Michael primum, deinde ego, et pluri-
de Michaelis responsione ad Luciferum. mi alii, ita sibi respondimus. Dignus es Lucifer, et magnus es, dives et po-
tens es; sed Deus, qui nos (cum nos ipsemet) creavit, multo dignior, multo
maior, multo altior, multoque potentior te est, et omnibus nobis. Non licet
contra Decretum eius decretum facere, neque contra consilium, consilium, neque
contra sententiam, sententiam. Conatur ad impossibilia quicunque contra
ipsum quicquam tentat. Deus est, Dominus est, Voluntas eius iustissima, et rectis-
sima, et omnipotens errare non potest. Quicquid vult facere, potest, iudi-
care, et discernere decreta eius vanum et superbum est; humiliemus
nos sibi, subiiciamur non solum homini, sed ligno, et lapidi, si ipse iusserit,
si ipse voluerit. Illa iusta existimanda sunt, quae sibi placent. illud
opus pium, et bonum, quod ipse vult, esse non possemus ipso nolente. quid
mihi aufert, si mihi non confert? quod confert nulla obligatione tene-
tur. Quid habemus, nisi ab ipso datum et concessum? Invidere est, bonum
alienum videre non posse. Quid habere poterimus boni, si ipse nolue-
rit?

noluerit; certus sum in ipso, nec errorē cadere posse, nec iniustitiam: quicquid agit, bonū est, et dolere de bono iniquū est. mitigate Lucifer: humilia te, subditus esto Dēo tuo; sed Lucifer livore invidiæ, et odij et præsumptionis plenus, similia dictis eius replicare cœpit: iniustum Deum, et iniquum esse protestans; neq. suasionibus nostris assentiens, in nos quoq. odium, et iram suam effundere conatus est, quem multi ex Angelis secuti sunt, eiusq. sententiæ adhæserunt; plures tamen nobiscum stiterunt, facta quoq; est investigatio, Cur Deus voluit hominē tantū exaltare, et q̄dam asserebant unā rationem, et quidā aliam, et computabant eas; nos solidi in dilectione, et obedientia, dicebamus; satis est nobis nosse ipsū id velle, et velle, nisi bonum, et rectū, non posse. Adoremus Deū hominem, veneremur eius Genitricem. Orta est ergo inter Cœlicolas tempestas validā, et conflictus assiduus, decertatio continua durauit tempore n̄ pauco; nec tamen adhuc tempus erat. plurimi eorū dicebant, ubi sunt nebulæ, ubi Caligo, ubi locus ille in quem nos Deus includere minatur. Deus autē multifariā Luciferum hortabatur; ut à malè inceptis desisteret, expectauit conversionē. poterat enim ante casum converti. sed nunquam voluit et quamuis sciret, Deū errarē non posse, neq; iniuste agere. tamen adeò in sui amorē exarsit, et odio, ac invidia in hominem, q̄ eius ta videns, et bona; sequi noluit mala, concupiuit esse Deus, eo modo, quo, et homo nunc est Deus, videbat id possibile, et quasi rationabilius; quia digniorem homine se putabat, et natura digniori: nō placuit, ut Deus hominē sibi præferret, et ita p̄ferret, ut ipsius Dominū faceret, hæc est illa invidia, p quam intrauit

mors

de luciferi replicatione

q̄mo Deus luciferum hortabatur

ostinatio luciferi

mors in genus humanum, et in Orbem Terrarum. Videns autem Deus
quod tanta perversitas, et pravitas inveniretur in Angelis eius: lo=
cutus est ad nos, dicens, convenite in unam dilectionem, et in unam
obedientiam, et subiectionem; filij mei omnes estis, si mandata
mea non contempseritis. Expectavi conversionem eorum, qui aversi
sunt, nunc nihil restat, nisi ut sententia detur, et premium eter=
num obedientibus, inobedientibus vero supplicium perpetuum. Ecce
iam creare hominem decrevi, et pro ipsius [illegible], multa alia crea=
Deus adhibet medium ut rediret Luciferum ad eum. turus sum; et dixit nobis: Interrogate Luciferum, et socios eius, si
ad me redire volunt, et suscipiam eos; sin autem, creato Mundo deij=
ciam eos, et repellam ad loca caliginum, et tenebrarum. Michael et
ego locuti sumus cum illis, sed nil valuit persuasio nostra. Factum est
De conflictu Angelorum prelium magnum inter nos, et illos. Dixitque Deus: fiat lux; videlicet,
Sol (ut iam diximus) et creavit Solem, et Celis iam sibi nominatis, et
terra, ac Elementis ipsa die, qua fuit dies, ac nox divisa; etiam
nos fuimus divisi. Proiecti enim fuerunt (Michaele, et nobis alijs
pugnantibus, et Deo nobis favente) in hunc aerem caliginosum.
Hoc fecit presumptio, hoc invidia, hoc contemptus mandatorum
Dei. Divisis igitur spiritibus illis bonis, et malis, sic et lux a tenebris,
boni facti sunt dies, et lux perpetua; mali vero nox, et tenebre, et
nubila sempiterna; non quia natura mutaverint, sed quia malis
et tetris, ac obscenis operibus pleni, in caliginosum aerem fuerunt demer=
si; Creatis igitur omnibus rebus alijs ab homine, nobis Angelis
cunctis, qui remansimus assistentibus, seu astantibus, Dixit
Deus Pater ad suum filium, qui est verbum eius, et imago, ac

etiam

etiam ad Spiritum Sanctum. Opera nostra talia sunt, ut unus
sine altero nullo modo operari potuerit. Tres enim sumus, unus
Deus, fecimus omnia huic mundo necessaria; faciamus iam
hominem ad immaginem et similitudinem nostram, qui præsit omni= [de creatione primi hominis]
bus inferioribus. Cuius iam typum vobis, ò Angeli mei, ostendi:
Quia talem naturam hic Filius meus assumet tempore præordinato:
Hoc volo, ut et vos ergo concivem vestrum aliqua beneficia faciatis,
ut eorum obligatione ipse vos amet, tanquam benefactores, et vos
ipsum, tanquam aliquo modo opus manuum vestrarum diligatis:
corpus eius formate, et quæcumque vos facere potestis, facite; quæ
vos non potestis, nos potentia nostra immensa perficiemus. Tunc
omnes nos à maiore usque ad minorem lætati sumus, cupientes huma=
nam societatem, et omnes unanimiter Dei mandatis obtemperare
volebamus et quilibet cupiebat esse primus. Michael prior me
est, et Ipse conflixit cum Dracone Lucifero, quandiu et omnes conflixe=
rimus, et rogabat, ut Ipsum Deus ad hoc opus perficiendum mitte=
ret, similiter et ego, et alij nostrum unusquisque se offerebat ad iussa
explenda. Dixitque Deus: Tres egrediantur de quolibet Choro, qui nomine
omnium vestrorum id exequantur; de Choro itaque nostro egressus est
Raphael, Salthiel, et Uriel et ita de quolibet Choro inferiore tres nomine [Deus sanctis Angelis plasmationem hominis iniunxit.]
omnium, et de limo terræ illud corpus formaverunt, supplente Deo,
ubi Creaturæ virtus deficiebat. Factum atque plasmatum fuit corpus
illud valde pulchrum, bene organizatum ac omnibus membris dispo=
situm, temperatæ complexionis, tota caro Verbi, et Matris suæ,
quia caro unius eorum est caro alterius, præstantior fuit. Quo

corpore

corpore plasmato, et omnibus organis, adiutorio Dei, et secundis causis
influentibus, Deus superaddidit solus (quia in eo nulla creatura ipsum
iuvare poterat) spiraculum vitae, quia sive animam creavit
ita nobilem, et scientijs omnibus informatam, et univit illi
corpori, iam à nobis facto; Noli ergo credere illas animas simul nobi=
scum, aut simul cum sole, vel luna; sed post corporis plasmationem
fuisse creatam, simul et infusam. Adam ipse videbatur subito vir
perfectae aetatis; Non fuit sibi opus alio praeceptore, quia Deo, subito
agnovit Deum, sibi gratias referebat, et omnia creata secundum
suas species cognoscebat, et veniebant ad eum omnes ferae, et animalia
perfectiora, et quasi domino, iuxta quod poterant, applaudebant. Tunc
Adam cognoscens ex se progressuras omnes gentes, et considerans homi=
nis loquelam esse valde necessariam omnibus, quae in caelo sunt, et quae
in elementis, et ipsis caelis, atque elementis, nomina imposuit, et modus,
quo sua vota possit quis alteri exprimere ordinavit. Tandem
post aliquot tempus, praestita sibi, quasi obedientia à ceteris animalibus;
Deus iussit, et ipsum hominem associare eius usque ad Paradisum volup=
tatis. Ubi formata muliere (ut nobis notum est per scripturas ex costa

de format.ne mulieris hic, in Paradiso.

Adae) ipse videns eam iuvenem suae quasi aetatis, quoad aspectum, dixit:
Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, et quia anima
illius erat creata simul cum omni intelligentia, sicut et ipsius Adae;
intellexit subito significationem illorum verborum, et omnium aliorum
in parvo, et quasi minimo tempore, et loquebantur ad invicem,
non sermone aliquo, quasi naturali; (ut plerique grossi homines
putant) sed sermone ipsius hominis, beneplacito aliquando

cum

cum aliqua ~~voce~~ vone iuncto; aliquando mere ad psaltum; qui sermo
multo tempore absconditus fuit in Orbe Terrarum. His tanquam mirabili=
bus valde mihi intellectis. Dixi ego. Domine mi, audivi vocem tuam — B. Amad.
vere admirandam: occurrunt mihi quædam ambigua, si placet disse= — Angelus
re mihi illa, ex quo merui tantam gratiam. Tunc ille. Tu mereri=
sti hæc percipere, et consequare, ut Pastori electo à Deo hæc nota
sint, qui etiam alio modo nota fient. Tunc ego, si alio modo sibi
nota fient, quid opus est me conscribere. Respondit ad hæc, ut
sibi fama prius multis obscure innotescat, ut cum venerit, qui
iam venit in Mundum, dignior appareat. Sed vero dicere potes, quæ dubi=
tas. Dixi (hæc sunt mitissime Dei Angele) quæ propono; dixisti
mihi antea, septem ex nobis tantum assistere Deo, et tres, vel qua=
tuor nominasti; Nomina aliorum non propalasti. Si possent
scivi; manifesta ea, pro mei spirituali consolatione. Deinde vide=
ris dicere omnes assistere Deo, et anteà dixeras tantum assistere;
Deinde quæro, qualis locutio sit illa: Faciamus hominem ad im=
maginem nostram, potius enim videtur dicere debuisse: Facia=
mus hominem imaginem nostram, quam ad immaginem nostram;
Tertiò scire vellem: an aliqua alia anima fuerit creata cum
habitibus — omnibus scientiis, seu ~~habitibus~~ cognoscendi ~~omnia~~, quam anima Adæ et
Evæ: Gabriel locutus est, dicens, Septem ex nobis viciniùs alijs
quibuscumque assistunt, sicut et futuro electo septem super alios assi=
stent, omnes tamen assistunt iugiter, quia omnes assiduè cernunt, illorum
septem nomina non enumeravi, nunc ea cognosces. Michael — de nominibus 7m. Angelorum
est primus, Ego secundus, Raphael me sequitur, ipsum verò Vriel,

Vrielem

Urielem autem Sachiel, et ipsum Cucharliel. Septimus est Barachi-
el. Quando queris, que solutio sit illa: Faciamus hominem ad imma-
ginem nostram omnibus expositionibus verborum supersedeis: hunc
accipe sensum: Faciamus hominem, qui sit imago aliquo modo et
similitudo nostra. Ad aliud, quod postremo dubitabas, dico, tres

De trium animarum creatione, que create fuerunt cum omni perfectione.

animas fuisse, que create sunt cum omni earum perfectione, videlicet
illa Dei, et anima Regine celorum, et Domine Angelorum. Tunc ego;
illa Christi? Respondit de anima illius nil dicimus hic; Quia, an
habuerit animam aliam a Deitate, videbitur loco suo, contra multos
errantes. Tunc ego. Prosequere incohata Angele optime, et noli aspi-
cere ad ruditatem, et temeritatem meam. Et ille: Non dico tibi omnia,
quia non oportet; tege stultitiam, et adverte ad illa, que tibi expri-
muntur. Dico tibi, quod formata muliere valde pulchra, Adam

Adā valde dilexit Hevā

nimio Amore dilexit eam, quia, et ex ipso sumpta erat, et quia
unica sibi similis, et quia erat adiutorium similia procreandi;
ad que suapte natura incitabantur. Tunc ego. Domine mi. Multi de
nostris dicunt nullum amorem carnis inter eos fuisse, et si coissent,
nullam delectationem experti fuissent. Ad quod ille: Stultum
est sic opinari; sicut enim homo delectabatur gustu gratia conser-
vandi se ipsum, ita delectatus fuisset venereis gratia conservan-
di generis humani. Dico tibi Vir Dei, quod apud vos turpe sonat,
propter malam voluntatem hominum, et varia vitia, in que inci-
distis; Quod in statu nature a Deo institute, et cibus, et procreatio
posteritatis longe suavior fuisset, quam ea, que nunc apud vos
est. Neque tunc libido dicta fuisset talis suavitatis, neque
concupiscentia, neque ignes, aut ex membrorum, sed sincera

suavitas

suavitas absq. ulla rationis perturbatione; immò fuisset cum
ipsius rationis non parva corroboratione. Eva igitur Mater
vestra, valdè amabatur à viro suo, quem ipsa quoque amabat.
Tunc Lucifer videns utrique eorum esse prohibitum, ne de ligno de 1.a tentat.ne Evae
quodam, quod ab eventu infelici appellatum fuit, lignum scientiæ
boni et mali, sumerent, de omnibus autem alijs vescerentur;
accessit in specie serpentis in illum paradisum voluptatis, et considerabat
ab exterioribus signis corda eorum et dicebat apud se; si unum
eorum vicero, utrumq. vincam, nam admodum diligunt se, et dicebat
sibi ipsi, à quo illorum incohabo? et conclusit, quod potius speraret
vincere mulierem, qua victa, facile vinceret virum. Nulla
enim Mulier tantum amavit Virum, et ipsa tantum fuit amata
à viro suo, quantum Eva Adamum, et ipse Evam amavit præter
amorem illum insuperabilem, qui fuit inter Christum Dominum
et Mariam Reginam nostram, et vestram (quamvis ego quan-
do dixi, nostram, utrumq. includebam, quia nos Angeli, et vos
homines sumus concives, et compatriotæ, et ad unum finem ordinati)
Prima itaq. temptatio facta mulieri, fuit interior occulta, qua
instillavit serpens, ut mulier extolleretur in corde suo, et de seipsa
præsumeret, tamquam pulchra, et decora, et in hoc non decipie-
batur, quia talis erat. Sed conatus serpentis antiqui erat indu-
cere eam in amorem sui ipsius, quia et ipse illo modo peccare
ceperat. pluribus igitur vicibus, et aliquibus diebus studuit eius
mentem pervertere, sed non poterat plenè; tandem in hoc obti-
nuit victoriam, quia mulier intus in corde suo fuit elata,
et presumpsit. Tunc diabolus gavisus est, et videns eam iam

peccasse

peccasse, et ita errare posse, conatus est eam ducere in erro=
rem, et in stultitiam, que est pena peccati, et rebellionis Dei; et
una dierum apparuit sibi manifeste iuxta arborem illam ve=
titam: cuius fructus mulier aspiciebat, et considerabat, et dixit:
Quare non imples desideria tua; quare non comedis de fructu
illo suavissimo; ut quid te affligis; comede, quid times; Et illa:
Non licet mihi inde sumere; Deus enim precepit nobis de illo solu=
modo non sumere, de omnibus his, que vides uti possumus,
illud tantum nobis tangere non licet; Tunc ille sibi suris: cur nobis
ita precepit Deus, nunc, nunc comederetis, et bene esset nobis; Et
Mulier, dic mihi, rogo te, causam huius precepti. Et ille, Dominus
nil habet excellentius sua scientia, quam adeo amat, et in illius
amore tantum ardet, quod nollet ullo pacto, ut alius eam haberet; et
quia scit omnem intellectum esse capacem, et idoneum ad sciendum
quecunque iste scit, quia nihil est intelligibile, quod intellectus non
possit intelligere; Ipse volens hanc excellentiam pro se solo reti=
nere, impediuit omnes alios intellectus, ne possint cognoscere omnia,
sed pauca, et quia esus illius ligni multum confert ad sciendum,
imo qui illo vesceretur, in brevi tempore evaderet doctus in omnibus.
Mulier admirata dixit ei: dic mihi, quis tu sis, et quando hec nosti;
Lucifer ait; Ego ille, qui manebam in alterius para=
disi longe melioris, fui, et isto nomine, quod mihi Adma aliquid digno=
sis pro excellentia mea: Lucifer sum, qui idcirco Deo subijciendus
quia ime impediebat agnitionem multarum rerum, sicut et vos
nunc; mihi crede si comederitis de illo ligno tu, et socius tuus, eri=
tis quidem Dij: omnia cognoscentes bona, et mala, utilia, et no=

cino

De verbis Heue ad Serpentem.

nocuo, et uiuetis in æternum, quod ipse nollet. Itaq. et gratiã scientiæ, et gratiã uitæ sempiternæ prohibuit nobis Deus esum illius ligni, ut parum sciatis, et minus uiuatis; Tunc mulier: nunquã id facerem, uiro meo inconsulto; Et ille, comede prius tu, et si probaueris uera esse in te, quæ ego dico, dabis postea de his uiro tuo; Mulier non consensit, sed uiro suo uerba õnia retulit, Qui dixit mulieri: Caue tibi ab isto, quia sicut ipse Cælum, sic et nos possemus amittere hunc paradisum. Videns iterum Lucifer mulierem solam, arborem illam respicientem, dixit, Cur non comedis? quis te impedit? sume, sume, non cures; Tunc Mulier: tu Deo fuisti inobediens, et amisisti Cælum, et Ego si mandata eius non seruo, nonne amittã hunc locum, et forsan uitam? sic enim dixit Deus: In hora illa, qua comederitis, morte moriemini; Et Diabolus ad illam; nequaquam moriemini, nam in tali horoscopo et tali aspectu siderum plasmati estis, qđ ꝓ longa serie sã uiuetis, et ostendebat ei per influxum stellarum ea, quæ dixerat, et uidebatur causa bene assignata; Sed non aduertebant, neq. ipsa, neque Vir ad morte, quã mori tur erant præuaricates diuina mandata. Quo factũ est, quod tam ipsa, quam Vir eius agnouerunt se probene non morituros, iuxta rationes à Lucifero assignatas, quæ ueræ erant. Sed non aduertebant Deum posse augere, et diminuere dies hominis sua potentia, neque de mortis natura et conditione cogitabant, Nam illis mors erat exilium, et quæ Domini, et loci conceffi, et ex tunc minus curauerunt de mandato, uidendo penam illam se non incursuros, Quod super omnia displicuit Deo.
— Tunc ego dixi, Angele Dei, quomodo autem peccatum fuit error? Nam multi dicunt, quod error est effectus et pena, à peccato procedens;

Et

De inductiõe Heuæ, à serpẽte

Et ille respondit: Non errabant in hoc, quod se non incursuros mortem putabant, quia id uerum erat, quod non incurrerent eam, sed non aduertebant de morte priuationis gratiæ seu Iustitiæ, neque de necessitate moriendi; Dico tibi plus, quod mulier iam peccauerat elatione, et uir eius non erat omninò sincerus; si ergò postmodum errassent, non est mirum, quia et errauit Mulier in multis, sed non antequam esset elata, neque Adam antequam incepisset in corde suo complacere Vxori ad esum prouocanti; subitò enim, ut uerba eius patienter, et cum affectu quodam audire uoluit, et similiter rationes intelligere, peccauit, quam quis nondum in pomi esum conuenisset, Quia non solum peccatum est contra uetita facere, sed etiam suadentem talia patienter audire, et rationes uelle intelligere, ut eo magis de mandato minus curet ex eo quod illud posset impunè præterire. Mulier ergo sicut longè ante uirum elata est, et peccauit, sic, et ante illum errauit, et seducta fuit. quando adhuc Vir rectus erat, et minimè seductus: in pluribus etiam fuit Mulier seducta, uir in paucis, idcircò poterat dici non seductus; Mulier in prima temptatione exteriori fuit seducta, quia antea fuerat elata suggestione interiori. Vir non in prima, aut secunda, sed postrema quinta, et sexta; sæpius enim Mulier retulit uerba similiter, et suasit: sed uir constans fuit. quousque uolens complacere uxori scire uoluit, et petiit rationes serpentis de immortalitate; et alias impatiens fuerat, neque libenter eam audiebat, imò ne talia diceret, reprehendebat, illa uicta ... cœpit audire

de Hua seducta a serpente

attente

attentè, et lextopenè intellexit. Non fuit ergo seductus statim, sicut
neque statim peccavit. Ego iterum interrogavi: Mi Angele: Mihi
videtur, quod à principio quando acceperunt mandatum, ambo erra-
verunt. Nam Deus dicit: in quacumque hora comederitis, morte moriemini;
Non intelligebat de morte corporis, tunc futura; sed de obligatione ad illam,
et de morte animae; quae fit per privationem gratiae, seu iustitiae originalis.
Et tamen ipsi videbantur intelligere de morte corporis pro tunc quando
fieret transgressio, ergo errabant. Respondit Angelus: accipe homo Dei:
hoc, et bene simplex: non videtur errare, quando aliquis ignorat, vel
putat aliquid posse multis modis accipi, quamvis ipse nesciat proprie
illud esse intelligendum hoc modo vel illo; sed potius dubitare; sed ille
errat qui dicit, et putat aliquid pro certo esse verum, quod tamen est
falsum; aut pro certo falsum, quod tamen est verum. Ante peccatum
ergo multa poterant ignorari, et ignorabantur, et dubitari, et dubi-
tabantur. Sed nullum falsum putabant pro certo verum, neque
verum falsum; illi ergo noverant illam comminationem in generali,
sed ignorabant, an praecise hac morte, vel illa, et an subito, vel postea
essent morituri, sed non existimabant pro certo unum modum, et
ideo non errabant, sed ignorabant, et dubitabant; nam neque nos Angeli
neque beati sciunt omnia, qui tamen nunquam peccavimus. Multis
tentationibus diu iam capta primo Muliere, deinde et ipso viro,
non tamen volentibus in actum exire illius pomi consentire; tandem
Lucifero instigante, consenserunt, et mulier primo sumpsit, deinde
porrexit viro suo; qui edidit potius, ut complaceret, quam ut cibum

sumeret

sumeret, imo ingluttivit illum, veluti cibum displicentem: et sic uterque

qmo homo factus est mortalis. confactus est corpore mortalis, animo vero alienus à Deo: amisit

omnia dona, que fuerunt eis permissa, immortalitatem, et obedien=

tiam animalium, et omnis Creature subiectionem; Nil enim eis noce=

re antea poterat. Tunc ego: Si homo ante peccatum immortalis erat

quomodo factus est mortalis subito; et si mutatus fuerit de natura

una in aliam, scire vellem, et rogo, ut id mihi declarare digneris; et

ille: bene constat, te esse, unum hominem, qui credas naturam hominis

unquam fuisse immortalem; Homo, et omne compositum ex pluri=

bus rebus, est dissolubile: sed dono Dei erat homini concessum, ut si

obediret mandatis, posset immortalis semper perseverare, non quia

ex sua natura talis esset: sed quia Deus obedientem preservasset, et

in eternum conservasset; dico tibi plus, quod multi ex vestris non capi=

unt, nullum etiam Angelum immortalem sic esse, quin postquam

factus est desinere possit, quanto magis vos, qui luteas habetis domos.

et habetis terrenum edificium; Homo ergo erat aliquis gratia immor=

talis, et non natura, peccando vero homo, Deus non dedit illi naturam

novam, sed reliquit eum in ea, in qua ex naturali conditione manere

debebat. Tunc ego: Mi domine, dicite, si placet, que differentia sit

inter nostram naturalem immortalitatem, et illius primi hominis?

Angelus respondit: ista enim sunt secreta futuro Pastori revelan=

da; Nam talia possunt sciri aliter, quam per sanctam revelationem.

Maneamus verbum Dei in his, que nondum venerunt Ecclesie revelata.

Scire tamen debes, quod res incorporea, et immortalis, et animata,

illa enim, et à se ipsis, et ab aliis rebus, que non sunt Deus, destrui

possunt: Nos autem ita sumus immortales, quod nullus preter eum

nostrum

nostrum posset nos destruere: vos habetis et intus, et extra vestri
destructionem, sed haec dimittantur, ut ad secretiora deveniamus. Audi
ergo Vir Dei: subito ut primi parentes vestri, quod diu cogitaverunt,
opere confecerunt. aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt se esse
nudos, et absconderunt se a facie Dei. Tunc ego. Hic valde miror,
quomodo aperti sunt oculi eorum post peccatum, Nam potius clau=
si fuerunt, quia minus scientiae habuerunt, si enim aperti fuerunt,
tunc oculi eorum videbitur verum dixisse serpens ille maledictus:
eritis scientes bonum et malum. Miror etiam quod ante cognoscentes
alia omnia, et non cognoverunt se esse nudos, et deinde peccantes,
acquisiverunt talem cognitionem. Gabriel fortitudo Dei sic respondit:
Homo Dei audi me, aperti fuerunt oculi eorum, non ut magis scirent
post peccatum, quam antea, sed quia post peccata interiora, lapsi
erant in multos errores; confirmato peccato divino Iudicio, ut
conscientia propria sit iudex unicuique, id factum est, ut agnosce=
rent omnes deceptiones, et insidias, et machinationes, et lascivi=
vios cogitationes et pessimos consensus, et cognoverunt se esse
nudos, quia iustitia spoliatos, divina benedictione privatos,
et abscondere se procurabant a facie Dei. Quia videntes haec omnia
fingebant, quantum fieri poterat, se illa non amisisse, sed quasi non pec=
cassent, aut contaminatos esse; cognoscebant malum, sed cognosce=
re nolebant, imo illud obumbrare, et abscondere a facie Dei cupie=
bant. Ideo apparuit Dominus post meridiem ad auram, quia luce
meridiana erant ei opera eorum clara; ideo illa hora, ut sciret
ei nota esse omnia, et ipsos a facie eius abscondi non posse.
Venit Dominus, aure sonitu praecedente; id erat enim signum
ipsius

quomodo aperti sunt oculi eorum post peccatum.

ipsius adventus, ad quod signum ipsi flebant (si alicubi solita sunt) se ostendere, et palam facere, et quamvis ipsi primo noluissent peccatum agnoscere; tamen deinde flere coeperunt et ingemiscere de peccato suo. et tunc venit Deus ad vocandos illos, sed Adam, tanquam principaliorem, et qui se, et uxorem regere debuisset, clamando: Adam, ubi es, tu credis esse in coelo et es in inferno? credis te factum Deum, et es miserior homo, quam unquam fuisses; imo comparatus es iumentis insipientibus, et similis factus es illis. Tunc ille (ut genere dicunt vestri expositores) noluit recognoscere peccatum suum in Deum, qui sibi dedisset Mulierem deceptricem, et Mulieri suae vero Serpentem, et ita communiter omnes estis in hoc veri filii Adam patris vestri, et Evae matris vestrae, quia omnes, ut plurimum, peccata vestra in alios retorquetis, et ipsa a Deo, imo a vobismetipsis abscondere conamini, quia nolletis errores vestros intelligere propter superbiam, et praesumptionem vestram: quod summe Deo nostro displicet, quia magis amat peccantem humilem

B. Am. quam iustum superbum. Tunc ego subito addidi: quomodo, Domine, potest esse superbus iustus. Respondit: Homines, ut plurimum

nota. credunt se immunes a peccato, si vitia carnis non prosequuntur; superbiam, inanem gloriam, et praesumptionem peccata esse non perpendunt, et ita sibi iusti videntur, minime peccantes; apud nos maiores peccatores existimantur. et superbi, qui plus peccant, quam abstinent a carnalibus desideriis, videntur apud vos iusti, quia minora magis vitatis, maiora nec agnoscitis. Quod

peccatum

peccatum fuit nostri quondam socij Luciferi nisi presumptio et cupi=
ditas dominandi? Sed revertamur. Parentes illi vestri non fuerunt
subito corpore mortui; sed tamen obligationem moriendi incurre=
runt et privati fuerunt omni dono, et redditi naturae propriae.
Gratia enim, non natura eis posse non mori concessum fuerat,
et appetitus inferior ex gratia, et dono dei erat subiectus ratio=
ni, non autem ex sui natura; ideo facto peccato, rediit homo ad illa,
quae suae naturae erant, circumdatus pluribus tribulationibus, quae
exprimuntur in verbis illis: in sudore vultus tui comedes panem
tuum, et in dolore paries filios tuos. Deus autem non apparebat
eis in forma Deitatis, sed in forma, qua etiam nobis apparuerat,
quando nobis mandatum de adorando filio suo, tanquam homine,
proposuit. Apparebat ergo eis, ut homo. Tunc ergo Deus iratus,
non minus contra excusationem patris, et Matris vestrae, quam — de expulsione primorum parentum a Paradiso
contra peccatum ipsum in se, praecepit nobis omnibus, qui eum
in locum conduxeramus, ut ipsum cum Uxore (quae nunquam
extra paradisum fuerat, quia in paradiso Dei creata fuerat?)
expelleremus, et locum illum custodiremus, quod effecimus con=
gaudendo divinae voluntati simul, et aliquo modo condolendo
homini consocio nostro, et concivi. Eva plorabat, Adam non
sine lachrymis gemebat. Vide quid actum fuerit a nostris in Para=
diso nostro et quid a vestris in Paradiso vestro. Sed vestri liberatio=
nem meruerunt, quia tempus poenitentiae extra paradisum
positi, habuerunt, et usque ad mortem expectati fuerunt, nostri

autem

ante, quia mori non poterant, casum pro morte acceperunt.
Ego diu steteram in una dubitatione: quomodo Diabolus potue-
rit interius mulierem temptare? sz. inspiter audiendo nova,
pulchra, et scitu delectabilia, tamen ratio. Tamen hic claman-
do dixi, dubium Domine, dubium diu retentum, ut mihi declarare
rogo. Tunc ille, credis, quod non viderim cogitationem tuam,
et desiderium tuum? vidi, et accepi, et dico tibi, quod Lucifer temp-
tavit hominem, antequam peccasset, temptatione interiori,
non movendo interius ordinatissimas vires suas ipse, sed ex-
hibendo exterius suis sensibus quaedam, quibus eam movere-
ret in superbiam et praesumptionem sui, ita quod potius circa
sensibilia laborabat, ut ipsius Evę sensum et mentem im-
mutaret illo modo, quo ipse Lucifer cogitabat, quam quod in fanta-
siam, aut in intellectum eius quicquam imprimeret. Ecce
respondi cogitationi tuae. His dictis, et auditis, reductus sum
in locum meum a sanctis Angelis, qui me hortabantur, ut ad
socios meos redirem, et visum corporalem sumerem, et ita feci.

Raptus tertius.

Una dierum, dum frequenter meditarer, fui raptus in eandem rotam,
in qua erant Domini, et veteris testamenti patres, et sanctorum Ange-
lorum innumerabiles exercitus: Deo, et toti illi curiae super soles,
et astra omnia lucidissimae curiae debita reverentia exhibi-
ta, cum omnes silerent, ne sciebam, nec loqui atque quid dicere, et
ecce iterum sanctissimus, et suavissimus Gabriel Angelus ante
me astitit, mihique dixit, noli iam timere, nil enim novi tibi
factum est. Consuetus es in visionibus Dei. Sed (ut alias dixi)

quaeque

quecumque tibi dicuntur a me ex parte domini dei nostri, quod scale innixum vidisti, et nomine huius celebratissimi [illegible] et Collegii, illa tibi revelavi, ut omnia conscribas diligenter, et conserves, ut sint futuro Pastori. Cui liber hic servabitur in eruditione sui, et aliorum. Sicut ergo [illegible] memoria eorum, que hic audisti, non te derelinquet. Tunc ego, Domine mi, hic tam praesanus, tamque sanctus, et bonus Pastor, quando veniet? et quando apparebit? quando tantum bonum, et tam amplum donum conferet Deus clementissimus populo suo, et fidelibus suis? Quando veniet hic magnus, et electus Dei? Subridens Angelus, dixit: interroga, interroga hos patres tuos, qui sunt in rota tecum. Conversus ad illos cum magna reverentia rogare cepi; Tunc Petrus Apostolus (omnibus annuentibus, ut ipse diceret) ad me conversus dixit: Homo Dei, vis tu maior Apostolus Dei esse? Quid tibi respondebo: nisi quod ipse Dominus respondit nobis cum de futuro quereremus: non est vestrum nosse tempora, vel momenta, que Pater posuit in sua potestate; Tunc ego, tali responso accepto, tristior factus, demisso vultu, terram aspiciebam: illi autem Patres subridebant: Angelus vero me in maxilla tangens, dixit: Alacris esto, et Domini mandata serva, qui dixit, petite, querite et pulsate; nam quod petentibus non datur, querentibus conceditur, et quod querentibus [illegible], pulsanti aperietur. Nunc ipse manda aliquo de adventu eius. Eliget sibi Deus virum secundum cor suum, et ponet eum pascere

gregem

de futuro Pastore et eius [ap]paritione

nb nulla [illegible] futuro Pastore

gregem populi sui, qui etiam magna auctoritate sibi à deo tra=
dita librum istum aperiet, et omnia misteria in eo conscripta,
omnibus populis aperiet, et manifestabit et docebit omnes gentes
voluntatem Domini dei sui: quem toto corde amabit. Interim
tu librum istum preparabis et claudes usque ad tempus huius pa=
storis iam à deo electi. Liber hic scriptus est intus, quia de inti=
mis secretis docet, et tractat; et foris, quia etiam multa nota
omnibus in ipso ponuntur. Quando apparebit ille dei electus
pastor, tunc ego Gabriel qui tecum loquor mittet deus ad confir=
mandum, et propalandum omnia secreta libri huius: necesse
= est enim, ut multa que non sunt in fide vestra manifesta, per
ipsum manifestentur, et nè ullus habeat excusationem. Ego
primus in signis, et prodigijs apparebo, et hec omnia in tabulis
conscripta ei portabo. Eligetur cum admiratione et stupore omni=
um. Cuncti Reges venient ad eum, et adorabunt eum, et leta=
buntur de tam sancta electione et de Pastore tanto tempore
à bonis desiderato, erunt qui sibi adversabuntur. Sed deus confrin=
get capita inimicorum suorum, et prosternet eos, ut sciant hi, qui
obedientes, et qui abscedentes, quia manus Domini fecit hec. Om=
nes gentes infidelium ad fidem veram convertentur, et ei sicut
patri obedient, et reget omnes gentes in timore dei, ipse, et
successores eius temporibus multis. Erit omnium hominum unum
= ovile et unus Pastor. Canones, et antiquas patrum consuetudi=
nes observabit, omnes pravas leges, et consuetudines extirpabit

bona

bona inserêt, et plantabit: curam habebit magis animarum, et spiritualium negotiorum, quam temporalium, neque ad thesauros intendet, nisi quod Ecclesiæ expediens fuerit et Orphanis, viduis, et alijs pauperibus; Tunc ego cum benedixi. O Deus: quando populus Christianus nunc tanto infelix, tanta felicitate perfruetur? sed ex quo tempus adventus tam magnifici scire non valeo, sed eamus ad nostros primos parentes. Ego
I. dictis alios cognosco, ipsos peccasse in paradiso, antequam ejicerentur, neque tamen subito morti obnoxios fuisse, imò in eadem conditione stetisse. Respondit Angelus. Subito, ut mater vestra elata est, amisit gratiam Dei, et quoad animam mortua est, sed corpus remansit in pristina conditione; sed quia Deus dixerat: in quacumque hora comederitis morte moriemini, et non in quacunque hora peccaveritis peccato interiore elationis, ideo post esum illius ligni morti corporali obnoxij esse ceperunt. Et ego: mi domine, quomodo post peccatum consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata? ubi erat acus? ubi filum? Respondit, locutus est Propheta consuetudine illa, quæ tunc erat quando scripsit, illi enim nondum habebant acus, neque fila, sed herbis subtilioribus frondes arboris, de qua comederant, colligaverunt, ac si consuti fuissent, quod factum est, ut ostenderetur, quod per membra illa propagationis essent obnoxij morti. ideo et erubescebant, et dolebant, et membra illa abscondebant, magis propter hoc, quàm propter motum aliquem ipsorum

p.mo pri[mi] parentes peccaver[unt]

membrum

membrorum. Quod autem dicit; Deum fecisse illis tunicas pelliceas; hoc ita est intelligendum, quia docuit eos vestimenta fore necessaria in loco, ad quem exituri erant; quae possent facere ex pellibus animalium, et lana, et lino; ita quod eis uterentur potius ad necessitatem, quam ad decorem; et quod folia arborum non erant instrumenta apta supplendi tali necessitati, dixit Deus, et homo, tamquam sapiens, illico intellexit genera vestium, quibus uti posset, etiam nullo animali interfecto. Sed potentia sua Deus fecit tunicas pelliceas. hoc est fecit pelles, et formam dedit tunicarum; sicut ergo Deus tunc fecit pelles novas, et tunicas ex eis, poterat facere pannos splendidos, et holosericos; sed noluit, ut doceret eos, vestimentis uti oportere ad necessitatem, non ad pompam, et curiositatem. Tunc ego: mi Domine, tu narrasti mulierem creatam fuisse, translato homine in Paradisum, et tamen scriptura dicit antea: in sexta die, Deum creasse masculum, et feminam, et eis benedixisse. Respondit Angelus: scio te idiotam talia dubia proponere nescire, sed Domini voluntas est; ut ea proponas, et ipsius gratia concedente intelligas; dixi, vere Angele Dei, numquam me talia cogitasse memini, et ipse met miror; Unde in mente mea volvuntur mihi inconsuetae cogitationes, et ille: istam gratiam pro communi hominum utilitate concessit tibi Deus; Dico ergo: ut sciant omnes populi, sexta die solum virum fuisse creatum, tamquam stipitem totius generis humani, et hoc bene fatentur etiam vestri scriptores; sed hoc scito, quod constructio verborum Moysi sic construenda sunt; Quando dixit; ad immaginem Dei creavit illum: debet sequi, sacrum est

ita

Adá sexta die fuit creatum

est ita. Viditq; Deus cuncta, quę fecerat, et erant valde bona. illa vero verba, quę incipiunt, ibi: Masculum, et fęminas creauit eos; usq. ibi: Et non habeant ad vescendum: sunt interposita, et debent intelligi dicta in paradiso, plasmata muliere. et quia aliquo illorum, etiam ipsi Adę adhuc soli dixerat Deus, tunc enim eum Dominum omnium aliorum constituit, et cibum assignauit; ideo, et Propheta, et q. tunc Deus dixit, et q.a post ~~creatam~~ Vxore simul posuit. Vnde et preceptum de non comedendo fructum fuit illius, creata uxore, Deus apposuit. Tunc ego abundant mihi dubia, et interrogationes; nescio unde, nisi quia tu dixisti á Deo hęc fieri, et ego ita credo, quia toti mundo notum est, me ignorantem, et idiotam esse. Dubito nunc, imó vellem scire, quia die, et cuius mensis Adam intrauit in Paradisum, et qua die plasmatus est. similiter et Eua, et qua die ambo expulsi fuerunt; Hęc nullibi scribuntur, et sunt scitu valde digna. Respondit Angelus: tempus aduenit, in quo Deus mirabilia facturus est, et illuminare in his, quę fidei sunt, vult totum mundum; ideo te facit tot, et tanta dubia proponere. Scito ergo, et animaduerte, quod opinio, quam multi etiam Christianorum tenent, vera est. Mundum creatum fuisse, Sole existente in primo puncto arietis, et erat illa dies, quam nos Dominicam appellatis; et sic Adam fuit plasmatus illa die quam nos diem Veneris vocatis, et sic tota illa die in toto residuo illius diei permansit extra paradisum, et omnibus rebus nomina imposuit; similiter et die sequenti in meditatione Dei Creatoris sui, ipsum benedicendo, et magnificando. Prima vero die Sabbati, *de creatione mundi*

hoc est

hoc est in octavo creationis solis, translatus est, et positus in paradiso voluptatis, facto à Deo prima die, quando creavit solem, et terram, et alia elementa; et illa die, immisso in eo sopore, de latere ipsius Evam condidit, Matrem cunctarum gentium, et benedictione Deo Cęli exhibita ab utroque ipsorum, et mandato accepto crescendi, et cibi illius non comedendi; in gratiarum actione tota illa die permanserunt, prius volentes copulari Deo, antequam copularentur corpore; quia mandato illo non cogebantur statim ad copulam, sed tempore congruo, et statuerunt abstinere tribus diebus, non quod impellerentur ullo immoderato amore ad actum carnis, sed solo amore prolis; cognoverunt tamen prius pariendos esse filios mente, quàm carne. Quia Lucifer vidit hęc omnia, et tabuit, et ad temptandum accessit; tertio verò die elata est mulier, et peccavit, et sequentibus diebus virum temptavit, et tandem vicit. et sic in decima creationis Adę fuerunt expulsi nec sabbatum in paradiso viderunt. Nunc à te quero mi domine dixi; An liber genesĕos descripserit continuè lineam patris in filium absque ulla interpollatione, vel interdum descendit in Nepotem, et ab nepote. Respondit Angelus, ita fuit, videlicet cum interpollatione; sicut enim totum studium Matthęi Evangelistę fuit ostendere Dominum Christum ex David, et Abraham descendisse stirpe, ita totum studium illius Prophetę, quem ibi, quidnam conmunem ferentem vides, fuit ostendere, qua stirpe populus ille hebręus, à quibus originem habuisset; idcirco non curavit multos in medio prętermittere; quorum vitę annos non numeravit. sicut, et aliquid tale iam alias tibi declaravi: dies enim seculi quis enumeravit; sicut ergo Matthęus multos

interdum

in die octava creationis Adę, quę fuit dies veneris, expulsi sunt primi parentes a Parad.

interdum reges pretermittit medios. Sic et Moyses multos patres, et coniun-
git ab Nepote cum Atavo: Et longius nos homines, et hebrei, et Christiani
computatis annos inceptionis mundi per annos patrum, et filiorum, et
bene considerati, quod quartus, et decimus nepos filius dicitur. Computemus igitur
vitam talis patris, et talis filii, non vero a primo, usque ad ultimum deve-
niemus subito absque medio: interpone medium, et vitam illorum,
qui inter illos fuerunt; et invenies multo plura milia annorum.
Tunc ego: quot sunt ergo milia annorum a creatione talis, non dico
Caeli, corporis rei, usque ad Christum; hebrei enim minus temporis transisse
ponunt, quam Christiani, et tu videris longe plus temporis ponere,
etiam Christianis. Respondit immo multo plus annorum preterijt,
quam vos dicitis; sed quot milia ego scio; sed Dominus non vult
ea palam facere, ante adventum illius electi Pastoris; sicut enim
de die illo nemo novit, quando veniet Dominus; ita neque de prima
die mundi nemo scit; Nam dies seculi quis enumeravit? Deus
quoque noster Rex magnus, et magnificus nimis ea solum reve-
lat servis suis, que illis utilia sunt, et expediunt. Cognitio ergo talis
nil prodest Ecclesie Dei, nisi ad curiositatem; hoc ergo non vult
pro nunc patefacere, et ea, que Deo, et Domino nostro revelare non
placet, mihi quoque illa explicare non licet. et ideo, quia nosse prin-
cipium, vel finem mundi parum prodest. Satis mihi esset scire
de tempore, quo venturus est ille magnus Vicarius Christi. Post-
quam consideravi pauperculum illum patrem nostrum, cum
illa misera matre nostra ab illo paradiso voluptatis exclusos
in tam brevi tempore, tam plenos scientia; miratus sum de eorum

Cur permisit Deus primos parentes cadere

inconstantia, et flevi de malo ipsorum, et nostro, et quaesivi ab Ange=
lo, quare Deus permisit illos ita cadere, et noluit eis praebere auxilium,
ne caderent? Subito respondit Angelus: non permisit etiam tot ex
nostris in peccatum cadere? an nostis, quod Deus et Angelum, et homi=
nem à principio suae Creationis dimisit in manus consilii sui? apposuit
praecepta, et mandata, quae servando servarentur; et transgrediendo
illa, ipsi quoque non gauderent illis bonis, quae Deus eis praeparaverat.
Nos Angeli (si fas esset) conqueri de Deo; potius conqueri possemus, quod
et si nostris miseris fratribus, quos Diabolos vocatis, tempus poenitentiae dederit,
illud tamen longe brevius fuit vestro, quia vestri, etiam post expulsio=
nem à paradiso poenitentiam agere potuerunt; nostri post casum nullo
modo potuerunt. Tunc ego dixi: ex hoc videtur sequi, quod Angeli mali
etiam si poeniterent, non possent salvari; et Ille: ad poenitentiam fructiferam

Quid necesse sit ad poenit.am fructiferam.

non sufficit dolere de commissis; sed oportet, ut ibi gratia Dei intersit, ad
hoc, ut Deus dolorem illum acceptet. Eo modo potest Angelus post casum
dolere, ut dolor sit gratus Deo, quo et homo post mortem; de quo alias dixi
tibi. Omnia consistunt in regulis ab ipso Deo optimo ordinatis. Ego iterum:
si Deus sciebat hominem casurum, cur ipsum temptari permisit? et
quare homines redimere voluit, et non Angelos? Respondit scientia
Dei mirabilis est, vix à nobis comprehensibilis, attingens à fine usque
ad finem; aeternus est Deus, aeterna est scientia eius, in aeternum,
omnia tempora vestra ambit, et complectitur, omnia inspicit,
ac si praesentia essent. Sed vos cogitatis Dominum, tanquam priorem
vobis; sicut et scientiam illorum futurorum, ac si antea in causis
videret; sicut si aliquis inspiciat ~~torrem~~ truncum, vel stipitem arboris, et

dicat

dicat hic oritur ramus, non sic Deus futura cognoscit, quasi in causa,
sed ipsa tanquam presentia cernit ro'e sue maiestatis. Nonne interdum tu
frater mi somniasti, et in somno vidisti aliquid futurum tanquam
presens? Vidi, inquam dixi, sepius in nocte ea, que mihi in die occurre=
runt. Tunc ille: Si ergo vobis futura ut presentia, que tamen non sunt
presentia, videntur; quare non sic videbuntur presentia Deo? immo eo
perfectiori modo, quo intellectus ille eternus, et infinitus excedit
intellectum vestrum. Si ergo vos videtis aliquando clarius, ali=
quando obscurius talia futura, cur Deus, qui habet immensum
intellectum, non videbit omnia clarissime? Hoc nota homo Dei,
et quamvis tu sis ineptior ad talia; gratia tamen Dei aptior eris
et, et ubi intelligere non potes ad plenum, scribe quod tibi a me di=
centur. Quia ille, cui hec mittentur et propter quem scribuntur,
clare intelliget et aperte docebit. Tu es Deo in hac re tanquam
equus habitus ferens de Molendino farinam, et ego utinam sim
bonus Asinus ad ferendum tantum bonum fidelibus nostris; quia
Equum me credo, quadam prudentia, quam ego non mereor, appel=
lasti; sed Asinum dicere voluisti, tanquam rude animal; Cogno=
vi tamen presepe domini mei. Rogo tamen, ut per huius questa
que si non potero intelligere, depingam, ut alii intelligant, quos
Deus mittit ad percipiendum acutius ea, que ego, ut rudis homo, cogito.
Tunc ille: Deus (nota, et considera diligenter) in sua eternitate
vidit hominem, tanquam crearetur, non existentem (existentia); vidit tamen eum
pro alio tempore, et pro alio tentari, et pro alio victum, et hec omnia
simul pro diversis temporibus vestris. Permisit ergo, ipsum cadere in

peccatum

peccaturum, quia sic erat, sed non quia cadere voluit. vidit enim
futura tanquam praesentia. neque tamen ideo factum est illud, quia Deus
vidit, sed quia factum est vel futurum erat, Deus vidit; dederat enim
potestatem sic faciendi, neque voluntate sua id impedire voluit,
ne libertas amitteretur; homo propria sponte sic voluit, Dominum
immensum, et eternum latere non potuit. Cognovit ergo, et vidit, quia
sic erat, non sic factum est, quia ipse vidit. Hominem igitur, quia
vidit, vidit cadere, non quia vidit, eum casurum, idcirco cecidit. Con-
gruum autem fuit, ut homo sponte sibi salutem procuraret, ut meri-
to coronari posset, si legitime decertasset; sic enim statutum est, ut
Cur Deus hominem redimere voluit et non Angelos. omnes ad dextram, vel ad sinistram divertere possent. Quare autem
Deus nos homines redimere voluit, et non Angelos? Nullum dubium
est. Nam omnes Angeli, facti erant iam, vel beati, vel miseri; Beatos
redimere non fuit opus, neque miseros fuit congruum, quia sententia
data erat. Unde neque homines damnatos eripuit ab aeterna damnatione.
Quia igitur nullus Angelus viator erat, et multi homines viatores
erant, ideo pro ipsis redemptor venit, non pro Angelis. Remanserant
etiam illis, qui ceciderunt, similes; et satis erat, ut de qualibet ~~natione~~ natura
plures, vel multi salvarentur. Tunc ego: sicut plures Angeli fuerunt
utrum plures homines salvabuntur? salvati; utrum sic, et plures homines salvabuntur? Et ille: si plures
in gratia decedunt, plures salvabuntur, de quo alias. Praetermittantur tales
quaestiones, quia pastori illi iam id, et multa alia de his ipsis non ap-
pendentia, revelavit Deus. non dubito, videris mihi oblivio sus, quam de
eisdem quaeque dubitas. Et ego: Domine mi, illico ut conscripta fuerint, quae
mihi dicis, labuntur e memoria mea. Et Angelus: non ne dixi tibi,

quod

quod tu es animas deferens hęc nutrimenta illi, qui pascit Gregem
Dei nostri. et Ego: fiat, fiat, dixi, dummodo sim Asinus Alimenta
Dei fidelibus deferens. Tunc iterum: domine mi, ex quo Adam ratione
peccati incurrerat potius ignorantiam quam adeptus fuerit ullam
scientiam. Quare Deus dixit: Ecce Adam factus est quasi unus ex
nobis sciens bonum, et malum, et quibus dixit? Respondit Angelus:
ad nos Angelos tunc locutus est Deus noster Trinus, et unus: quia
etiam serpens non suasit propriam scientiam Dei, sed potius An=
gelicam; sciebat enim homo, quod equiparari non poterat scientię
Dei, sed ~~tamen~~ bene Angelorum, intellectus namque noster creatus equalis
est ex sui natura, suscipiens gradus rationis maioris, vel minoris dis-
positionis nostrę in qua est. Ad nos igitur locutus est Deus Trinus,
non tunc quando dixit: faciamus hominem ad imaginem, et similitudi-
nem nostram, et dixit illa verba, quasi deridendo: Ecce Adam factus
est, quia id speravit hominem quasi unus ex nobis. non dixit hoc Deus, quasi nos
essemus equales sibi in scientia, sed quia scientia nostra longè maior
est, quod sit et de genere inquissimo ipse suasit ostendit eis. Nam, et
illę tres personę divinę dicuntur Dij: quia Divinitatem veram, et integram
habent, et nos Angeli dicimur Dij, quia participamus eam pręceteris.
Quando ergo draco ille dixit, et eritis sicut Dij, Mulier cogitauit, quod fie-
ri essent, sicut pater, filius, et spiritus sanctus; Adam vero cogitauit potius
illud intelligi debere de nobis Angelis, neuter tamen determinate aucepit.
Domine mi dixi: quid erat unius valoris fuit illud lignum vitę in medio
paradisi positum? Respondit Deus noster sciens hominem ex se ipso,
et ex sua natura mortalem esse, quia nunquam cibo ipsi restauratur

quid sig. cat lignū vitę & cuius va loris fuerit

id

id, quod amittit; continuo fecerat cibum longe utiliorem aliis possibili:
quod uos tanti estimatis; quem sumendo uita protrahebatur in longum,
et restaurabatur iugiter, amissa; Verum est quod non potuissent in
sempiternum esu illo, uiuere ratione uirtutis propriae ipsius hominis,
quae frangeretur, et tandem debilitata fuisset ex continua cibi talis
conuersione: sed hoc ad uerbum; quod deus tunc ordinauerat, ut uirtus
ista nunquam debilitaretur, neque illud miraculum fuisset; sed res conti=
nua, et ordinarie procedens, et consuete, et non inconsuete. Unde si homo
in paradiso nil comedisset, peccasset; comedendo autem, uixisset, illo cibo,
diuina uirtute digestiua potentia conseruante, et tandem, ut parentes filijs
locum darent, translati fuissent ad uitam meliorem, et aeternam; ubi
sine cibo in aeternum uixissent, sicut et uiuetis, postquam resurrexeritis
à mortuis. Tunc enim deus noster absque ullo cibo uos uiuere faciet,
conseruando uos in sempiterno, sicut in paradiso terrestri conseruasset
medio illius ligni. Interrogaui dictum Angelum domini de poena, quam
inflixit deus serpenti, quae uidebatur de naturalis conditio. Et dixi;
mi domine, nonne naturale est serpenti super pectus se mouere,
et terram comedere, et calcaneo hominem insidiari et homines conterere
capita serpentum? Item miror, si haec in poenam data fuit serpenti,
cur data sint, ex quo ille, tanquam animal brutum, peccare non
potuerit, et diabolo, qui ad peccandum prouocauit, nulla poena fuit
data? Respondit: recte miraris; sed audi me; conditiones illae con=
ueniunt serpenti ex sui natura, sed uerba illa dirigebantur ad dia=
bolum, qui in tali forma mulieri primum apparuit et est tentus.
Tu diabole, quia in tali forma feminam tentasti, illius anima

De Luciferi poena a Deo inflicta.

sij

animalis conditiones habebis, in quod intrasti. sicut enim ille prae cunctis aliis brutis est abhominabilis et exosus. sic tu super omnia creata eris odiosus homini, et maledictus vocaberis ab omnibus. Terram, ut serpens comedes. quia tota mens tua, et cogitatio intenta erit ad malum, et ad peccatum omnibus diebus. Quia nunquam corrigeris nunquam ad Caelum redibis, aut Caelestia cogitabis, sed terrena, et cum terrenis hominibus erit conversatio tua. inimicitias ponam inter te et mulierem, et inter semen tuum. omnes, videlicet, Complices tuos spiritus malignos tibi similes; immo et homines te sponte sequentes: quorum tu eris caput, non ego, et semen mulieris; Et per semen mulieris intelligebat praecipuè Christum cum omnibus bonis et Electis, et per mulierem, non solum Evam, sed etiam praecipuè Matrem eius Mariam, quae contriuit caput eius, quia cunctas haereses, et peccatum ab ipso inductum, traditum dissipauit. Quia nullo modo venenum ab ipso immissum gustauit, et quia caput aliorum peccatorum fuit illud peccatum, ipsa illud contriuit; quia venenoso illius flatu non fuit infecta, et quia filiis suis ad ueram, patria superna propter illud peccatum amissa fuit recuperata, et Janua caelestis paradisi aperta. Et tu insidiaberis calcaneo eius, quia ultimo prouocabis ~~tamen~~ contra eam, et potentem eius agere, inducendo Pseudoχos, et pseudoprophetas, maximè illum, qui in templo Dei sedebit, ostendens se, ac si esset Deus, quem tu inhabitabis. Et quia Deus iam revelauerat ipsis primis parentibus uestris, sicut et nobis, se velle hominem facere; In his verbis Dei ad serpentem directis, videlicet Luciferum, cognoverunt ipsi; et Lucifer, illum Deum quod Deus revelauerit primis parentibus se hominem facere velle

hominem

hominem instituit, tanquam reparatorem Naturae lapsae, et ordinari
hominum redemptorem, et gavisi sunt; dixitque Adam ad Evam,
cui etiam tale nomen imposuit: non peribimus omnino, salvabi-
mur; quandoque affligetur semen nostrum, sed non peribit: immo Deus
ipse (ut audistis) propter peccatum quod fecimus, nō mutavit pro-
positum suum, quin hominem se (ut disposuerat) faciat, et ipse
erit noster salvator, et redemptor; immo et totius nostrae posteritatis:
crescamus igitur, et multiplicemur, nè tanto bono privemur; haec
verba dixit subito, ut positus fuerat extra paradisum, in quo manda-
tum crescendi acceperat; sed quia ibi primo tribus diebus abstine-
re proposuerant, ut prius copularentur Deo suo, deinde inter se, et
successit tempestas temptationis valida: quod non quieverunt, impe-
diti verbis Luciferi, qui eos ad transgressionem praecepti impellebat.
ubi diu constiterunt, et ideo neque de praecepto multiplicationis cogita-
verunt, tanquam de suggestione illa soliciti, et quasi attoniti extra
paradisum positi, copulati sunt. et in quolibet partu saltem duos, marē
videlicet unū, et feminam unam Eva pariebat, illamque feminam in uxorē
ducebat. Adam ergo, ut esset plenus scientia, instrumenta arandi ~~[illegible]~~, se-
minandi, plantandi, agrosque colendi adinvenit, et suos docuit filios, in
quibus etiam nos Angeli iussu Dei eū iuvimus. Et quando Cayn
occidit Abel, adeo doluit, quod ulterius, nisi mandatum domini praete-
rire timuisset, uxori nunquam se copulasset; Adam vero et Eva
quoties recordabantur deliciarum Paradisi, toties flebant. Recor-
dabantur autem saepe, et quandocumque aliquem infirmum aut debilē,
aut malum, aut mortuum videbant, vel audiebant, ~~[illegible]~~

tur

lachrymabantur, suspirabant, presertim Adam, quia peccatum
viri, et non Uxoris traductum est ad posteros. Si enim sola mulier
peccasset, nil filijs nocuisset, Unde dicebat: heu mè miserum; Ego
enim sum causa huius peccati, huius infirmitatis, huius mortis, huius
debilitatis; neque illis, qd mali erant propalare peccatum suum fuisse
causam ipsorum mali, audebat; si enim illud credidissent; illum utiq.
et iniurijs, et contumelijs, et verberibus, imò et morte affecissent. Parum
gaudij, satis angustiarum tempus habuit humanum genus. Vos Angeli,
qui felices, felices, et qui miseri miseri; Vos semper in ista vita vestra
mesti, et ambigui estis, multa preclara in vestro genere, et pluri:
ma mesta. Ego iterum interrogare cepi: domine mi; cuius peccatum an gravius fuit peccatum Ade, vel Heve
gravius fuit Viri, vel Mulieris; Respondit: placuit, ut me de hoc
interrogares; imò ego immisi in os tuum verbum istud. Multi enim
sunt apud nos, qui feminam primam in statu innocentie putant
fuisse viro infirmiorem, debiliorem, et imbecilliorem, et non adver:
tunt, quod sexus non facit differentiam animorum, maximè
tunc quando corpora erant perfecta, et anima utriusque erat
imbuta omni doctrina. Nonne dixi tibi, quod Lucifer diu cogi:
tavit, à quo illorum inciperet sue temptationis initia porrigere:
Et tandem concepit, quod muliere aversa, facilius averteret
virum, quam vir mulierem; quia viri amor nimius in illam erat;
tanquam delineata ab ipso; quare ergo mulier post peccatum, vel
plurimum viro debilior, et imbecillior est; illud fuerit ab illa ma:
ledictione, quam tunc accepit, presertim à complexione delicatio:
re, non autem ac si mulier ante peccatum fuisset viro indoctior, aut

imbecillior

imbecillior, quamvis parvula distantia a viro suo distaret, et paulo minus imperfectior illo fuisset in naturalibus, et accidentalibus, sicut dico, scribe, etiam si perfecte verba mea non percipies. Dico nunc peccatum Mulieris non esse valde excusandum, eo quod femina fuerit, neque Adae accusandum, qui longe sapientior extitisset; sed mulier ideo gravius peccavit, quia plus, et quia pluribus modis: maxime, quia Virum toties ipsa temptavit, non vir mulierem, et gratia illius vir cecidit; magis etiam peccavit, quia mulier potius credidit esse similis Deo Trino in sciendo, quam Angelis; Adam vero potius Angelis; Verbis tamen dicentis: eritis sicut Dii; dubitavit, an essent Personae divinae, vel essent Angeli Dei; sed prioris partis adhaerebat potius Mulier; posteriori, Vir; Viri peccatum gravius ss sequelam fuit; imo omnium gravissimum; ex quo secuta sunt tot mala, tot ruinae, tot destructiones, Mors, error, egestas, Calamitas, virium inferiorum et animalium rebellio; Elementorum et omnis creaturae offensio; vocatur autem peccatum illud causa horum malorum, quia iustitia Dei propter illud inflixit illa mala, si primus homo non peccasset. Interrogavi, utrum alii peccare potuissent? Respondit Angelus, quemlibet oportebat probari, et temptari, et victa temptatione, in gratia confirmari; Ex quo patet, quod etiam si primus homo non peccasset, filius eius peccare potuisset et filius filii; quilibet enim viator fuisset, et sequitur quod non ideo filius potest peccare, vel peccat, quia primus pater peccavit, sed homo, imo non subito, victa temptatione, confirmatus in gratia, et pronior, atque clarior factus et ad peccandum, imo in ipso non [illegible], et

in

et in iniquitatibus conceptus (ut ille Rex Propheta gemens dicebat)
qui pater dei vocari singulari privilegio meruit, et ostendebat
David, iuxta Abraham, et Moysem sedentem. Tunc ego: quando iustum
est, ut filiorum dentes obstupescant, eo quod pater comedit uvam acerbam?
quo aequum est, ut filius, qui suum patrem nunquam vidit, portet iniqui-
tatem ~~peccati~~ patris sui; libenter respondit, ad istud respondeo, quia valde
utile est vobis hanc veritatem agnoscere; scito, et animadverte, homi-
nem ex sui natura, neque immortalem, neque impeccabilem, nec
amicum Dei esse, aut ordinatum ad felicitatem illam, aut aliorum
animalium habuisse dominium, ita ut animalia immitia, et sub-
dita, quasi sponte fuissent, aut elementa ei nocere non possent, sed
omnia ista a Deo per se, et tota posteritate acceperat dono singulari,
cum conditione, si mandatum promulgatum observasset; Unde creata Eva
coram nobis Angelis, Deus dixit ad ipsos, vos cognoscitis conditionem vestram,
estis enim subiecti varijs morbis, doloribus, anxietatibus, et morti
corporali, omnia corporalia vobis possunt obesse, et aliquo modo pro-
desse; Ursi, Leones, Crocodili, et dracones non subijcientur vobis, nisi
coacti; nulla obligatio est mihi de paradiso isto ad locum caelestem
sanos vos, et incolumes in natura integra transferre, imo istud potius
conditioni naturali vestrae contrariari videtur; Nulla etiam ratio est, ut
in hoc amenissimo loco assidue, tot fructuum admirandorum generibus
refectos vos detineam, cibum tam salubrem subministrem, tantam
cognitionem rerum concedam, et ab omni labore, et sudore praeservem, et a rebus nocivis, et ipse, et hi Angeli filij mei vos
custodiamus; omnia haec mei gratia, et singulari benevolentia
concedo

Monitio Dei ad Adam et Evam

+

concedo vobis quod nullum ex natiti conditione haberetis; Volo tamen aliquo mandato vos probare; sicut, et hos Angelos meos probavi. Ecce ante vos vidistis multa genera arborum, quorum fructus sunt continui, et nunquam marcescunt, Vescemini de cunctis alijs; illam arborem ne tetigeritis; de fructu eius non gustabitis; quacumque hora gustaveritis, omnia haec privilegia, et dona auferam à vobis, et à posteris vestris, et restituam vos conditioni naturae vestrae, et morte moriemini; et ante illam multa mala patiemini; Vide ergo quod propter peccatum illud filijs Adae nullum malum infert. Sed solum donis, conditionem naturae ipsorum excedentibus privantur, et reponuntur in naturalibus terminis, et in statu propriae naturae suae. Recte itaque quidam ex vestris dixerunt, hominem supplicio sensibili in inferno à Deo nunquam puniri propter solum peccatum patris sui; Non enim portabit filius iniquitatem patris sui eo modo; Nulla ergo iniquitas est, si aliquid detur patri, et filijs sub conditione, et ex gratia donantis tantum (conditione à patre (qui pro omnibus datur) non servata); omnibus auferatur; nisi certè iniquitas poterit ex hoc inferri in auferente; sicut neque debiti in donante. Deus igitur filios Adae sibi, et naturae propriae relinquens noluit ullo pacto eos punire ullo supplicio pro illo peccato. Sed etiam noluit, ut privilegijs gauderent sub conditione promissis. Ex quo illa conditio non fuit servata, et ut melius intelligas; Pone quod Deus creaverit hominem talem, qualis nunc nascitur, educatur, et nutritur, sensu et intellectu paulatim imbuitur, et tandem accipiat mandata, et legem; nullum donum supernaturale sibi permittatur in hac vita, si talis homo langueret, egenus, et miser esset, si moreretur; quae iniustitia est? nulla certè; Creavit enim eum Deus talem

qualis



qualis est ex sui natura, ita tamen quo nos nunc patimini, vocatur pena peccati. Quia ex pacto illo Dei, si homo non peccasset, non incurrisset eas, neque subiectus esset in conditionibus naturalibus. Tunc ego: Valde placent ista miranda audire; contribam ea, ut potero. Sed mi Domine, hoc nunc versatur in corde meo, quod explanare ignoro, tanquam simplex, et idiota; si Eva sola peccasset, dicendum est filios ex ea procreatos non fuisse his donis spoliatos; quero utrum ipsa sola spoliata fuisset; similiter si unus filiorum peccavisset, utrum alios, vel saltem se illis donis spoliasset, quia tunc aliqui fuissent moribundi et aliqui non, et genus humanum fuisset divisum per mortale, et immortale. Respondit Angelus, si Eva sola peccavisset, ab ea descendentes mortales hoc modo, quo nunc estis, non fuissent, sed nec ipsa; Adam enim talem immortalitatem pro se et pro omnibus ab eo descendentibus acceperat; hoc est, tam pro Eva, quam pro universis liberis. Quod illius Ade iustitiae omnibus ratio talia dona conservandi fuisset; sicut nunc est causa, vel occasio talium bonorum privationis omnibus: ipso stante, omnes stetissemus, sicut ipso cadente omnes ruistis; similiter si filius aliquis peccasset, alii propter peccatum illius non corruissent. Tunc ego: Domine mi, videtur ergo, quod quilibet filiorum, imo et Eva peccando amisisset iustitiam originalem, et tamen filii illam immortales essent; ipsa amissa, morti obnoxii fuissent. Respondit: Deus inspiravit, ut sic dubitares; magnus enim est nodus iste apud vos; sed cito scribe, et diligenter Pastori venturo tradendo conserva, qui hec omnia ingenio acuto penetrabat cito, et docebit omnes. Iustitia Originalis erat

De iustitia originali

~~originales~~ erat qualitas quedam, qua homines grati fuissent Deo,
Et hec in solo Adam amissa, erat causa, ut omnes eam amitterent
presertim inquantum ipsa erat signum illius antique immortalitatis:
sicut, et in ipso manet, quamvis in alijs desineret. Nullo tamen modo
morti obnoxium hominem fuisset; Imò mirabiliora tibi dicam, si Adam
alio peccato, quam esu illius ligni peccavisset, propter id, neque ipse, nec
posteritas morte incurrisset, Quod etiam ita reipsa fuit, Nam Eva
multis iam modis peccaverat, et ita iustitiam amiserat. Et Adam
antequam comedisset iam peccaverat, et sic ipse quoque iustitiam amise=
rat ante illum esum: nec tamen adhuc erant aperti oculi eorum, neque
à facie domini se absconderant, nec nudos se agnoscebant, quamob=
rem, si non comedissent, de peccato illo dolere potuissent; vel amore
interiori deum prosequi, et iustitiam, vel gratiam rehabuissent, et in ea
confirmati fuissent: ita ut, ea rehabita, mox fuissent in ea confirmati;
Et eo modo nullus damnatus fuisset, quia si peccasset, peccatum tamen
illud in ipso peccato non durasset, et post primam conversionem amplius
peccare ipsum deus non permisisset. Scito ergo, et animadverte idiota dei
et contribe; Et hec dicens, traxit auriculam meam, ut faciunt
Magistri discipulis, quos docent. Quia deus, Adam non peccante, dimi=
sisset genus humanum immortale totum, et si alij peccassent,
resurrexissent, et nullus damnatus, aut morti obnoxius fuisset.
Tunc ego: Idiota sum domine mi, et nunquam scientiam aliquam
didici: Tamen te et primum deo nostro auxiliante, adhuc circa dicta nunc
dubito; Nam si illi peccabunt, illud peccatum fuisset transgressio
legis divine, et ita fuisset peccatum mortale, et ita dignum morte

velut

vel temporali; vel æterno; vel utraq; respectu; vel, si propter illud non incurre=
bant damnationem æternam; quomodo poterant peccare mortaliter? quia
peccare mortaliter est incurrere damnum æternæ mortis. Respondit Ange=
lus: Sicut enim multi electi à deo peccant mortaliter, neque tamen dam=
nantur, quamuis illam pœnam incurrant, quantum ex ipsis est: deus
tamen præparauit medicinas, quibus releuentur; ita quod omnia
eis cooperantur in bonum; sic fuisset illis, sed nunc diligenter conside=
ro, quod quamuis multi ex uestris putent, Adam non peccante, nec
alios peccaturos unquam fuisse; illud tamen conspectari à uobis ipsis po=
test, quia antequam Adam peccasset, Eua peccauit; si ergo Adam
non peccasset, Eua peccante, quid fuisset de Eua? illud idem fuisset de
filijs Adæ et Euæ; ipsa pro certo peccauit ante uirum suum, et Vir
poterat non peccare, post quam ipsa peccauerat; Eua uero non pecca=
te, mors non introisset in orbem terrarum; quid ergo fuisset de Eua? ua=
pulasset plagis nonnullis, damnata tandem aut mortua non fuisset;
quomodo autem uapulasset et conuersa fuisset, diceremus; Hoc idem dicen=
dum est de quolibet filiorum; Mors et uita uestra in manibus Adæ solius
stabat; ex illo pendebat, et bonum et malum uestrum; Et quamuis deus
si neuter parentum præuaricabatur mandatum, posteros etiam, ne pecca=
rent, iuuisset multo magis quam nunc; ita quod potius nullus peccasset,
quam peccato se subiecisset, peccare tamen quilibet in tali statu
potuisset, quamuis fortan deus non permisisset: si neuter parentum
peccauisset permisso tamen peccato Euæ an peccato Adæ permissum
fuisset aliquis filiorum peccatum eadem ratione, uel saltem, ut permissum

esset: nec est inconueniens, et punitum eo modo, quo et peccatum Eue puni=
tum fuisset: si sola absq. Viro peccasset. Tunc ego: Credo, quod tu, Dei
Angele, sapientia omnia necessaria in negocio peccati dixerit, et
declarauerit, quę mihi et forsan omnibus mei generis fuerit incognita;
de peccato originali sed quia ex nostris quidam dicunt, peccatum originale esse priuationem
iustitię originalis cum debito habendi eã; quo illi priuati fuissent iustitia;
et tamen non habuissent aliquod damnum; Angelus subrisit, dicens:
ò pauper homuntio, intelligis nè quę dicis; Videris mihi Asina Balaam.
Dixi: loquor sic, sicut quidam, et certè non percipio. Et ille: sic ordinatum
est, ut simplicissimum hominem hęc dirigantur, cuius deus aperiet sensum,
et intellectum, qui ea subito intelliget, transcribet, et tempori suo pro=
mulgabit: ne fideles in tantis opinionibus versentur: sed agnoscant
quod in rebus fidei tenendum sit. Tu ergo dicere velles, quod ex quo pec=
catum originale est priuatio iustitię originalis, et Eua illa iustitia
priuata fuerat, imò etiam Adam, antequam essetis omnes in ipso spolia=
ti donis gratuitis, videlicet, impassibilitate aliquo modo, et immorta=
litate, et perpetua incolumitate, et sospitate, et alterius vitę adeptio=
ne; Vis ergo dicere, et nostri, quod dicunt ipse; quod ex quo post priuatio=
nem iustitię originalis nihil mali filiis accideret: sed solum ipse Eua
illum, ac quem iam iustitia deficerat esse in illis; Peccatum originale
non est priuatio iustitię originalis. sed potius damnum, quod accidit gratia
illius illius prohibiti pomi: uel peccatum originale est amissio multorum
donorum supernaturalium gratia transgressionis mandati Dei, quam
fecit primus pater hominum; hoc tu dicere nolebas; Dico ego tibi, quod

Erat

erat conservata; quia in creatione infusa fuit duplex qualitas in anima Adę et Uxoris suę; una uniebantur Deo, et ei grati reddebantur, et hęc subito fuit exclusa per peccatum mortale quodcumque; Altera vero remanebat, et per nullum peccatum aliud expelli poterat, nisi per esum ligni vetiti; per esum dico solius Adę) Huius autem qualitatis officium erat significare assistentiam gratię Dei, quę illos protegeret a nocivis omnibus, et incolumes conservaret, ac etiam post amissionem illius prioris qualitatis hęc ad bonum propelleret, incitaret, provocaret; et Deo esse reconciliandum, quasi moneret et alliceret. Eva ergo postquam esa fuit amisit priorem qualitatem; similiter, si filii peccassent, Adam non peccante, illam eandem amisissent. Alteram vero, et Eva habuit quousque Adam non comedit, et filii peccantes si Adam non comedisset cibum illum, habituri erant, et illius imitatione in Deum reverturi, et redituri erant in gratia Dei post conversionem per se non morituri: Utraque qualitas posset vocari iustitia originalis, quia utraque fuit in origine, et principio, et in stipite humani generis. Sed privatio illius prioris qualitatis non inferebat damnum aliis, quia unicuique pro se ipso donabatur, et non pro aliis; dummodo illa alia maneret; privatio vero alterius inducebat mortem in omnes, et rebelliones virium, quia, cessante illo signo, Deus relinquisset vires interiores, et superiores in suis conditionibus nobilibus: quando ergo Adam comedit cibum prohibitum, amisit illam qualitatem pro se, et omnibus filiis suis, sicut et pro omnibus ~~[illegible]~~ erat, cum pacto, quod nunquam hanc recuperare posset: Sed tamen prio-

rem

priorem illam, et ipse pro se, et quilibet filius pro se ipso; quam nos
hodie gratiam Dei, et aliqui vestrum charitatem vocatis; et quia haec
posterior qualitas apud nos iustitia originalis saepius vocatur;
Privatio vero illius in filiis peccatum originale; ideo dicitur
peccatum originale esse privationem iustitiae originalis; hoc est,
quae erat in origine, et in stirpe, cum debito habendi eam; non quod filii
Adae sint obligati eam habere, cum ad impossibile nemo teneatur;
sed quia Adam se obligaverat Deo pro se et pro filiis eam conservare.
hoc est non peccare: ne causa illius peccati Deus ea sibi auferret.
iste ergo erat debitor pro omnibus filiis, non pro aliis, si qui non forent
geniti ex propagatione filii, et filiae Adae; ut fuit Christus Dominus, et
si quis alius non ex ea stirpe crearetur a Deo; Necesse est ergo omnes
Adae natos perpetuo, et irrecuperabiliter privari illa qualitate.
iste enim, si non comedisset pro omnibus filiis suis eam conservasset,
ita quod etiam peccantes filii, eam nunquam amplius amisissent, sed
per eam ad Deum suum cito reversuri erant. nec in peccato obstinari
poterant; Unde peccatum eorum actuale non fuisset peccatum, quia subito
illud agnovissent, et in Deum toto corde redijssent. Et (ut diximus) nemo,
vel potius nunquam aliquis repertus fuisset, qui peccasset, sed quili-
bet vicisset temptationem primam; solum dico, quod possibile fuisset,
aliquem ex ipsis vinci, quasi victus fuisset, eo modo in Deum redijsset,
et non fuisset opus aliquo sacramento, aut aliqua poenitentia, sed
amore interiori qualitatem illam, i. gratiam amissam recuperassent.
Hic est modus, quo vapulassent; dico tibi; animadverte, et scito, quod

privatio

92

privatio illius secundae qualitatis, quam vos a gratia discernentes iustitiam originalem appellatis: potius est poena, quam culpa; quia tamen per culpam eam inuenistis, culpa, et peccatum appellari potest. Dico secundo: semel id decretum est, et pacto firmatum; ut amissam illam qualitatem nunquam rehabituri essetis. sic si Adam non peccabat illo peccato, nunquam amplius amittere potuissetis. Dico tertio: nullum sacramentum fuisse institutum pro recuperatione illius qualitatis: neque Xum pro ea recuperanda redemptionem inuenisse oportebat; sicenim decretum est a Deo, edicto publico, ut nunquam restituatur: ad quid oporteret litus arare et conari ad impossibilia? sed ergo ne genus humanum excluderetur a possessione caelestis patriae (quo a paradiso terrestri exclusum est, et morbis, et passionibus, atque morti subiectum ita est, ut de hoc diffinitiua sententia lata sit) concessit Deus privatis remedio illo facillimo; quod erat iustitiae illius situs et qualitas; alia remedia quae essent difficiliora, et poenalia, ut dolorem cordis, confessionem, baptismum, martyrium, et alia. et haec remedia poenalia virtutem acceperunt a poena, et dolore Christi redemptoris nostri, et omnium creaturarum intellectualium, Principis, et Regis, ab eo quidem praevisa; postea vero (ut etiam vos dicitis) exhibita. Quod autem dixi de vestris modernis sacramentis, hoc idem dico de illis testamenti veteris et legis naturae: quid ergo intelligitis per peccatum originale; si privationem illius iustitiae originalis, quam secundam qualitatem esse diximus; tunc non est opus Deum temptare, quia sic ordinauit; ut nulli amplius, quam Deus quaesiuit, illa detur; unde nulli amplius data fuit; neque filiis propagatis, neque humanitati assumptae; quae et si non habuerit illam iustitiam, tamen propterea illa privata non potest

dici

dici; quia nō acceperat ab Adam, nisi pro filijs propagatione carnali produc=
tis; et hoc modo intelligendo; necesse est omnes filios Adæ in peccato origi=
nali nasci; quia omnes fuerunt privati illa iustitia, et nullus post=
modum habuit eam, quia nullus à morte fuit præservatus, sic, ut nō sit
mortuus, vel moriturus, sed istud nos non vocatis peccatum originale, sicut
nec proprium est, sed magis est pæna primi peccati. Quid ergo est peccatum
originale? dico, quod inquantum peccatum est, non est privatio illorum
bonorum ad hominem pertinentium; neque est privatio sola gratiæ, qua
homo uniebatur Deo, sed est privatio utriusque; et redemptor venit,
et sacramenta instituit non pro recuperanda iustitia originali, per
quam constituebamini immortales, et innocui, et innocibiles, et per
quam peccando facile consurgere poteratis; sed venit pro recuperan=
da gratia; ut per illam Deo coniungi, et heredes cælestis regni effici posse=
tis medio contritionis, et sacramentorum (ut diximus) ita ut qui gratiam
habet Dei; hoc alio modo videatur debitum patris sui soluisse, nec am=
plius patrem obligari pro eo; sed obligatio facta deleta est, intelligere=
tur; prior igitur qualitas recuperatur, posterior non in se, neque totali=
ter; recuperatur tamen, non in se, sed in alio, inquantum enim illa erat
medium redeundi in Deum; loco illius instituta est pænitentia, baptismus,
et alia sacramenta, et meritum Christi principaliter. Inquantum
igitur Adam peccando privavit se vita æterna; peccavit mortaliter,
et obligavit se ad pænam æternam, inquantum vero privavit filios vita
æterna, et hereditate à Deo promissa; illa talis privatio in filijs dicitur
peccatum originale. et filij sunt privati intelligentia hereditate, et

non

non obligati ad aliquam penam, vel dolorem interiorem, vel exteriorem, tempo=ralem, vel eternam. Unde nullus propria contritione, vel proprio dolore illud peccatum in se delet; sed bene motu bone voluntatis in Deum; Volo sic dicere. Contritio non est ordinata pro deletione peccati originalis, neque pene interioris vel exterioris; quis enim hortandus est, ut penite=at de illo, quod non commisit? Valde igitur errant illi, qui dicunt, Deum eterno igne puniturum, in solo originali morientes; si enim non erunt obligati ad ullam temporalem penam pro illis; quomodo erunt obligati ad eternam? dico tibi, quod pro illo nullus, neque in Inferno, neque in Pur=gatorio est remansurus, aut affligendus, neque aliter; neque dolorem ullum, aut tristitiam est habiturus; Unde nec proprie habebunt penam damni, quae ponit dolorem, et tristitiam propter privationem illius glorie; sed habe=bunt simplex et purum damnum, quia solam privationem illius glorie. Nam (ut diximus ex parte) peccatum Ade non mutavit naturam huma=nam in se, neque in conditionibus suis, sed solum restituit ei naturales conditio=nes, ablatis supernaturalibus; sicut si Deus creasset hominem sine illis donis in puritate nature sue: ille beatitudinem illam nunquam adep=tus fuisset, neque tamen quicquam mali pateretur propterea. ex inter talem hominem sic in puris naturalibus conditum et filium Ade nullum peccatum habentem, nisi originale, nulla differentia est, nisi quia iste poterat ex promissione habere illam gloriam; iste sic creatus nun=quam potuit, quia nunquam sibi, vel alteri pro illo promissa fuit; Unde filius Ade magis proprie privatus beatitudine, quam ille; similiter filius Ade adhuc si voluerit: ut vere poterit esse beatus, valebit;

De parvulis pena in pecco origli morientium

quia

quia habet remedia, quae etiam quaerere, si noscat, tenetur; ille alius,
etiamsi vellet, et quaereret de lege communi; non haberet, quia nulla
remedia sunt data. Melius est ergo esse filium Adae, quam creatum in pu=
ris naturalibus, quoad hoc; quia quilibet talis beatus esse potest. Adam
ergo peccando, non solum donis illis gratuitis se privavit, sed etiam
aeternae morti addixit filios, et sola beatitudine, et aliis donis (de quibus
diximus) spoliavit; sed non supplicio gehennae involuit; Scito quoque inter
privationem beatitudinis, et gratiae, et inter privationem immortalitatis
illius, et incolumitatis, et animalis obedientiae, et nocumentorum
aliorum, et subiectionis virium inferiorum, hanc differentiam fuisse; quia
beatitudine et gratia sic privati remanserunt; quod possent, si
vellent, rehabere; immortalitatem vero, et animalis obedientiam,
et alia, quae diximus, ita amiserant, ut nulla sanctitate fulgentes,
nulla gratia pollentes, [illegible] ea amplius recuperare possent;
Unde Christus mortuus est, non quia Adam eum immortalitate pri=
vasset, sed quia homo erat, et ex sui natura mortalis; deinde quia
redempturus erat genus humanum, passibilis factus esset. Beatitudo
tamen mortalitatem non abstulit; si tamen beatus etiam non fuisset,
neque redemptor, et sic natus, adhuc mortalis fuisset; et tamen
Adam in ipso non peccavisset, quia Deus nulli homini immortalitatem
promiserat, nisi Adae et filiis eius, ea illa conditione. Similiter Deiparam
Filiam Adae, etiam plenam gratiae conceptam fuisset, morti tamen,
et miseriis humanis subiecta fuisset; quia talis pactio inter Deum,
et hominem facta, non terminat ab homine, sic concluserat. Facta enim
inobedientia illa, et transgressione, ita decretum fuit, ut omnis homo

ret

rat filius, vel non filius Dei, subiret conditionem naturae suae. Rever=
tamur ad ea, quae conpiate proposuimus, quia dabit Deus Pastori illi
spiritum, et intellectum, et lucidabit haec mea dicta, et in parte, et
in epistola distinguet. Peccatum originale est privatio hereditatis aeter=
nae primo patri, non pro se solum, sed filijs omnibus à Deo promissae, si
Dei mandatum ipse servasset; et ex consequenti privatio omnium
donorum; Et in quantum illud peccatum respicit privationem donorum
omnium à gratia, et beatitudine; totum genus humanum est subiec=
tum peccato originali; neque immortali vita quisquam est sine illo;
imo nec sacramento illo, neque redemptionis merito purgatur ab illo
(ut iam diximus); diximus tamen quod recuperatur gratia et ille
alter habitus, non iste, nec totaliter, sed solum ut postquam homo pecca=
rat, et erat dispositus redire ad Deum; et sic ergo recuperatur illa secunda
qualitas in merito Salvatoris, et incontinenti [illegible] atque sacramentis, virtutem
habentibus à suo merito, sine quo nullus vestrae nationis salvari potuit.
Expulso igitur homine ab illo paradiso, amenissimo loco et humanae
naturae convenientissimo, in quo sunt assidui, et saluberrimi fructus, et
aqua omni vino suavior, et delectabilior, in quo nunc adhuc vivunt illi
duo, quos Deus illuc transtulit, qui locus mellifluo caelorum influxu
irrigatur, et felicissimis subijcitur sideribus. Deus enim illum tota di=
ligentia construxit; Ex hoc loco, expulso homine, et laboribus, ac sudo=
ribus subiecto, nasci coeperunt homines nudi, parvuli, debiles, mem=
bra paulatim recuperantes, et robur suscipientes, et quotidie morien=
tes; quia quotidie deficientes; subito enim ut nascitur; deficere
incipit; ideo recte apud nos dictum est: quotidianus defectus corruptionis

est

est quedam prolixitas mortis, et alias. ut audivimus, vita ipsa
decresit; quotidie igitur viventes adhuc homines moriuntur; Tunc autem
nunquam mortui fuissent; Deus enim sic pactum fecerat, ut si non gusta-
rent de ligno illo, nunquam morerentur; Poterant enim ex sui natura
mori; poterant etiam non mori, Deo preservante propter innocentiam,
vel potius propter obedientiam illam specialem; sic et Mulier sine
dolore filios peperisset, et in coitu maritali absque ulla inordinata
libidine habuisset, et filios quidem, sicut etiam nunc, parvulos genu-
issent, qui etiam paulatim crevissent; sed unicuique animae, sicut et
illi Adae, scientia concessa a principio fuisset Conditoris habitibus et
speciebus omnium, ita quod etiam potuissent intelligere res ipsas absque
via sensus, et Deum cognovissent, et amassent a principio, et semper aliquid
meruissent, secundum quod sapientia dei fore disponeret. Tunc ego: audivi
questio de damnatis, e predestinatis. Domine mi, quod omnes filii, patre primo non peccante, salvati fuissent: scire
cupio, an illi, qui nunc damnantur, tunc nati non fuissent; et si sic, tunc
aliqui predestinati damnarentur, et si tunc nati non fuissent, videretur
quod nunc nascantur et damnentur. Et quod nullus damnatus est ex
eo, quod Adam non peccante salvatus fuisset; omnes enim, qui tunc
salvati fuissent, et nunc salvarentur, et qui nunc damnantur tunc
nati non fuissent. Respondit Angelus, intellexi desiderium tuum, et illud
est quod vos, vix, vel nullo modo solubile; verum admirari potes, si isto
non comedente cibum vetitum, soli illi nati fuissent, qui nunc salvantur;
Cur propter peccatum eius fuit nasci alios, qui, eo stante, nati non
fuissent? quid enim his nasci profuit? et propter peccatum Adae quid salva-
dis obfuit? nisi quod morti, et morbis subiecti fuerint; Arcana

dei

Dei sunt ista, abdita Dei et quae a nobis sciri non possunt; sunt ista
tamen a nobis aliquo modo degustari possunt, sic ea tibi, immo illi, quem
tibi dixi: quae ea verba his planis pietatis declaro et manifesto. Dominus
noster tamen ante omnia voluit hominem fieri ex tali matre; et Ange-
lis iam creatis olim, hunc mundum sensibilem postea condidit, ut homi-
nes procrearentur et devenirent ad illum, quando ipse sibi vi-
ctimas erat, et alios, qui eum sequerentur. Voluit ergo fieri et produci
homines, et causas constituit ipsorum productionis quoad corpus, foe-
dus pepigit, ut quoties causae inferiores, ipso etiam concurrente, compare-
rent tale corpus sic organis praeditum, ipse quoque animam crearet et
infunderet; non enim creatur anima ante corpus, neque corpus ante
animam, nisi materialiter; subito enim, ut organizzatum est, in-
funditur anima. Cognita singula, vidit Deus, tanquam aeternus, quot
corpora organizata perfecte, vel imperfecte natura sibi porrigebat,
et ut animos illis infunderet, si perfecte formarentur, quae praecedentia
perficerent, et non corrumperent; statuit, et non mutavit nil pro tali
tempore praeviso, nisi beatitudinem omnibus volendo; sic tamen
volendo, si mandata eius servarent. Agnovit, et vidit primum
hominem peccaturum et pro se atque filiis omnibus regnum caeleste ami-
surum, nisi novis remediis a Deo iuvarentur. Vidit sempiterno illo
suo oculo quot essent remedia illa suscepturi, et quot non susce-
pturi; immo quot remedia susciperent, et quot non susciperent, quia
futura tanquam praesentia intuetur; et tandem hos, qui suscep-
turi erant, praedestinavit absolute, et alios reprobavit. Primo
ergo Deus omnes ad vitam ordinat, quando omnes vult ea aeterna

tur

Deus cognovit p[ri]mum hominem peccaturum

Deus omnes ad vitam ordinat

assequantur determinat; sed cum conditione, et clausula, si ita vixe=
rint, et dies suos compleverint; secundo omnes illos omnino acceptat.
quoniam vidit conditiones et pacta sua, saltem in ultimo hiatu ser=
vasse. Do tibi similitudinem. Primum hominem Deus creavit ea conditio=
ne, ut nunquam moriretur, neque dolorem sentiret, non simpliciter,
ac si omnino id vellet, sed cum pacto si mandatum non preteriret. Novit eter=
na mente, hominem mandatum Dei non observaturum; noluit ut esset
immortalis, et sine dolore. Vos igitur homines, ideo in hac re perplexi
estis, quia creditis; quod Deus ab eterno voluit determinate et sine
ulla conditione salvos fieri, quod (ut alias tibi dixi) non est verum,
imo Deus prima intentione voluit omnes homines salvos fieri, si tamen
servassent mandatum; cognovit transgressuros, cognovit remedia suscep=
turos, et remedia neglecturos (ut dixi). Noli igitur cogitare, quod
quasi Deus omnes istos, qui salvantur, nunc salvos fieri voluisset
solum, et nullos alios, et quod soli qui nunc salvantur in statu illo
fuissent nati, et nulli alii; quare enim Deus istos addidisset, ut nasce=
rentur filii ipsius ~~...~~ ire damnandi? Maxime tum multi illorum dicantur,
quandoque fuisse in gratia, et amici Dei. Nota tamen prius Deus omnia
eternitate videt, sed quia eternitas illa est illimitata, non videt
omnia per totam eternitatem. Licet tu es nunc, et aliquando non fuisti; Deus
ab eterno te vidit esse pro isto tempore, sed non pro illo in quo non
dum eras; Omnes igitur filios Ade quotquot futuri essent Deus cum
conditione illa salvare decreverat, nullum determinate volendo;
sed omnes communiter; nec numerum eorum determinando, sed omnes
in genere, et qui deinde numerum cognovit, vidit hos conditionem ser

vaturos

seruaturos: alios minime, acceptauit illos, reprobauit alios. Nullus,
dico tibi, natus est in tam naturae lapsu, ad hoc ut damnaretur. Omni-
bus enim filijs Adae Deus sub conditione uitam dare promiserat; Condi-
tionem uidit seruare ab his, ab alijs non seruari: finaliter et hos appro-
bauit, illos uero reprobauit; Nullus etiam ordinatus ad uitam aeter-
nam absolute est damnatus, quia talis praedestinatio, et damnatio
intelligitur pro tempore quo reus expellitur omnino, et alius recipi-
tur; quod communiter fit in nobis hominibus in ultimo uitae nostrae.
Dico plus hoc mirabile; Nullus damnatur, neque damnari potest,
nisi praedestinatus priori illa, et conditionali praedestinatione; et tamen
nullus praedestinatus illa praedestinatione absoluta potest damnari;
nisi eo modo, quo et beati possunt damnari; quicumque ergo sunt
damnati, si Adam non peccasset et nati fuissent, non est inconueniens;
et quantumque uero beati, non est inconueniens: sed propter peccatum Adae
non sunt damnati; sed propter peccatum proprium: quia propter pec-
catum Adae, solum fuissent priuati uita aeterna. Id tamen uerum est,
quod si Adam ex illo pomo non comedisset, nullus ex his, qui damnantur,
damnatus fuisset; tamen Deus antequam praeuidisset peccatum eius, et
filiorum proprium non separabat hos ab illis; sicut nec ipsum Adam di-
scernebat ab alijs. Omnia recte intelliget ille, ad quem haec mittun-
tur; quia Deus aeternus in aeternitate, sed non per aeternitatem omnia
cognoscit; semper enim se pro nunc metam loqui cognouit; sed non quod
semper mecum locutus sit: quia illud non est uerum. Sicut ergo etiam nos
Angelos omnes simul Deus noster creauit, et omnes gratia: qua

beati

beati esse potuerimus, creavit, et damnati Angeli erant ordinati
ad beatitudinem cum conditione, sicut et homines reprobati, quot quot nati
sunt essent. Sed non cogitatis, et quidam doctores nostri; quod Deus pri=
ma sua intentione voluit beatos facere Luciferum, et illum praecitos;
alios vero omnes quos cogitatio et memoria est a conditionibus exclusos omnino.
Nullus dicit hominem reprobatum, et damnatum, tamen sit beatus absolute; sed
cum conditione, quam si servasset, tamen non erit beatus ex parte, non
ex necessitate absolute sed conditionis praecaria ordinata, absoluta
non est etiam verum, quod omnes qui nunc salvati fuissent, nunc salva=
tur, imo quilibet eorum qui damnantur, bene salvus fuisset, si natus
bene fuisset. Quia ista non omnes quando nascuntur, bene nati fuissent
in libertati. Primo enim fuit generalis conceptus: vita est corruptio, vita
traditio de Paradiso, ubi omnes nati sunt, nisi remedio cuiusquam. Hu=
manus nascendo non erat primo facie determinatus, sed vestis
omnibus corporalibus producendis, agnitus est numerus omnium. Nativitas
tamen ex vita ista egredientibus agnitus est numerus electorum.
Neque tamen propterea nullus praedestinatus damnatur, praedestinatus,
dico, absolute, non cum conditione, sicut tibi reddidi. Conscribe omnia, et
diligenter conserva, ut populo Christiano promulgentur, ne ampli=
us tot opinionibus vexentur. Redeundum est tibi ad Cellam tuam, et
Cavernam tuam; ibi enim te expectant fratres tui; et alii te perqui=
runt, et Papa pro te iam ter misit, cui nihil honoris debes, sed
solum dicas, quod sicut coepit, matri illi honorem debitum tribuat; Ecclesias
restauret, bella saecularia dimittat, Ecclesiae provideat; de suo

Carne

carne tanto [illegible] non faciat, sed Christianis ad inferat;
legem dei, et mandata universis promulget. Tunc in brevissimo
tempore meae assumptionis [illegible] stantibus ad hostium stantibus
meque quaerentibus. Praedictio de [illegible]

Post, certo temporis spatio fui in [illegible], et omnibus meis ado-
rationibus factis, [illegible] de patre novo adducij temporis et
adventu, ex [illegible]. Angelus Gabriel apparuit coram omni-
bus, dicens: Indicabo tibi, quod illud est pro quibus monuisti. Qui est
futurus Pastor, quem Deus elegit, nunc est homo inter viles pau- de Pastore futuro.
peribus, ignotus, sed Dominus cognovit eum, et paulatim pro-
vehit, et erigat, et in illo, quando senex fuerit, ostendet virtu-
te suae potentiae, qui noscit de terra suscitare inopem et de ster-
core [illegible], et [illegible] pauperem. Elevabit eum Domi-
nus, et sublevabit, et a peccatis eruet et purgabit: quia non
tantum infixit mentem in peccato, quantum honorem habeat prae oculis;
et deipara genitrici, et matri beatissimae, semper mente intendat;
Cuius memoria semper gerit in corde, et eius salutationem, quam
ego sibi dedi, quando filium dei annunciavi et cognata sua comple-
vit, quae semper teret in ore. Tunc ego hilaris factus exclamavi: Cito
ergo haec fient Angele Dei: ex quo iste natus est, et crevit. Respondit:
ideo alios quod petebas, sabilis; nec tibi dicere volui, ut avidi-
us donum Dei inquireres, et perciperes. Nunc dico tibi: nunc est Pastor
ille quem scis, in quo plurimis [illegible] et multorum bonorum, et malorum [illegible] quibdam aliis [illegible]
amator, sed bona eius, et devotiones vincunt malitiam. Veniet

post

post illum, quem creabit ipse, neque calidus in bono, neque frigi-
dus in malo, neque tamen tepidus erit de omni genere, homo erit
et humana patietur, et ut homo conuersabitur; ut tamen supra homi-
nem, nec contra hominem aliquid faciet; Deo Deus eum non derelinquet.

Bos cornupeta. Veniet post illum Bos Cornupeta, et Thaurus nobilis: Simon Magus,
qui constituet in templo Dei ementes, et vendentes, et mensas nummu-
lariorum; de quo pauci considerare poterunt. Cuius temporibus Italia

Italia. nouo iugo onerabitur; Cadet, et recedet nouorum Vicecomitum dominium;

Vicecomites nec qui ei succedet, tamdiu durabit, quamdiu ille, cui Italiæ ruinam:

Aragones. Corruet tempore illo nouum Aragonensium regnum; Florentini in adversitate cha-

Florentini. rissimi occupabunt principis, statusque sui partes perdent; rixæ erunt
inter eos, et suspiciones, et multi timores, itemque ex maioribus, et
superioribus Ciuibus multi aufugient, et iterum ingredi desiderabunt
et multoties conabuntur, sed non poterunt, nisi prius contumaci
fuerint, et perdent omnia, quæ illorum sunt; sed ipsis ingredientibus
paulatim omnia rehabebunt, et maiora acquirent, quam nunquam

Rex liliorum habuerint. Rex liliorum, ut fulgur pertransibit, et vincet, sine victo-
ria redibit; vix qui aufugiet, a quo ducibus abeo seducetur, curabit
vindictam; nec facere poterit. Surget, et a Carceribus Rex loco
eius prudentior patris; promittet multa, faciet pauca, exiget
plurima, in specie eius plurimi peribunt. Ianuenses dominos

Ianuenses multos mutabunt, et semper sub domino erunt; succedet ouis

[illegible] Senator Senatori, qui eius comparatione videbitur Agnus; erit quasi
ut fuerit. Redibit qui nunc est sub alio nomine, quod ut mentietur:

huius

huius facta maiori favori amplectabitur qui eum regimen sequente viam preparabit ad tempora felicia: et hic est ea Tenor:
Non dico tibi omnia: dabit de eo summi mago benedictionem:
Esau, sed vero electo Pastori benedictionem Jacob: fuit autem
benedictio Esau in rore Celi, et pinguedine terre: sic erit et illi; p̄;
bit enim robur fortis, et corpore sanus, et ingenio vivax, et quod
desiderabit, dabitur ei, ut vati et appetit, ut sua: mundana
aurea; que est benedictio de rore Celi: erit enim habens thesaurorum multos, que est benedictio de pinguedine terre. Deinde
cogitabit, et faciet in illis, que manus eius reddita bitur, taisque
(?) sanguinis ab eo nominatis, et electis distribuet bona Ecclesie: que nunquam sibi deficient, subditos opprimet onere insuportabili: tandem propter valde execrabiles abominationes, iniquitates, et scelera, et peccata in adventu Regis in Italia
de sede deponetur, quia vox sanguinis clamat contra eum; et
manus eius polluta sunt sanguine, tamen thesauris Ecclesie potens,
et gaudebit Pastor, quem Deus amat et elegit intrabit in templum,
et eijciet prosementes, et vendentes, et mensas numularium evertet, et sanctificabit templum, purgabit, et reformabit Ecclesiam, et
omnes admirabuntur et stupebunt: Benedicetur benedictione Jacob,
quia erit primogenitus filius Ecclesie, et legitimus, Verus q. Vicarius Christi: Imitabitur enim eum verbo, et exemplo: purgabit
mundum multis erroribus. Docebit omnes, que sunt adhuc abscondita.
De Angelorum Creatione, et etiam quantum fluxit temporis ab eorum
Creatione

creatione usque ad benedictionem, et casum: Qua die et quo Monticulo,
vel loco Adam fuerit formatus; qua die in paradisum translatus:
quando, et ubi, et qualiter mulier fuerit creata: qualiter mulier
à serpente temptata, ipsi deinde temptavit: de Verbi incarnatione,
et vera deitate, et humanitate Christi, de gloria paradisi, et Coeli
Empyrei amenissimo situ: de Conceptione admirabilis matris Dei
Mariae: de illis, quae fecit Christus à duodecimo anno usque ad trigesimum.
De assumptione eiusdem Virginis: et quod nullus est inter ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Christum, et Matrem suam Mariam: de sermonibus Domini in
templo et Sinagogis ad Phariseos, et plebem factis: de sermone
Joannis Baptistae ad Herodem: de his, quae in carcere fecit, et docuit: de
Trinitate illa singularia, et de Sacramento corporis, et sanguinis Domini
et alia multa in hoc opere, et libro scripta, à me iterum manifestanda.

Tunc ego, auditis tot mirandis, et agnoscendo, quod iam erat natus, et
educatus, et à deo praeservatus longo tempore, ante quam Antichristum purga-
rius fui valde et quasi sperans videre illum diebus meis, dixi: Domine
mi, Videbone praedictum Christum Dei; non sum tam senex, quod eum
videre non possim. Respondit Angelus: iam vidisti, sed non cognovisti: non tardat,
nec est absconditus in Cavernis, sicut tu: Nec enim ipse de hoc cogitat.
Deus pro illo cogitat: et quando videbitur absens, tunc erit proxi-
mus: quando videbitur prope, erit longe; et quando longe, tunc
erit prope: oportet impleri quae dico, non quia dico, sed quia Deus
ita voluit, ita decrevit, statuit, atque firmavit. Tunc ego: Domine mi:
De monticulo in quo Adã creatus est — ille Monticulus, in quo Adam creatus est: ubi est, vel quid significat?
Respondit ille: nunquam tam acute me interrogasti, quam nunc quaesivisti.

Primo

Primo, obiicit mons ille, si debet intelligi de aliquo monte terreno; secundo si mons iste dicit aliquid de terreno, quid ergo significat, hoc te quaeris, hoc te scire cupis. Ad quod dico tibi, quod mons iste non est terrenus, in quo, et de cuius pulveribus nos formavit [illegible] corporis nostri, deo auxiliante; vel si nostro [illegible] ille dictus est mons iste [illegible] Virginei montis, de quo abscissus est lapis sine manibus, qui et ad mons [illegible] factus est, et mons magnus est Caelum Empyreum a nobis vocatum; in quo boni sequentur agnum quocumque ierit; In monte Thabor transfiguratus est; in monte saciavit de quinque panibus turbam multitudinis. In monte conceptus est; in monte oravit; in monte Caenam fecit; in monte captus; in monte Crucifixus; in monte ad caelum ascendit; super montem [illegible] ad iudicandum venerit, stabunt ad pedes eius. In monte pater noster Franciscus natus est; in monte stigmatibus [illegible] clavis in manibus, et pedibus insignitus admirabili modo domini salvatoris passionem renovavit. Quod fuit praecipuum et singulare, atque inauditum donum. In monte et Sanctus Pastor, quem sibi Dominus elegit, natus est, qui montem Sion, vel Ecclesiam Christi in altiori monte erigit, inde nebulas atque caligines tenebrarum [illegible] illustrabit, cuius splendor ex hinc perpetuus erit. O beati fratres, qui haec videbitis; [illegible] nunc in imagine, alii videbunt in speculo. Tunc ergo [illegible] dignus essem videre istud pauperculum, et incognitum, quem Deus [illegible], et tanta facturus est. Dixit Angelus: [illegible] sed non in maiestate illius; est enim nunc sicut granum frumenti in terra mortuum; de quo [illegible] ad

tempus

tempus illud, in quo [illegible] nobis cogitare nemo poterit.
Sed ut votis tuis satisfaciam, illud, quod Romae [illegible] hunc
absentes tibi ostendo in similitudine, et ostendit mihi [illegible].
et id visum est mihi, quod impossibile esset illum [illegible]
credidi sermoni Angeli loquentis, et recordatus [illegible] Scrip-
turae dicentis: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.
Dixit, quod non sunt homines, qui talia faciunt, sed hic Deus facit
omnia: nos sumus quasi de remoto instrumenta. dixit vero
Angelus: Quod dedi tibi faciendum, observa, et ostendi eam antequam
procederet Romam: in Mediolanum [illegible] et ibi dixi [illegible].
Relinque imaginem hanc una cum libro Romae, [illegible] sub
poena mortis, et nullus librum aperiat, usque quo Domino placuit, ut
paulatim in lucem veniant [illegible] et archana Dei: si quis vero
ante illud tempus aperire librum praesumpserit, dabit debitas poenas:
inter vero [illegible] quod [illegible] invenerit, judicabit. Postmodum
vero, quia fecerat mentionem de Caelo Empyreo tanquam de scanno
hominum ibi habitantium, et iam multa dicta fuerant de peccato originali.
de pecc. origli Tunc ego iterum inquisivi ei: Domine mi, de peccato originali
multa dixisti, quae non bene capio; et controversia illa, quae
hodie multa scandala generat; rogo, ut absolvas. Utrum Mater
Domini nostri Jesu Christi illud habuerit peccatum, et contraxe-
rit; Deinde quomodo illud Caelum Empyreum sit congruum, et conve-
niens hominibus habitantibus, quomodo ibi animalia terrena,
et aere, atque aliis elementis indigentia vivere possint. Respondit
Angelus, et dixit: De peccato originali isti Doctores varie

locuti sunt

locuti sunt. Quidam enim illud reatum solum esse crediderunt, vide-
licet, exagitationem sui privationem patriæ supernæ, seu vitæ
æternæ, et nihil aliud. Alij vero quandam qualitatem morbidam,
seu rebellionem carnis, aut legem membrorum, aut fomitem. Vario mo-
do, et diversis vocabulis idem declarantes. Alij dixerunt, illud esse
concupiscentiam quandam seminatam in omnibus concupiscibilitatis
seminarij. Alij profundius animo investigantes, dixerunt, illud esse
privationem iustitiæ Originalis, cum debito habendi eam. Sed ne te
opinionibus diversis detineam, Ego tibi multa alias dixi, sed
non ad plenum adhuc; Audi ~~tamen~~ nunc quæ dico tibi, et scribe diligenter.
Illa ea quæ alias dixi valde confusa conscripsisti, et multoties re-
petisti; Audi nunc, et menti imprime, ut conscribantur recte, et
nullus sit defectus in dictis, aut scriptis. Illud quod in nobis dicitur pec-
catum originale, in Adam fuit peccatum actuale; ipse enim comedit
et prævaricari cœpit mandatum Dei; Prævaricatio mandati, et come-
stio præterijt; facta est, et revocari non potest, sed occasione talis
prævaricationis Adam reatum incurrit: quia ad æternum supplicium
obligatus fuit, et hæreditate sui beatitudinis est privatus; privatus
etiam fuit immortalitate, et impassibilitate illius temporis; pri=
vatus et tranquillitate, quam habebat in imperando viribus in=
ferioribus et creaturarum obedientia; erroribus multis subiectus;
ad malum pronus, et proclivior factus est. Sed nullus istorum fuit culpa,
sed potius reatus, vel pœna. Ultra talis reatus et talis pœnas, Adam
ipse propter esum illum fuit privatus duplici qualitate in anima
existente, Illa, scilicet, qua Deo uniebatur, et coniungebatur, et alia

qua

quia tranquille imperabat viribus inferioribus, Cuius medio
amissa qualitate, coniungente deo, poterat retinere eas temperare
sine appositione alterius remedij. Haec fuerunt mala, in quae cecidit
Adam pater noster. Nota ergo, quod capiendo peccatum pro illa prevar=
ricatione mandati, ipse solus, et non Uxor Eua, peccasset,
et nullus peccatum illud commisit; capiendo etiam peccatum pro illo reatu
ad supplicium aeternum propter transgressionem obligante. Nullus filio=
rum ad illud propter eam illum fuit obligatus. Sed solum ipsi duo pa=
rentes nostri. Si tamen peccatum diceretur privationem beatitudinis, im=
mortalitatis, impassibilitatis, tranquillitatis, subordinationis, virtuti=
bus et alijs bonis, quae gessit in nobis nos. nomine ipsum hoc pecca=
tum pertransivit in omnes concupiscibiliter procreatos sententia divi=
na, et potest dici originale, a quo ~~[illegible]~~ originali habentibus
infligitur propter originatis primi transgressionem. et hoc est proprie
est culpa, quia licet etiam culpa dici possit, et macula, non pro=
prie culpa, quae in anima transeunte actu peccati remanet, est elon=
gatio a deo, quae nihilatio est, quia privatio gratiae [illegible] sine qualitatis
deo coniungentis, de qua [illegible] habentes [illegible]. et illa est macula,
illa [illegible] spiritualis, illa contaminatio, illa animae morbus et languor.
Et quamvis Adam et Eva ante illam eam pro interna elatione et [illegible] con=
sensu ex proposito talem qualitatem amisissent; tamen etiam cum illo non
amissa, amiserunt sic; quia si habuissent, digni erant amittere,
et amisissent. Et hoc modo postquam perpetrato crimine gratia
amissa est: sequentibus quoque criminibus amittitur. Peccando enim
dignus

dignus est qui amittere quod amisit; illud iterum amittere vide-
batur; Amissio ergo gratiae est culpa, et macula, Elongatio a Deo, et
dissimilitudo Dei; et haec macula remansit in omnibus filiis
Adae ex propagatione natis, decreto et lege communi; quam
maculam tam ante actualem Adam habuit, Adae filii non habuissent,
nisi et ipsi illud praecepissent; sed eo comedente, decreto firmatum
fuit, ut omnes essent filii irae, et inimici; non autem amici, di-
lecti, non criminales; nisi remedio adhibito iterum reconciliarentur. de remediis pecc.^ti origl.^is
Remedium nota sunt: Merito Christi, et motus voluntatis in Deum;
aut Sacramenti susceptio; vel baptismus, de quo alias loquemur.
Privatio autem secundae qualitatis, qua tranquille vixisset homo,
et quasi facile ad Deum convertitur fuisset, non ita proprie est culpa,
aut macula: tamen aliquo modo ex ipsa pertinet ad peccatum
originale, quia per illum incidimus in talem privationem. Et
ita intelliges quae alias tibi dixi, et tu nimis confuse accepisti:
quid ergo peccatum originale solum reatum quo obnoxii sumus, et illius
culpae animae, et illius quae corporis est futura homines: illi non
discernunt inter reatum, vel culpam, aut maculam; sed reatum
ipsum culpam, et maculam credunt; qui vero illud peccatum vocant
legem carnis, vel tyrannidem membrorum, videntur ab illis primis
dissentire, nisi quia primi videntur reatum in quo homines cecide-
runt, per illud vocare peccatum originale; illi solam legem carnis,
et fomitem; quis omnes est poena quaedam, quae propter eam iniustitia.
Hoc et tranquillitatem amisimus illam, et repugnantiam carnis

contra

contra spiritum concupiscentiis dixistis; quod carnis seu sensuum
repugnantia, verè poena esse potius, quam culpa, vel quia reatus.
Qui autem illud peccatum dicunt esse concupiscentiam; si intelligunt
per eam pronitatem carnis, et non resistentis ad malum, tunc non differt
à secundis: si autem ipsius animae pronitatem ad condelectandum sensui:
ita quod talis sit in voluntate, non in sensu; illa etiam erit poena,
quae consequitur voluntatem privatam illa secunda qualitate, de
qua saepe diximus: Qui autem illud ponunt esse privationem iustitiae
originalis: ij propinquissimè accedunt ad rationem culpae, intel-
ligendo iustitiam originalem qualitatem primam coniungentem
Deo; quo et si ante ea illum privati fuerint, non tamen
filij irae fuissent, sicut nos peccato primo; si autem iustitiam
originalem secundam qualitatem intelligerent, qua et tranquillè
viverent et citò in Deum redire potuissent, tunc etiam peccatum origi-
nale potius poena fuisset, quam culpa, seu macula, aut elonga-
tio, quae idem sunt. dictis his de peccato originali. nunc de ipsa

de concep-
tione
B. Mariae Vir-
ginis

veritate, quomodo Maria genitrix Dei nostri sine illius peccati
labe concepta sit; quod apud nos venit in dubium: dico ergo Deum



primo suae intentione verbum suum voluisse ex virgine carnem
ne assumere, eamque semper immaculatam fore absque ulla conditione
bene placitae suae voluntatis absolute; eam elegit, et praeelegit,
quod de nullo alio dici potest, nec de nobis Angelis, nec de nobis
hominibus. Vt ergo Deus ipse ex ea prodiret; creavit mundum

Nota

sensibilem, et primos nostros parentes, ut tandem egrederetur virga
illa

illa, et fere extenderet: et volebat quod etiam propagatis eius,
quibus illi essent amici; essent cum conditione, si mandatis ob-
temperarent: solam illam voluit nullo pacto transgredi; neque
alicuius transgressioni subiacere. Vidit transgressionem primorum
parentum, condemnavit omnes posteros, omnes propagatos, nisi
innocentum meritis illius hominis Dei et absolute voluit, ut
meritis ipsius suffragarentur sibi: alijs vero cum aliqua conditio-
ne, scilicet vel ipsi, vel parentes, aut etiam alij praeter merita illius
Dei, et hominis intervenirent, et tandem omnes alios bene abso-
lute praedestinavit, quando in gratia confirmavit, vel in mortis
infantem vel antea; sit ergo ut sicut omnibus hominibus sub
conditione voluit beatitudinem primo intentione, ita in lo-
primo hominis transgressione nulli eam dare voluit, nisi cum
conditione, scilicet si remedijs opportunis potiretur. Ab hac
tamen Virgine nunquam removit mentem, vel animum; sed ut re-
medijs gauderet, absolute disposuit; hoc est meritis filij eius ex eo-
[illegible]. Accipe, et tene quod dico: Nullus est ex filijs Adae, cui
aliquando non fuerit in mente Dei; hoc est quem noluerit beatum
fore, saltem cum conditione: nullus est, aut fuit, aut erit, quem
non voluerit beatum fore saltem cum conditione; et nullus est quem
pro aliquo tempore in sua aeternitate Deus non habuerit pro exule
et pro inimico: praeter hanc de qua loquimur omnium nostrum
Dominam, quae non solum pro illo tempore, et quo coepit esse, sed pro
immensitate aeternitatis divinae semper ante fuit electa in



gratia

grato, et augusto. Alij omnes pro aliquo tempore oblati sunt ei,
ut inimici, et exosi, praevisi peccato Adae. Multa sunt genera homi=
de varijs generib. hominu[m] num; Quidam nunquam deo placuerunt, nisi sub conditione, ut illi
qui nunquam remedium originalis culpae acceperunt; Alij quandoque
placuerunt, quandoque displicuerunt, ut illi, qui remedio recepto,
iterum sunt praevaricati, et hi varij, et frequentius; Aliqui enim
semel percepto remedio constantes fuerunt semper; Aliqui semel
post delinquentes redierunt; Aliqui saepius; Aliqui vero saepius [illegible]
saepius peccantes redierunt; Aliqui nunquam non [illegible] fuerunt
in morbo illius peccati curati. Aliqui deum conspexerunt, vel ante
meritum Iesum Christi, vel parentum, vel ad Redemptorem mentem,
Deo sic acceptante, fuerunt in cognitione dei a peccato illo libe=
rati: eo modo, quo Dominus potest aliud servum, antequam [illegible] vel
concipiatur a servitute liberare; Et multo magis id potest deus, qui
distincte cognoscit, et novit ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt.
Quotusque igitur praevidiavit in mundum, tanquam a se missos, et
tanquam magnos inimicos, et tanquam amicos suos; eos iam ab=
solvebat a paris crimine, meritis dei veri, et perfectissimi ministri.
Mater Dei Hanc Virginem nec antequam non [illegible], neque in conceptu, neque
ante conceptum absolvit: sed nunquam, ut inimicam, aut ingratam
habuit; sed absolute voluit (meritis filij eius) ipsam, non solum a
peccato inexistente purgare, sed neque a peccato in eius mente divi=
na apprehenso, unquam absolvit; acsi eam pro aliquo tempore in
tali peccato deus ipse vidisset, sicut vidit omnes alios filios
ex Adam propagatos. Multi ergo deum conspexerunt amici esse

poterant

poterant, et fuerunt: et aliquanto tempore ante in praesentia
Dei (sic mores sanctae Ecclesiae exigebat) omnes tamen in pec-
cato concepti sunt; quia omnes ex tali conceptione [illegible] mere-
bantur iram, et inimicitias; imò plus tibi dico; etiam Reginam
nostram, quae numquam irata est, vel inimica, neque ante conceptio-
nem, neque post, adhuc de rigore conceptionis suae in peccato ad-
cipiendi posset; quia qui liber sic propagatus meretur iram,
et non misericordiam ex ratione propagationis suae, et hoc modo venit:
nullus neque à reatu, neque à culpa liberandus, sed omnes in
peccato concipi, nasci, et vivere; sicut tamen non omnes vivunt
in peccato, nec nascuntur; sic nec concipiuntur. Omnes ergo
estis de propagatione irae peccati et mortis, et irae; sed gratia
salvantur, aliqui post multos tempus, aliqui post paucos, ali-
qui post unum ex quo concepti sunt, aliqui post unum antequam
concepti sunt; aliqui post nullum omnino neque in re neque in
praesentia Dei salvati, et liberati expediri potuerunt; quia tamen,
ut filii propagati ab ipso Adam, intelligebantur, ut sic intellecti
displicent, non Deus absolvere eos, nec ut filii sui praevisi, prae-
servare potuit hic potestate singulari; quia talis alius à Vir-
gine Dei Maria nullus fuit, ipsa tamen vere dici potest pec-
casse, à peccato liberata fuisse, quia ex meo peccato obnoxia
proditura erat, at non dixit; imò dico tibi; quod nullus magis fuit li-
beratus, magis salvatus, magis redemptus, quam illa; nullus obli- [illegible]
gatior extitit salvatori, quam illa; Non solum ergo salvata est,
sed magis salvari, magis redimi non poterat; quae numquam

lapsa

Sabe pollutus est, auulla sorde; neque debesset; neque de ea à Deo in aeternitate intelligeretur: et hoc meriti saluatoris Deo praenotis magis redimendo patuit. Minus ergo merito Christi peccantes magis saluantur: quod si minus peccantes magis saluantur, nullo modo
Attende
peccantes maxime saluari dicentur. Hoc ut promulget toto orbi summus Pastor Deus decreuit: quicumque aliter senserit Anathema erit. Sed miror, cur hoc nostri d'altris ad pugnandum: sicenim nullus redimitur aut saluatur, nisi peccato prius extiterit; quo non uideat, quod oporteretis dicere minus redemptam illam, qui minus peccato fuerit, et minus saluatum, minusque saluatore indiguisse, minusque saluatori obligatam esse: quae omnia perabsurda sunt; sic ergo Virgo Regina minus omnibus saluata fuisset, et saluatori obligata; quae absint a fidelium mentibus. Nullus magis saluatus ipsa; Nullus Deo magis obligatus; et quia nihil meriti ad hoc habuit, nisi merita filii sui praeter se omnes sic saluatori obligatur; ad supra omnes meritis saluatoris meminit: Vnde et ipsa eundem supra omnes saluatorem appellauit, quando cantando dixit: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: sed et tamen, et animaduertas, quod si peccato originale pro toto reatu obligatione ad poenas merito sit, et praeuenit ulla mortali mortis, et impossibilis peccato, ipse tale peccatum contraxisset, sed illud uidet peccatum originale, quod a Deo per baptismum dimittitur, Aliisque ipsum reliquiae peccati originalis serant in eo, non peccato, Nisi tota sanctificasset; me ostendam peccatum
mortalis

†xx

mortalis et passibilis venisset in hunc mundum. Utique igitur illud
peccatum nocuit aliquo modo; quod nocumentum, particulariter Adae,
fuit nobis utile; quia sanguine illius, et morte redempti fuimus:
et nocumentum mortis fuit ipsi Matri ad cumulum meritorum; immo
profuit et nobis; Et sicut oblato peccato originali, non auferuntur poenae
temporales: sic etiam praeservata ab illo, non praeservatur a poenis
huiusmodi; immo Christus Dominus noster quamvis sufficiebat illi
peccato, quia non fuit ex propagatione illorum, neque ex concu=
bitu procreatus, sed omnes alii, non fuit a poenis illis praeservatus:
quae tamen poenae naturae inerant, non datae in poenam; sicut si
Deus crearet unum hominem in puris naturalibus, ille esset mortalis,
et passibilis; mors tamen et passibilitas non esset sibi, ut poena
peccati; sed conditio naturae; tamen aliquo modo peccatum Adae
fuit occasio mortis Christi; nisi enim ille peccasset, Christus Do=
minus mortuus non fuisset; nec carnem mortalem assumpsisset,
sed tamen, quatenus [illegible] in scripturis,
ipsum propter peccatum [illegible] venisse; tempus [illegible]
dixit: venisse ut mortalem, et passibilem; Deus enim prima inten=
tione non decrevit filium suum mittere in mundum in carne mortali,
sed solum in carne humana; sed videndo peccatum Adae decrevit:
ut assumeret carnem mortalem, et passibilem; ideo dicitur eum
propter peccata nostra venisse, non prima intentione, sed
secunda; Utraque tamen aeterna. De huius incarnatione aliqualiter
sermo; nunc prosequamur inceptum: Mors et passio Virgini Matri

fuit

fuit pena peccati; quia ex natura suae propagationis in maculam
peccati cecidisset; nisi Deus eam meritis passionis filii praevisis
absoluisse praesumpsisset; longe itaque dicta dignitas matris a dignitate filii;
ille namque neque peccatum habuit, neque habere potuit; quia ex concu-
piscentia natus non fuit; ipsa non habuit, sed habere potuit, et sane habuisset.
nisi Deus, ne haberet, eam praeservasset: sed valde errant multi apud nos:
illi, qui dicunt, si illa in peccato concepta non fuisset, iniquus esset Deus,
si eam mori permisisset; quia sicut non est Deus iniquus, qui aufert peccatum
et non penam illius, ita neque iniquus est, quando praeservat a peccato,
et non a pena; si enim aufert, aut praeservat, misericorditer aufert,
et praeservat a peccato; et aliqua ratione suadente non praeservat
a pena; quia illa remanet in exercitium, et meritum. Deus tamen
mandato facto primis parentibus nostris, et non observato, dimisit
naturam humanam in conditione propria; et quia illa ex se morta-
lis erat, et passibilis, talis remansit in omnibus. Noluit enim nullum
remedium adhibere pro ablatione penae; sicut adhibuit pro absolutio-
ne culpae; absolutione enim illa abstulit: nulli amplius in via illa
incurrunt: gratiam vero non absolvit: sed ut recuperari posset, et
voluit, et remedium adhibuit: non stant ergo illa connexa peccatum,
et mors. Non ergo mirum est; si culpa non inhaerente, et mors, et passio
adhaereat; quia conditiones sunt naturae: peccatum minime. Dico
tibi plus: si Christus venisset in carnem humanam solum ut homo, et non ut
redemptor, adhuc mortuus fuisset; quia pactum absolutum illud fuit,
ut praevaricatione illa facta, natura humana sibi dimitteretur

in omnibus hominibus sine ullo remedio; Imò dico tibi, si Adae soli, et
filijs eius ex connubio nascentibus fuisset promissa immortalitas;
tunc Christus ex pacto illo eam non habuisset; sed quia carnem
talem assumpsisset, qualem inuenisset, et ita Adae peccando, Chri-
sto immortalitatem propriam abstulit, quia etiam pro illo [illegible] pe-
ccati, [illegible] quia pro ipso moriturus erat. Christo tamen
damnum indirectè abstulit, quia [illegible] eam omnibus filijs suis, ex
quibus secundum carnem descensurus erat, abstulit eam, et ipsi, quia
talem carnem assumpturus erat qualem inuenit. Mors ergo, et passio
non praesupponunt culpam originalem filijs Adae inhaerere, sed vel inhae-
sisse vel inhaerere potuisse; ipsi tamen Adae pro certo inhaesisse. Aliud
etiam Deus absolutè decreuit, ut nullus regnum caeleste peccato aeque
[illegible] tale subiectum intraret ante Christum Saluatorem omnium. Quaero
igitur, inter doctos quaeritur: si Maria ante filij mortem mortua fuisset,
an ad Caelos conscendisset; dico tibi quod non: quia decens erat, ut ipse
esset primogenitus mortuorum, et princeps regum terrae; hoc est, om-
nium Sanctorum hominum, et quod nullus hominum vita beata viue-
ret, antequam Deus homo moreretur. Redeamus ad propositum nostrum.
Si vero peccatum originale tunc esset, quod est obnoxitas mortis, moraretis,
Maria Virgo in peccato originali concepta fuisset; sed tunc pecca-
tum originale per Baptismum non deleretur; quod est absurdum; quia tunc
staret simul gratia, et peccatum originale; si vero peccatum ori-
ginale esset illa morbida qualitas, et fomes, aut lex carnis, vel
membrorum, etiam illud dici non potest peccatum; quia talis lex carnis

est

est in hominibus, etiam post baptismum, et stat cum gratia; quia
habere aliam legem repugnantem legi mentis est conditio naturae
humanae, sicut, et mortalitas; et ex facto peccati, natura humana
quoad hoc posita est in suis proprietatibus, et destituta conditionibus
suis. Unde natura destituta fuit, etiam restituta; deserta enim fuit et
privata muneribus supernaturalibus: restituta fuit donis naturali-
bus. Illa quoque lex membrorum non est in mente, aut ratione, aut voluntate,
sed potius in sensitiva parte, in qua ponere peccatum, est absurdum. Animad-
verte tamen, fomitem illum, non fuisse in Virgine Gloriosa, cui Deus tan-
tam gratiam dederat, ut in ea aequalis, imo, et maior tranquillitas esset, quam
in primis parentibus nostris ante peccatum fuerat, et miror de quibusdam
Doctoribus nostris, qui dicunt, nullum hominem unquam concupivisse illam
quamvis esset pulcherrima mulierum; in quo etsi non damno, sed miror quare
ponunt in ea fuisse talem fomitem, et postea sopitum, vel extinctum. Si
enim Deus noluit alios eam concupiscere posse; quare fomitem talem in
ea, ut illicite concupiscere posset, dimisisset? Habuit tamen illum eo modo,
quo et Adam ante peccatum, remote, non propinque; quia habuit naturam,
quae secundum sensum novit repugnare, et resistere rationi; Talis igitur
morbida qualitas, quam fingunt a voluntate carni infectam, quae in
vera: non est, nisi conditio naturae deprava; non est peccatum, nullimodo, ut
sit peccatum, non fuit in Virgine, sicut neque in Adam antequam peccasset.
Si vero peccatum originale dixeris concupiscentiam, haec est ipsa sensuum
cupidinem; quae repugnant contrariae rationi, vel ipsa pronitas ad ex-
concupiscendum contra rationem. Dico tibi bone Vir, quod neque concupiscentia,
Nota. neque pronitas talis est peccatum in te; Ratio est, quia peccatum in te

sumptum

sumptum prout est in tota voluntate, sed in ceteris sensibus; nisi pro
ut a voluntate procedunt. Quod si vis illa esse peccatum, illa non
fuit in Virgine matre, quae neque concupivit, neque pronitatem
in sensibus habuit concupiscendi; quia bene habebat [illegible] sensus
ad legem Caritatis; sed dices mihi, concupiscentia, quae est in voluntate
condelectante et congaudente sensui, et complacente eidem, illa est
peccatum originale. Et ego dico tibi quod illa est in nobis propter
peccatum originale; si enim pater noster non peccasset, voluntas
nostra illicitas condelectationes non admisisset; imo illae in sensu, ratio=
ne praeveniente et moderante non fuissent, si quoque talis concupi=
scentia condelectationis illicitae peccatum esset, vel pronitas ad con
delectandum, sed haec illa in Dei Genitrice non fuit. Neque enim conde=
lectata est pravae suggestioni sensus; qua suggestione caruit, neque
ad condelectandum prona fuit. Si per hoc nomen peccatum originale
privationem illius qualitatis dixeris, qua voluntas, et appetitus
sensitivus (sicut quod ad [illegible] vestiendum) cohibentur ab illicitis deli=
ciis; quam qualitatem nos alias diximus vocari secundam qualita= in raptu 3o.
tem, et iustitiam originalem, quae et remedium erat, et a peccato
quasi illo mortifero illius eius, homine peccante, erat remedium
in Deum redeundi: significatione talis qualitatis peccatum originale
vocaveritis (sicut et plerique nostri, et quos auctores existimatis
vocant) tunc Virgo illa videbitur contraxisse peccatum originale,
quia talis iustitia nunquam fuit sibi reddita; ergo tali iustitia
fuit privata, cuius erat debitrix; eo quod primus Pater etiam
pro ea ipsam acceperat in pacto, et amisit etiam pro ea pacto non
servato.

seruare. Et nasquid sicut nostri subtiliter dicunt peccatum originale priuatio iustitie originalis debite; ex eo quia a primo patre pro filijs accepte, atque pro ijsdem amisse: quia in quantum Adam eam pro se accepit et amisit, non peccauit originali; sed actuali peccauit. Et tamen fuit debitor illius. Dico ergo tibi, quod sicut alij purgantur a tali priuatione, sive iustitie talis restitutione; ita et illa pre=seruari potuit sine tali iustitie restitutione; si enim est sufficiens equi=ualens; vel fortan, et melius priuatio oblata est, sicut, si priuato sacerdotio restituatur episcopatus; et priuato Xmi restituatur [illegible] aliis, vel certum alij, non amplius priuatus est; dedit autem deus gen=titrici sue ab eterno in mente, et ex tempore in re aliquid illi iustitie equiualens, aliquid melius et maius; Itaque ergo, neque in mente eius, neque in re priuata fuit tali iustitia; dico tibi postea, quod pri=uatio talis iustitie non est proprie peccatum, si non eas, sed alia homo erat gratus deo; sicut alias diximus. Qui tamen reatum et priuationem iustitieque doni peccatum dicunt, possunt etiam priuationem illam pecca=tum appellare; et eo maxime, quia prius Adam iustus erat gratia; quod comedisset, sed per eam transgressionem mortem incurrerat; quia et gratia priuatus fuisset, si tunc illa infuisset, et secunda qualitate post alias fuit; et adhuc sibi inherebat: idcirco comedendo, utraque qualitate se spolia=uit, et filios suos; sicut utraque pro se accepit, et pro filijs; sed priorem illam, ut potuit, et ipse, et filij recuperare in se ipsis remedi=um adhibitum est, posteriorem minime; sed priore illa recuperata, alterius amissio, ulterius ad vel patrem imputatur; sed remansit, ut

pena

Ab eterno denique Joannem Baptistam pro tempore, quo patri suo incensum in templo offerente ego apparui, et dixi: nascetur tibi filius primi tempore peccati; Deus noluit liberare a peccato originali, sed absolvit eum ab illo prius, antequam concip[er]etur (nasceretur), sicut et multos alios absolvit. Omnes tamen dicuntur concepti in peccato originali; quia omnes, quando Adam peccavit, fuerunt condemnati, et gratia privati, pro inimicis habiti, eius ditioni subditi; praeter Dominam, et Reginam nostram. Do tibi similitudinem. Est princeps magnus, qui habet servum nativum suum; tamen benignitate sua habens, non vult eum pro servo, sed pro filio, eum facit; si fecerit aliquid, quod sibi mandaret, promittendo, quod si pacem servaret, ipsum pro filio et non pro servo, et omnes ex eo propagatos se habiturum. Si non servaret, omnes non solum ut servos, sed ut inimicos se reputaturum, unico excepto. Ille servus naturam Domini sui non servavit in pace, iussit Dominus ut esset servus, et inimicus, et ipse, et tota posteritas sua, semper unum ex posteris in gratia excipiendo; tunc omnes pro tempore illo quotquot nasci debuerint essent ex eo, pro inimicis habiti sunt, quamvis existerent, et nascerentur. Posset tamen Dominus ille misereri alicui ex posteris, postquam nati sunt, et antequam nati essent; imo antequam etiam concipiantur. Posset namque parentibus id existentibus, et sibi reconciliatis, dicere: Volo, ut filius ex vobis procreandus, sit liber, et amicus; quem tamen in mente sua pro temporibus praeteritis habuisset pro inimico. Scito, et animadverte, Amice Dei, me Gabrielem, et alios socios meos

de Joanne Baptista non conc[epto] in orig[inali] pecc[ato]

exemplum

quamplurimos

de ministerio Angelorum in conceptione matris Dei

quodsi huius nos nocte illa, qua Genitrix Domini nostri fuit concepta, ad=
affuisse et cooperatos fuisse miro, et ineffabili modo circa materiam
Conceptionis illius purissimae: Connubium illorum fuit Castum, sanctum,
et immaculatum: Vos ista immunda iudicatis, et non recordamini, quod
ea, quae Deus praecipit, immunda esse non possunt, et quod ea, quae in para=
diso, et in statu innocentiae fuissent, immunda dici non possunt. et omnia
munda mundis. Nos ad dispositionem seminis, et sanguinis, et corpu=
sculi illius multo (prout potuimus) fecimus, purgando, resecando,
abluendo, tribuendo, benedicendo, et sanctificando quantum potera=
mus: et ad quantum nostra virtus se extendebat; Voluit enim
Deus nos pro modulo nostro esse suos coadiutores, ad hoc, ut ma=
ior amicitia esset inter nos, et ipsos. Venerabilius valde, et ve=
nustius fuit corpus illius Virginis Genitricis, quam Evae omnium
viventium matris; Caro illa, et membra, et omnes partes sui
Corporis fuerunt perfecte dispositae; ita ut nil quasi differret a
dispositione Corporis Christi; nisi quia hic femininum sexus, ille
masculinum erat; manus, pedes, digitos, hos, et illos, et alia membra
pene eadem habebant, et non differebant nisi in illis accidentibus, quae
mulieri congrua essent. Caro Mariae erat caro alterius, sed multa
decet masculum, quae non adaptantur feminae; et multa conveniunt
feminae, quae masculo non conveniunt: imo turpe sit talia pro ho=
mine habere; Dico tibi plus, quod Deus voluit, ut corpus Mariae, gratiae,
et consolationis haberet et formaretur perfectum et perfectius, quam corpus
Evae, et ipsius Adae; et aequalis perfectionis esset cum Corpore Christi, ubi
non repugnabat Condecentia sexus; Tota ergo corpore pulcherrima fuit,

et

et sine macula; Corpus autem eius non fuit in illo oculi formatum,
et animatum, sicut corpus filij eius, quod uniebatur ut uniebatur
diuinitati; neque tantum temporis expectauit, sicut corporalia alia
expectant, sed in breui tempore, nobis consistentibus, illud
Joachim mundissimum semen transmissum est in uterum Annae, et
dispositum, et omnia mundata Cellula illa; et sanguinem ipsius
Annae perfectiorem et puriorem ministerio nostro segregatum, purifi-
catum, et in ipsa Cellula repositum; et semini Joachim uniuimus illi
sanguini alteram mellifluam caelorum influentiam, nos multo dispo-
nendo addidimus, ita ut longe, et incomparabiliter citius quam
illa, et uere aeque naturalia corporibus plasmantur; itaque quae in
alijs perficiuntur in multis diebus, Deo uolente, et nobis ministran-
tibus, facta sunt omnia in sex horis uel circiter. Tunc Deus noster in sex horis plasmatum fuit corpus Virginis Mariae
magnus et potens creauit animam perfectam, non tamen omnia dona,
omnes scientias, siue omnes habitus, et similitudines omnes, sicut
et nos; qui accipiendo unicam similitudinem diuinae naturae, om-
nium rerum similitudines accepisse dicimur. Antea enim nos
creauerat, et postmodum Adam, et Euam, et omnes plenos scien-
tia. Nullus igitur scientiae habitus fuit matri Dei denegatus,
nulla naturalium similitudo; nam etsi propter peccatum Adae
mortalitatem, et passibilitatem accepit, quae illi prodesse pote-
rant, et ex pacto illa in omnibus hominibus relinquere oportebat,
quia conueniunt naturae humanae, non tamen accepit errorem,
aut ignorantiam illorum, quae scire licet expedit, et ignorare perniciosum,
et quae Adam, et Eua a principio acceperunt, et filij acceperunt

erant

erant, si peccatum non intervenisset. Fatendum est igitur omnibus, Ma=
riam Reginam nostram a principio suae creationis, ita novisse omnia,
Dona scien- sicut et Adam, imo, et nos Angeli novimus. Noverat Grammaticam,
tie, et sa- Dialecticam, Rhetoricam, Poeticam, Artes Mathematicas, tam puras,
pientie quam mixtas, tam superiores, quam inferiores; noverat Physicam, et Me=
erant in thaphysicam, et quaecumque subtilibus scientiis sunt; Noverat optime
Maria. Theologiam; imo omnia verba, et opera Christi conservabat ab
initio, et quae illa fieri videbat, conferebat in corde suo cognitionem
experimentalem (quam appellatis intuitivam) ad cognitionem in=
scriptam (quam vocatis abstractivam). Noverat, et omnes artes, quas mec=
hanicas dicitis; Noverat omnium regiminum, et unius domus, et
Civitatis, seu Regni, regulas, et iura, nil latebat animum illum
sanctum. Deum specie vel similitudine connotata, sicut et nos distincte
cognoscebat, neque tamen videbat, nisi interdum privilegio speciali,
quae visio non erat permanens, sed ut quidam raptus; omnes virtutes appe=
titivae, sicut et intellectivae sibi inerant nihil boni sibi deficiebat:
sana erat mens et perfecta in corpore perfecto, et sano, tota ergo pul=
chra, et tota formosa erat, et tota immaculata, tota perfecta, om=
nibus affluens divitiis, nullus in ea peccati originalis nodus, nullus
concupiscentialis fuit cortex. Hic Pontifex, qui nunc est, de hac immacu= Sixtus 4.s
lata Conceptione Mariae Dei officium acceptabit, confirmabit, et ut
ab omnibus celebretur, hortabitur; determinationem et decretum facere de
immaculata Conceptione, cogitabit; sed non faciet, neque opere com=
plebit, quia haec reservantur Pastori electo, Celestis [illegible] Coelorum;
Nihil certe splendoris, aut numinis defuit Dominae nostrae Reginae;

quam

O qua laudant astra matutina, cuius pulchritudinem omnia pulcherrima mirantur, et quia vocitant nos sicut filii dei: quotquot enim hoc recipiunt, dant eis potestatem filios dei fieri. In mente divina pro quocumque tempore immaculata fuit: In Adam peccante, quando maculam debebat; maculata non fuit. Concepta tandem genita est, quae in mente genita fuerat, immaculata in utero mansit, immaculata, et quasi sine dolore matris ex utero egressa est; immaculata inter cunabula, infans vagijt; Immaculata ambulare coepit; Immaculata dei templo oblata et presentata fuit, et magna velocitate corporis, et animi sanctitate, gradus templi conscendit, ubi non solum miraculum illi corporali aspectu fuit, sed etiam de cognitione templi, ac graduum illorum, et virtutum acquisitione, quae omnia tunc in ea esse publice patuit; Omnes enim astantes, et ministri templi tunc cognoverunt in ea esse donum sapientiae, scientiae, et intellectus, pietatis, consilii, et fortitudinis, atque timoris domini. Tunc enim allocuta est sacerdotes, ac parentes, et alios astantes. Itaque omnes cognoverunt gratiam quae tam parvulae puellae data fuerat a domino. Tunc enim primus sacerdos eam oblatam suscipiens dixit. O quam pulchram puellam obtulistis; benedicat tibi, filia, Deus: Tunc Maria dicere coepit, et aperte coram omnibus clara voce exprimere: Fallax est gratia, et vana est pulchritudo: Mulier timens Deum, ipsa laudabitur: Noli ergo pater animae meae, meam laudare pulchritudinem, quae in corpusculo meo tenui, videtur esse; non enim apud Deum venustas vincet conditionem, et plasmationem omnium formositas

corporis

Presentatio Mariae in templo

immaculata semper fuit

de praesentatione B. V. in templo

Maria virgo sacerdotes alloquitur

corporis ipsa pretio est sine pulchritudine mentis; quando tamen pulchri
et boni sunt mores, corporis formositas est quidem decora; nihilominus tamen
nec despicitur, neque tamen respuenda. Timor Domini est initium sapientiae;
Humilitas est fundamentum virtutum: quibus melius Deus pulchrior est;
et faciet bono qui humilis est, illum respicit excelsus Dominus; illi
dabit gratiam suam, ignominia gratia, et favor mundi fallax est ad modi=
cum parens; qui humilis erit, exaltabitur eum, et sublimabit Dominus;
qui superbi sunt, sunt exosi; humilis sum me accepta. Veni ad vos patres
animae meae; vos mihi timorem Domini docuistis, et humilitatem instruxistis,
ut possim [illegible] Deo meo servire, et [illegible] gratam esse, et in ipsius obsequiis
assidue permanere, et perseverare: Regnum et omnem huius mundi ornatum,
omnes divitias, atque delicias contemno propter amorem Dei mei Regis
omnium, et creatoris universorum; illi quem dedit vitam meam, corpus meum,
animam meam;* omnia ipse mihi dedit; omnia sibi dono; omnia sibi de=
dico; voluntatem meam pono in manibus suis in arbitrio suo; Voveo perpe=
tuam Deo coram te pater: tot testibus hic assistentibus, Virginitatem;
Introibo in domum Domini, ad mundi blanditias et nunquam exitura.
Ingrediar in atria Dei mei, ubi melior est dies una super millia, elegi
abiecta potius esse in domo Dei mei, quam potius [illegible] habitare
in tabernaculis peccatorum; Domum enim Dei decet sanctitudo in longitudine
dierum; Haec requies mea in aeternum, hic habitabo, quoniam elegi domum
quae firmiter est aedificata supra firmam petram; Scio, dignissimi patres mei,
vos [illegible] saepe puellas, quales ego sum, in custodiam suscipere; deinde,
tempore nubili adveniente, eas nuptui, secundum legem Dei, tradere; quod
nec reprobo, neque malum puto; sed mihi [illegible] suadet animus, suadet

mens

* et virginitatem meam.

mentem adeo commotam, ut nunquam virum cognoscam, nunquam carnis opera
expertam illa nunquam experiendo, et si non sit ex se malo, et adeo, qui
non potest ignorare sit per augmento humani generis ordinato; mihi
tamen propositum est, nunquam copulari viro, nunquam virginitatem
ullo pacto violare. His dictis convertitur ad parentes, et alios propin=
quos, et consanguineos et sic eos alloquitur: Vale Genitor, Vale
suavissima Genitrix mea, Valete omnes consanguinei et propinqui
mei, relinquo vos corpore, non relinquo animo, relinquo assiduo aspe-
ctu, non relinquo assidua meditatione; relinquo vos propter Deum,
non relinquo Deum propter vos; multum debeo tibi pater mi, et non
tibi minus dulcis mater mea; pluribus enim orationibus, et eleemo=
synis me adeo impetrastis, quae me vita destituerat omnino; pluri-
bus laboribus pro me suscepistis, gratiarum actiones quantas possum
vobis persolvo; nec quando animo relinquam, nunquam deseram in
corde meo; Deo creatori [illegible] qui omnibus vobis et nascendi, et vi=
vendi causa est, vobis quoque aeterni ad ipsius auxilium; illum
toto corde committo: vos dulces rogo, ut meam virginitatem violentem
in [illegible] meo impedire nolitis, sed adiuvate magis; nolite ex meo
fructum mortalitatis requirere; Ego [illegible] in perpetuum permanere
decrevi; Omnibus qui me custodiastis, et usque ad hunc diem meum
nutristis, ut me Domino in templo eius offerretis, gratias ago, et rogo,
ut pro me indigna serva Dei orationem Deo nostro in templo sem-
per viventi offeratis. Vale dico omnibus, et tibi, o pater, et Ma-
ter accedere volenti pro dando osculo, sacerdos primicerius adhaesit,
et accepit eam per brachium, dicens: O puella, unde tibi tanta sapien-

tia?

sapientia? Unde tanta scripturarum notitia, et scientia? nunquam
senex sic locutus est, ut tu; nullus Princeps nostrae legis tam subtiliter
locutus est; unde tibi tanta gratia? Unde tantum donum? Et omnes
succlamabant: quoniam nunquam similem videre audire, ut puella trium anno- + S.ma Virgo
rum tanta sapientia polleret, imo quasi loquendo maxima in pleno intellectu trium ann[orum]
sciret; Hec autem, ac si in omni scripturarum genere experta fuisset, erat quando
loquitur. Alij dicebant: Joachim, et Annam hanc illam docuisse in tam in Templo presentata fuit
parvo, et brevi tempore. Alij dicebant: Vivat Deus Israel, quia neque
Joachim, neque Anna tanta sciunt: quomodo ergo docuissent eam,
quae ipsi ignorant? scimus hoc quod nemo potest docere quae ipse ignorat:
Alij dicebant: arte aliqua, vel humana, vel demonum illam fuisse
factam. Maria vero puellula dicebat: Nolite mirari, o mihi caris-
simi patres, propinqui, et astantes, si eo modo loquor: sum ego parva
puella temporis, miramini quare omnes pueri, et puellae vestrae non
sic loquantur? Notum est vobis, qualiter Deus noster hominem creavit
rectum, sed ipse peccato suo immiscuit se in multas quaestiones, et inci-
dit in multas ignorantias, et errores pessimos, et omnibus nobis noci-
vos. Si ergo Spiritus ille, quem omnibus largiturus erat pueris, et puellis
mihi, non meis meritis, sed sua gratia, et dono mirabiliter hodie in conspectu
vestro videntibus Deus contulit; nolite mirari. Dico enim vobis, me re-
cordari de tempore, quo anima mea corpori unita fuit; et quid cogi-
tabam tunc; memini totius temporis, quo in Utero matris extiti;
quando nata sum; et in cunabulis vagitus puerilis emisi; Hoc donum,
quod aliquando commune fuisset omnibus, mihi Deus concessit; qui
ab aeterno vivit, et regnat, et omnia, et se gubernat, Gubernatorum

sibi

sibi aequalem, seu Gubernatorem ~~[illegible]~~ coequalem rei, quae geminae sequentes
sequuntur; Et hic expressit patrem, et filium, et spiritum Sanctum; sed ipsi
non intellexerunt, Erat enim verbum hoc absconditum ab eis. Tunc
sacerdotum principes aiebant ad invicem: vidimus mirabilia hodie in puel=
la ista, quae et sapientes, et doctissimos viros vicit: dignus deceat
iste; à Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Alii
sacerdotes dicebant: Patet, nunquam audivimus talia, nobis nunquam digni,
ut haec puella sit ideo apud nos, quia eam nec docere litteras,
nec mores possumus; longe enim nobis doctior, et melior est: Alii
dicebant: si nos docebit, tacite docebit; si ipsa nostro exemplo non
proficiet, nos et aliae puellae ipsius exemplo proficiemus. Intret igi=
tur in conspectu domini, in exultatione: Primus sacerdotum dixit:
Ego simul nobiscum miror, et stupeo de hac puella, animo et corpore
speciosissima, et nolle eam, ut hic nobiscum esset, ut doceremur
potius, quam doceremus; proficeremus suis moribus magis quam ipsa
nostris; tamen quia votum virginitatis, nostrae nationi, et populo Dei
incognitum emisit; videtur mihi contra legem dei egisse, quia sterilibus
maledixit; quod etiam spiritus, et nunc audit, sed nec patrem suum, et
templo dedicamus; sacrificium enim abiecimus, eo quod nobis indi=
gnus esset, eo quod semine careret, quamvis uxorem haberet, videbatur.
Tunc Maria respondit: Deus matrimonium instituit, deus praecepit
dicens: Crescite, et multiplicamini. Ego quoque volui hoc eius voluntate vir=
ginitatem; tempus nubendi mihi nondum venit; Itaque ego in domo domi=
ni lecta: quando tempus nubendi advenerit, tradetis me viro, si deus
ita voluerit, et cui ille voluerit, nubam: propter hoc nolite me

ò

á templo Domini, et sciit Atrijs eius excubare. Tunc ergo, dato patri,
et matri suavissimo osculo, et reverentia humili exhibita omnibus,
Sese cum gaudio, et devotione, et humilitate ingressa est in Atrio
Domini, ibi orationibus, studijsq; meditationibus die, ac nocte intenta erat.
Manibusq; suis laborabat, aliasq; puellas laborare docebat, quas suo
exemplo, et moribus, et notitia Dei, et omnium rerum, et actionum perficiebat;
Prophetas legebat, exponebat, declarabat cum omnium ingenti admiratio-
ne. Messiam, et Redemptorem hominum cito venturum, ex Danielis Prophe-
tijs de statua illa in somnijs visa, et de septuaginta hebdomadis, et Aggei,
et aliorum prophetarum. Legebat Hieremiam dicentem: mirabile faciet Dominus
super terram; foemina circumdabit Virum, hoc est, in utero gestabit perfectum
Deum, et hominem; et illud Isaiae: Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et voca-
bitur nomen eius Emmanuel, et suspirans dicebat: utinam oculi mei viderent
illum salvatorem meum; utinam viderem illam felicissimam Matrem, utinam ancilla
ancillarum suarum esse possem. Audientes hoc sacerdotes mirabantur; et
re tacita considerabant, dicentes in corde suo: forsan haec est illa virgo,
quae erit Messiae nostri Genitrix, et Mater; et senes dicebant, certe ista
est. Nulla enim in Mundo sanctior est: nulla doctior, nulla pulchrior illa.
Alius dicebat, ego nescio, si Deus posset facere pulchriorem, sanctiorem,
et doctiorem. Una puellarum semel ei dixit: ~~Maria~~ dic mihi, rogo te, charis-
-sima soror mea: quam credis puellam futuram matrem nostri Redemptoris?
Cui illa dixit, nullam cognosco dignam; sed Dei est de indigna facere dignam.
Voluntas sua lex nostra est. Subito illa puella replicavit, ó beata
tu Maria, quia omnes hi sacerdotes, et puellae sanctae, quae hic sunt,
et quae cognoverunt gratiam Dei, quae tibi data est, dicunt, te esse futuram

Matrem

Abrahamum illum magni Prophetae. Illa hora Maria lacrymas prae gaudio
effudit, dicens: Capere tantum donum non habet puella, impossibile est ha=
bere illud; dignitas summa est, nulla est digna: Ipse solus sibi dignam
Matrem facere potest; sed utinam dignaretur me ex minimis ancillis
suae Genitricis me facere; Dum haec agerentur in cellula Mariae, pri=
micerius sacerdotum ibi videns tantam maiestatem in hac virgine,
die, ac nocte observabat eam; et hac hora in colloquio cum puella ipsa
invenit, et omnia verba utriusque audivit; et quod viderat
Virtutibus plene [illegible] modeste ad ostium Cellulae, et astante alio Sacer=
dote antiquo, ut ipse erat, imo antiquiore et viro dedicato Deo, cui
nomen erat Heli, aperte ait; dixit: Utique ut Maria te habui puellam
servatam in templo Domini; et nunc te adoro, tamquam nostri generis
veram Reginam, et Imperatricem: Tu certe Mater nostri Messiae, tu
Genitrix salvatoris totius generis humani, Tu dei scala, tu eris
iter omnium ad Deum nostrum; Miserearis nobis peccatoribus, mater
coelorum: Tunc Maria humillima Dei Servo genuflexit illico
in conspectu illorum sacerdotum, Dei patres mei, vera me [illegible]
[illegible], Ego, ut [illegible] filia vestra, et ad vos in gradu vestro
adorationem, quae [illegible] Sinagogae ministris debetur, adoro; quae de me
dicitis, magna [illegible], ipsa magno facere nemo potest, nisi ille,
qui potens est, et cui nomen sanctum est; Ego me indignam tanta ma=
iestate puto; neque ullo digna iudico; ipse faciet de indigna dignam,
de peccatrice iustam; Dominus universorum ipse solus est; mihi sufficit
ancillam esse, si tantum [illegible], ancillam illius sanctissimae matris. Et
vos patres mei pro me intercedite: Tunc ille sacerdos senior vocatus

Heli

Hely, dixit: Valde humilis es, ó Virgo; Deus qui tenet humiles exaltat:
te quoque exaltabit, et quanto humilior es, tanto sublimior eris. Cognosco
certe Deum ordinasse, ut tu sis mater Messiæ, vel socia ipsius; Sed ubi
erit Mater, si tu non sis; Apud nos nulla, quæ mereatur mille millia
gradum quam ad tu; si Mater illa non sit in Cælis Deus, de his, quæ in
Terris stant, nulla te dignior, Nulla sanctior. Maria dixit: Cum Deus digni=
=ficat quando vult, Me commendo vestris orationibus, ut saltem mereamur=
=mur videre illam, de qua loquimur: Quia vere beati oculi nostri erunt
si eam videbunt, et longe beatiores si sentiunt illam speciosam formam præ filiis
hominum intueri merebuntur: Maria assidue stipata erat multi=
tudine Angelorum, quos à principio Deus iusserat nobis Angelis, ut eam
pro nostra Regina teneremus. Nullus ex nobis fuit tantum potens, aut
magnus, qui non cuperet eam videre: Nam inter nos Maiores sunt ita
humiles, ut inferiores; Quapropter alternatim veniebamus, et recede=
bamus ab ea; Omnes admirabamur tantam gratiam, et tam amplam
Donum in puella tam formosa, tam studiosa, tam humili, et gratias
agebamus Deo, qui nos subijciebat tam præstanti Virgini: Deus
quoque ipse Divinus sæpissime Mariæ apparebat, et cum ea loque=
batur, sicut amicus cum Amico suo; et ipsa cognoscebat illos tres
unum esse; Cognoscebat quoque illum, qui erat filius æterni patris, et qui
volebat esse filius temporaliter temporalis Matris, Cognoscebat quoque
nimiam dilectionem Dei, et nimiam felicitatem illius Matris. Mansit
ergo Maria in templo Domini annis circiter undecim in sanctitate,
et iustitia, ~~plena~~ virtutibus, et gratia, expectans summam gratiam,
Christum videlicet filium suum. Nullus ~~quoque~~ Consideratis circa illam, qui

aspiciens

Maria Angelis stipata

M.a Virg.o mansit in templo annis undecim

aspiciens in illa poterat, ne admireri in deum; omnes sanctam, omnes
Deo praedicabant charam, docebat omnes, humilior omnibus, sublimior
virtutibus, inferior opinione. Sanctificabat Deus iugiter taberna-
culum suum, non expulsione macularum, quae nullo unquam tempore inhaeserant;
sed augmento gratiae, et aliorum donorum, pro sanctissima; quod immaculata
fuerat haec virgo, quod Deus in sua Genitrice praeordinaverat, verbis
humanis, et Angelicis explicari non potest; ipsa enim sola ele-
cta est et praeelecta apud nos, de qua [illegible] abusivè dicitis, sicut
et multa alia; nulla enim, imo, et nullus prae eo modo praeelecta
erat praeelectus; ipsa sola est super omnes Choros Angelorum exaltata.
Hanc nos omnes colimus, veneramur, et adoramus. Vos qui natura homino-
cis nobis estis, et in natura eidem similiores, multo magis debetis
inde magnificare Deum Coeli, et Terrae, et omnium visibilium, et invi-
sibilium, quia ipsa est gloria, laetitia, et honorificentia populi vestri.
+ Relinquamus Reginam Mariam in domo Domini; Non dum enim
locuti sumus de eius desponsatione, neque de Verbi Dei in utero
eius mirabili conceptione, de quibus alias; Nunc de illa quaestione
De empireo = aliquid dicamus, quam superius proposuisti de Coelo Empyreo, para-
diso Coelesti, et gloria eius. Tunc ego qui in me ipsum redieram, deti-
nebar enim nimia dulcedine verborum Angeli, et tam amplarum
laudum Virginis Mariae: Dixi, si mille annis, Angele Dei, de
matris Dei laudibus diceres, nunquam me taedio afficeres; si tamen
ad aliam materiam transire tibi placet, re summa cupiens ad audien-
dum; Loquere et ea quae audiero, annotare curabo. Tunc Gabriel
Angelus loqui iterum coepit, dicens: Audite Coeli, quae summo Pastori
loquor.

Angelus loqu. de cae[lo] Empyreo

loquor, Audiat omnis terra verba oris mei. Deus ab eterno huma-
nam carnem sumere voluit, ideo tibi homini, et matri suae, filiisque ex
vestris beatificandis magnam, et excelsam preparavit habitationem,
unde unus hic as barbarus recte scribit: O Israel, quam magna est domus
Domini, et ingens locus possessionis eius; magnus et non habens consu=
mationem, aut finem: quia in ipsum tamquam in ultimum, omnia mundi
corpora terminantur; ideo excelsus dicitur, et immensus, quia
metitur, et circumdat omnia, et ipse a nullo mensuratur, aut
ambitur. Et quia Deus noverat conditionem naturae humanae,
fabricavit locum illum cum omnibus conditionibus naturae humanae
convenientibus, imo universa, quae naturae hominum prodesse poterant,
vel delectando, vel iuvando in loco illo coadunavit, et simul colle=
git quae in his vestris mortalibus locis sparsim inveniuntur; Paradisus
terrestris valde minoris amenitatis, utilitatis, et iocunditatis est; in
quo cibo, et potu corporali indiguistis: hic locus Caelum dici potest, quia
secundum linguae vestrae proprietatem, celat omnia, et tegit; potest
etiam dici terra, quia homini terreno conveniens prima habitatio est.
Haec est terra illa, de qua unus ex his astantibus in Rota domini dixit,
loquens ad Deum: Spes mea es tu, et portio mea in terra viventium.
Congruentior illa habitatio est homini, quam terra ista vestra, et quam aer, in
quo estis. Fecit enim illam maximus Artifex extra omnes Caelos mo=
biles immobiliter, gratam debitam, et congruam lucidam, quae esset locus om=
nium; Unde quidam ex hominibus recte non beneficientes, quod dicerent,
dixerunt: primo, et ante omnia Deum fecisse locum, in quo reponeret
omnia, et balbutientes ipsum locum terram vocaverunt, dicentes: Primum

de Paradiso Terrestri

facta est

facta est latissima Tellus; Terra enim dici potest, quia pro terrenis corporibus creata, et terrae atque aeris excellentius qualitates, et conditiones habens. Alii ex nostris illud Caelum igneum invenerunt, non solum propter splendorem, sed quia est super omnia corpora, sicut ignis super omnia elementa; Mira est compositio illius, ibi sunt omnia, quibus visus humanus delectari potest, ibi auditus, et olfactus, et gustus, et tactus multo plus quam nunc sentient sine ulla corruptione, sine fastidio, sine labore, sine dolore; Non comedent ibi homines; habebunt tamen gustum plenum suavitate, et olfactum, et auditum et tactum, et visum, et omnes sensus. Taliter disposuit Deus illam regionem, ut in illa et moveri sine ullo labore, et respirare modo convenienti corporibus gloriosis poterint; neque in aliis Caelis inferioribus, quae moventur, ita congrua esset nobis habitatio sicut in illo; Huius Caeli Empyrei pars inferior, quae Caelum Crystallinum, seu aqueum in scriptura dictum, tangit, solida, et firma est, ita ut corpora eorum ambulare poterint super eam. Illud autem Caelum Crystallinum est dictum, quia totum transparens et nulla eius pars densior est; superior quoque pars huius Empyrei Caeli solida est tanquam quoddam fulgentissimum ex lapidibus pretiosis constructum tectum domus dei: in medio vero partes habet flexibiles aliquo modo, et tenues, aeri similes, quas attrahere et expirare poterint; Ibi erit omnis amoenitas valde, et incomparabiliter maior illa, quae posita est in paradiso voluptatis, plantato a principio. Multis tamen indiget corpus mortale, sine quibus immortale vivere, et benevivere poterit. Cibus nec, et cocta animalia, et cupitis, et magnas in eo delitias ponitis; sed mihi credite, nihil

turpius

turpius facit homo, quam quando in se ipsum traijcit carnes animalium
mortuorum, quae in eo tamquam in quodam sepulchro marcescunt, et putrescunt;
quam cum homo fit quoddam sterquilinium faecum foetidissimorum, quas in se retinet.
Unde turpius est cibum ingerere, et foetidum retinere, quam emittere; et sic
turpius est comedere, quam ventrem purgare; sed ista turpitudo non cogita=
tur propter imminentem necessitatem, et magnam voluptatem, quae voluptas
in cibo et potu magna Dei providentia data est, praesertim homi=
nibus, ne turpitudinem huius rei cogitantes, a cibo abstinerent, et in
edia vitam deficerent: Similiter in genitalibus membris posita est tan=
ta delectatio, ne natura deficiat, quae tamen sapientibus in uxore difficile
est abstinere: Ibi non comedetis, neque bibetis, neque nuptias facietis, sed
eritis sicut et nos Angeli sumus. Comedemus eundem nobiscum communem cibum,
bibemus eundem potum, iuxta promissum nobis a Salvatore in ultima
sua Coena: sedebitis enim in regno eius, quae sine ullo labore, et perturba=
tione manebitis, et super mensam eius, et cetera; non sub mensa, ut catelli
micas colligetis; sed ~~panem~~ panem Dei vestri, et nostri una nobiscum comedetis:
Mensa Christi est deitas, et ipsa dispensatio divina, super quam illi come=
dunt, qui eam facie ad faciem intuentur; Visio enim deitatis est cibus
primo ipsius Dei, videlicet sanctissimae Trinitatis, deinde et hominum, et Angelo=
rum: Illi ergo toti super Christi Domini mensam comedunt, qui visione
ipsius deitatis reficiuntur; Qui vero illi sic in se amore perfecto adhaerent,
quid sit visio Dei et fruitio ~~et~~ et ea fruuntur, super mensam Christi bibunt. Visio illius est cibus, fruitio
est potus, quae duo sufficiunt, et complent totius alimenti beati ratio=
nem: Visio sola non est alimentum perfectum, neque fruitio sola, sed illa
duo

deo simul iunctae. Unde et Salvator noster legis nobis reliquit pignus
huius alimenti, corpus suum sub speciebus panis, et sanguinem suum
sub speciebus vini. Sed dubium hic exit. quaestio in scholis altercata hu-
iusmodi doctores illi dicentes: In visione Dei beatitudinem existere; illi
in fruitione. Alimentum unum est beatitudo, collectum est nutrimentum
perfectum ex illis duobus; quaestio est ad id accepta, quid sit nobilius videre,
vel frui; quia unum sine alio non facit aliquem beatum; Unde si deus
in aliquo visionem sui causaret sine fruitione, beatus ille non esset; neque
fruitio poni potest alicuius non visi, vel non cogniti, et tamen, ad hoc
ut fruitio sit vere beatifica, oportet ut sit de Deo aperte viso, et non quali-
tercumque noto. Ratio fruitionis adeo pugnabilior est visione, et
voluntas intellectu, ut nobis intuentibus vix appareat quae; Nonque est hic [quae est nobilior voluntas intellectu]
multum in hoc tempore consumere, neque huius altercationibus in-
cumbere. Comedemus ergo simul, et bibemus super mensam Christi in
regno suo; quia hoc alimentum ipse nobis hominibus meruit, non
proprie; nobis ideo dixit, in regno meo; Nos tamen et ad propria
ipsius beati sumus, quia propter obedientiam ad propria quae sunt
ab initio in superiori dicta principem nostrum acceptavimus, omnibusque
nobis est princeps, et dominus, sed nobis est Salvator, et redemptor.
Credentes in via vel charitate, et fide in spe ambulantes non
comedentes super mensam illorum sua mensa, sed sub mensa, micas cadentes
de mensa illorum, ut catelli colligitis; quia non visionem, sed
tenuem, et enigmaticam cognitionem de Deo habetis, et neque ipsum
in se attingitis (quicquid de illo cogitatis, subiectum est; ut ipse in

suo

suae clarae visione, sub merito gratiae, sumitis, sub merito bibitis, quia illa vestra fruitio in talem terminatur Deum, qualem cognovistis, quia eum sicut est videbitis; ideo sub merito bibitis, quia Deo qualis ipse est nos fruimini, neque amore inhaeretis. O quantum bonum est Deo adhaerere, in quo sunt omnes deliciae, omnes thesauri, et omnia bona; Cogita bona quaecumque excogitari possunt, omnia in Deo sunt, qui ipsum solum habet, omnia bona habet, quia ipse est bonum omnium bonorum. Homines mirantur, quomodo visio Dei, et fruitio possint esse tantum bonum, quantum dicitur, et multi potius vellent comedere, et bibere, et opera carnis exercere, piscari, venari, dormire, ludere, iocari, quam Deum videre, neque gustare, quia visio illa sit ... esse possit delectabilior omnibus operibus carnis, et blanditiis corporalibus; sed nos illud cognoscimus, nos aperte discernimus. Omnes enim voluptates deorsum sunt inclusae in nobis, sicut, et omnis cognitio vestra, et omnis amor vester includitur in nostra cognitione, et in nostro amore. Nos ita cognoscimus sapores, et odores, sonos, et colores nostro unico intellectu, et unica voluntate, sicut et vos tot sensibus, et appetitibus. Ergo gaudium quod venies ex visione Dei, et fruitione sit ingens, et inestimabile ex eo poteritis cogitare, quia certum est quod nemo, nisi stultus et insipiens potest negare dominum Deum nostrum beatissimum esse, et felicissimum, et omnis boni fontem; itaque nihil ei deliciarum, aut delectationum, aut voluptatum, aut eius quae in mundi ibatis, et sensibus deficiat, sed summo, et infinito

gaudio

gaudio gaudeat. Qui tamen nunquam piscatur, nunquam venatur,
nunquam dormit, nunquam bibit, nunquam comedit, nunquam operibus
carnis utitur, nunquam videt, aut iocatur; In quo ergo est beatus, et
felix Deus noster, non his bonis, quae bona videntur nobis, sed in sola
sui visione et fruitione, quia dum se videt, et fruitur ipso, possidet
omne bonum, quia in ipso continetur, et omne bonum incomparabiliter
perfectius, quam in auro, in metallis, numeris, aut in animo nostro intellec-
tivo, anima brutorum animalium, et plantarum seu herbarum;
quemadmodum ergo in homine omne genus vitae apparet, ita in
Deo omne genus, et omnis species boni vere, et melius quam in se
existit. Uno verbo perstringo: in summo bono, in bono immenso,
in bono infinito, et aeterno continentur omnia bona quaecumque 3
esse possunt, quae sint, vel fuerint, vel futura sint; Si tu habe-
res, et possideres omnia bona, nonne beatum te, et felicem diceres?
Si hoc negas, nihil prorsus scis; Certe una vetula delira, unus senex
in puerum versus, et puer cognoscens insipiens, id confiteretur, et
nullo modo negare posset. Si ergo cuncta bona possideres, quasi disper-
sa in se, et in se congregata, beatus utique esses. Ex quo ergo Deus est
bonum infinitum, omnia bona sunt in ipso; ipsum habendo, habebis
omnia, et eo magis, quia illa habebis non tantum in se coadunata,
quam in se sparsa possideres; Sed quia in uno bono tuo, in uno
et solo, quod possidebis, sunt coniuncta; Vere nunc de his fratribus
ex parte antiquorum patrum, et aliis inde ex parte novae Scrip-

ministris

ministris, dixit: Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor
hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se; Cuius sen=
tentiae hic est sensus: tantum est bonum illud a deo beatis praepara=
tum, quod nullus mortalium medio sui visus, qui maxime discernit
cognitioni, quae inveniri ad hominem potest, illud investigare quantum
sit, potuit; neque ullus mortalium aure audivit, quia nullus
Doctor illud bonum quantum sit exponere potuit alicui discipulorum, et
et ita, neque discipulus ullus unquam audivit, quod enim omni=
no non potest dici ab ullo, illud neque audiri poterit, tanquam
id dictum; neque ullus mortalium illud corde, hoc est sensu interio=
ri, imo intellectu suo unquam intelligens, percipere, aut quale
sit, imaginari potuit, imo nunquam tale bonum in cor eius, et in
voluntatem ascendit; Voluntas enim non fertur nisi in bonum prae-
cognitum, vel in se, vel in suo simili; quia ergo tale bonum nunquam
neque a sensu, neque ab intellectu cognitum fuit, tale bonum in cor,
et voluntatem hominis nunquam ascendit, nunquam ab eo cogni=
tum fuerat tale bonum est, aut desideratum vel amatum fuit; sicut enim
de terra ascenditur in aquam, tanquam in elementum altius, ita quoque
aliquo modo, et de cognitione ascenditur ad appetitum, maxime quan=
do ille fuerit ultimus, et supremus omnium potentiarum et earum quae
cognoscunt, et earum quae appetunt, sicut est voluntas, in quam
omnia diriguntur, et quae parum ab intellectu distat; Illa est
enim ipsa terminus, et omnium aliarum potentiarum finis. Quae

ergo

ergò nos sumus, illa ascendent in Cor nostrum; imò illa intelligimus, illa, si bona sunt, in Cor ascendunt, quia ultimò se voluntati offerunt, neque ulterius progredi possunt. Voluntas tantum, et tale bonum, quale Deus praeparavit, nunquam voluit, quia neque intellectus unquam cognovit, nisi per speculum, et in enigmate: non autem tale, quale ipse in se propriè est. Nos Angeli ingrediendo pascua beatitudinis invenimus, quia illam essentiam infinitam videntes, et in illa omnia cernentes, non egredimur ad cognitionem aliam, seu aliorum, et vos autem ingredimini mente, et intellectu; deinde egredimini cognoscentes sensu, et intuendo corporalia, vel sensibilia, et locum illum eminentissimum, non solum situ, sed etiam omnibus delitiis, et amenitatibus, et super omnia cernendo illam naturam humanam Deo unitam, plenam gratiae, gaudii, pacis, et veritatis; sed et nos Angeli (quamvis nos homines ingrediamini, et egrediamini in pascua consolationis) propter hoc, non minus pascimur, sicut et ille, qui omnia videt in verbo, et alius in verbo, et in rebus ipsis non magis videt, sed pluribus modis videt: unde non videndo res in Deo, et videndo illas in se ipsis, non alia videmus, sed alio modo videmus; sic et nos, sed in hoc differimus, quia nos tribus modis easdem res videre possumus, nos Angeli duobus modis: nos enim nostro intellectu videmus humanitatem Christi in verbo, hoc est in ipsa divina essentia, tamquam in speculo perfectissimo, et modo perfectissimo ondente

omne

omne, quod intelligi potest; illud quoque videmus eodem intellectu nostro in se ipso; quos duos modos videndi et nos haberi, et illis tertium modum additi; quia eandem humanitatem, etiam sensa, quaesitis; sed nostri hi modi videndi non faciunt perfectiorem visionem, sicut et nostri duo non faciunt visionem nostram perfectiorem illa visione unica, quam Deus habet: Deus enim unico modo cognoscit omnia, quia per essentiam suam, et nihil cognoscit alio modo, quam in essentia sua; sed quia illud videre eminentissimum est, et omnem videndi modum ablatis omnibus imperfectionibus in se includit, idcirco alii modi illi connumerati non faciunt aliud perfectius, sicut Deus et Angeli: non est quod perfectius, quam ipse Deus in se: Ita in ipso etiam Angelis est modo ignoti Deus, et Creatura non est quod maius, aut melius solo Deo; vos tertium modum apponitis, quia etiam sensa cognoscitis, quia homines estis; sensus autem hominis est non animae solius, aut corporis, et talis cognitio sola competit homini, ut homo est; animae vero, ut anima est, etiam illi duo modi cognoscendi, qui et nobis Angelis solummodo competunt; et anima in corpore glorioso existens, poterit uti illis duobus modis, sed non homo; hoc est totum illud, quod ex corpore, et anima compositum est, potest habere aliam cognitionem perfectam sensitivam; Ita ipsa cognitio intellectualis in sola anima est, quae, et si forma corporis sit; non tamen illa cognitio recipitur in corpore neque in toto composito, sicut accidens in proprio receptaculo, sed in anima sola; quia tamen anima est in corpore, et talis cognitio est in anima, potest dici quod cognitio illa sit in corpore, sicut in

receptaculo

receptaculo animę recipienti; lętitia sempiterna erit super capita
vestra, quę narrari nequit; gaudium, et exultationem invenietis habebitis:
magni pretij sunt apud nos ista; videre ducere?, cantus suaves, et melo=
dias audire; flores, et florum odores naribus haurire; manibus mollia
et tenera, et tractare; lingua sapores dulces, et naturę amicos gustare;
omnia ista parata sunt nobis in cęlo illo, ubi excellentius, lętitia
in eo nobili; et omnes sensus vestri erunt in oblectationibus pro=
prijs. Et si comedere volueritis cibum optatum dei virtute (quę dicit,
et fiunt omnia) preparatum pro libito invenietis. Potest namque
homo etiam in corpore glorificato comedere, sicut, et Christus
Dominus post suam resurrectionem verè comedit; et non solum appare=
bat? videbatur ille socius meus (et ostendebat Angelum Raphaelem)
qui non ipse in persona, sed in nuncio suo comitabatur Tobiam Raphael Angelus non ipse in persona comitatus est Tobiam.
filium Tobię; ostendebat se comedere quum non comederet. Non enim
Raphael ille in persona ad Tobiam venit; sed unum Angelum de ultimo
choro nomine suo destinavit; sicut et ille Angelus, qui nomine
Michaelis in monte Gargano, et alibi apparuit, et se Michaelem,
quia nuncius eius erat, appellabat. Michael ipse in persona non
mittitur, nisi pro toties populi auxilio, et salute. Ipse enim est De Michaele
primus omnium Angelorum; quod ego teneo. Non modo natura, neque
choro aut hierarchia dividimur, secundus seraphinus ego; ille
primus, quod adeo est nobilis, ut nobilior fieri non potest. Lucifer
nobiscum fuit eiusdem speciei; Deo maximus à nobis dicitur, quia
de maxima specie, quę creari à Deo nostro potuit, fuit; de quo

alio

esse audivit. Michael igitur non fuit ex Throno inferiori princeps om=
nium factus (ut quidam ex vestris hominibus falsi putant) sed natura est
primus; quia in prima specie, quae fieri potest primum illius individuum
fuit creatus: non in speciebus (ut non nulli vestrum opinantur)
non est processus in infinitum. Prima species, quae creari potest, creata
est, et primus Angelus creatus est; maior illa creari non potest.
Veteres ergo Doctores, qui dicunt: quocumque bono finito dato, potest dari
maius; non bene dicunt; quia, et si Deus maius bonum facere non velit
dare non potest maius quocumque finito. Sed revertamur ad rem nostram.
Christus dominus, post resurrectionem comedit, non solum cibum traijciendo
ad interiora, sed vere digerendo, et aliquantula parte illius in se
convertendo, parva eius carni accedente, quasi nihil crevisse
dici potest. Reliqua vero, quae ei circumstabant, resoluta fuerunt.
Et ergo comedere tunc volueritis, poteritis; sed mihi credite, quod nunquam
illud volueritis; quia turpissimum exercitium est. Christus dominus illud
immortalis, ut nos confirmaret, exercuit; non quia cibo indigeret;
haurietis ergo aquas, et omnia bona vestra, omnia refrigeria a fonti=
bus salvatoris; primo quidem a fonte illo indeficienti essentiae divinae;
sive deitatis, in qua omnia bona melius, et effectius possidebuntur
habentur, quam in se ipsis, et propria natura habeantur; In bono illo
fragrantia, et redolentia, in infinitum maior quam in rosis, et lilijs, et
violis, et universis floribus, atque pulcherrimis pigmentarijs inveniun-
tur; in illo gustus, et suavitas omnibus liquoribus, et saporibus incom

parabiliter

quocumque bono finito pot. dari maius, non bene dicitur

incomparabiliter amplior: In illo vocum modulatio, et sonorum melodia, qua dignior cogitari non potest: In illo lucis, et omnium colorum varietas, et amenitas quorumcumque visum oblectantibus longe immensior: In illo amplexus sine termino excedens omnem vestrum amplexum; omnia vestra oscula; omneque quod tactus vester recipere potest: Unum dixero, omnia dixi: Deus est omne bonum, et infinitum maior omnibus bonis creatis: Cogito apud te omnia bona, corporis pulchritudinem, robur, pulchritudinem, sanitatem, sensuum voluptatem; omnia ista longe nobilius video: Cogito bona exteriora divitias, et opes, honores, et venerationes, principatum, et omnes dignitates, et officia, famam, gloriam; omnia ista habent qui Deum habent, et incomparabiliter meliùs habent, quam si illa bona in seipsis haberent. Cogito bona animi, scientias omnes, quaecumque sint illae, sive de rebus, sive de conceptibus, sive de vocibus, sive de agendis, sive de faciendis, sive de speculandis: Cogito virtutes morales: Cogito virtutes omnes, quas theologi infusas vocant: Cogito omnes mentis voluptates: Cogito mentis pacem, et tranquillitatem, quietem corporis, et animi: Ista omnia sine comparatione melius habentur, Deum habendo, Deum videndo, Deum amando, ipso Deo fruendo, sibi propter se amore inhaerendo: Deus in alio non est beatus, nisi in se; Deus beatissimus est, nec beatior esse potest, et non in alio, nisi in se: Hoc signum est, quod in eo omnis boni ratio consistit: beatitudinem tamen vobis, et nobis communicare voluit, sed ipse se comprehendit, qua aeternae visionis et fruitionis infinitae

existentis

existentis in potentia infinita videt, et amat obiectum infinitum.
Omnia sibi infinita nobis communicauit, obiectum infinitum, te
ipsum, etc.; sed visio nostra, et fruitio, et intellectus, et voluntas
omnia finita sunt; ideoque adequantur rei illi summe, quam vident,
et qua fruuntur; neque intellectus noster, neque voluntas, neque
visio, neque fruitio. Tunc ego dixi: Domine mi, ex quo Deus est res
summa, nullo modo in partes distincta, quo modo unus dr magis
videre, quam alius, et unus magis frui, quam alter; Et si vos Angeli
estis beatiores hominibus. Respondit Angelus: qui Deum videt, totum
ipsum videt; et quia ipse unica res omnino est; qui tamen videt Deum
potest non videre omnia, quae Deus, tamquam alia a se, videt in se, ipso
quin ipse faciat, et visio mea feratur super plura ab eo nota alia
a se, quam alterius; et in his fiunt revelationes per superiores inferio-
ribus: Nihil est in Deo, quod dicam Deus, quod non videant omnes beati,
et Angeli, et homines: Omnes vident patrem, filium, et spiritum sanctum;
Omnes vident veritatem, bonitatem, sapientiam, et omnes Dei perfectiones
et conditiones, Quia omnia illa sunt unica res; potest tamen
Deus facere, et illam unicam rem videri, prout est essentia, et non
prout dicitur aliquid aliud, de quibus loquemur alias: Omnes
tamen vident Deum infinitum, neque aliud est ipse, ac infinitas
eius; quia ergo ipsum vident, et infinitatem eius vident; sed visio unius,
et fruitio maior, et intentior est, quam alterius; Angelorum aliqui
beatiores sunt aliquibus hominibus, et aliqui homines omnibus

Angelis

de his qui magis vident Deum quam alij

Angeli; ut verbum homo, et suo Genitrix; Postea est Michael, dein=
de ego cum aliis astantibus principibus; post nos septem est Joannes Post septem Angelos est Joannes Baptista
Baptista; Petrus cum Joanne Evangelista, Paulo, Andrea, et alii
Apostoli; Et illa Magdalena Christi discipula dilecta, quae non de M.a Magdalena sorore Lazari et alia
caruit merito Apostolorum, Cuius festum tamquam unius Apostoli
est omnino celebrandum solemniter, et in eius festo faciendus est
specialis mentio de alia Magdalena, quae fuit in Civitate
peccatrix, quae in domo pharisei ungendo pedes domini, meruit
audire: Remittuntur tibi peccata tua, et cui minus dimittitur
minus diligit; et quia illa multum dilexit, multa fuerunt ei
dimissa. Ambae unxerunt pedes Domini, sed soror Lazari unxit caput
et pedes ante sex dies paschatis Judeorum in Bethania in domo
Marthae (quae solebat vocari domus Simonis leprosi quondam, sed
a Domino mundati) Fiat igitur officium unum de utraque mixtum, itaque
oratio dicatur, quae et nunc dicitur; et responsoria accipiantur de festo
Resurrectionis domini, in quibus fit mentio de Magdalena, vel
mulieribus; similiter, et Antiphonae ad laudes, et horas, et ad
magnificat, et ad Benedictus, et Evangelium primae diei festi
scilicet: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Infra
octavam fiat officium mixtum, sicut de Apostolis Petro, et Paulo, et
in octava legatur Evangelium: Rogabat Jesum quidam Phariseus.
Ambae eius fuerunt Mulieres Sanctissimae, quarum una fuerit
publica meretrix, altera a spiritibus immundis atrociter

vexata

vexata; sed quia ambę a Domino curatę sunt, una a peccatis,
alia a demonum vexatione, et quia ambę unxerunt Dominum
diversis temporibus; idcirco iustum est, ut ambę simul celebrentur;
imo, ut Deus simul veneretur in utriusque illarum commemoratione;
Ambę etiam erant de castro quod Magdalum appellatur; Ambę
Marię; Idcirco confusę fuerunt earum nomina. Joannes tantum Ma-
riam sororem Lazari, Dominum unxisse, commemorat, quod etiam alii
Evangelistę scribunt; quia unctio facta in domo, non Simonis pha-
risei (de quo solus Lucas loquitur) sed in domo Simonis leprosi
notabilis fuit, iuxta illud: Ubicumque predicatum fuerit hoc Evan-
gelium in toto mundo dicetur, et quod hec fecit in memoriam eius.
Unde hanc Mariam ab illa celebri unctione Unctricem discipuli
Domini appellaverunt; sicut et Thomam Didimum, et Iudam tradito-
rem. Post eandem vero fiat officium de sorore eius Martha hospi-
ta Christi cum commemoratione Lazari eorum fratris. Tunc ego, et
cuius meriti sit B. P. Franciscus
Pater meus Franciscus, cuius est meriti? si placet tibi dicere,
scire vellem. Respondit Angelus: Ipse quoque dignus fuit cum
multis aliis consortio Apostolorum, ut alias tibi dixi. Quatuor
enim Doctores ecclesię, et quatuor Evangelistę cum multis aliis Confessori-
bus atque Virginibus, ut Agnete, Christina, Catherina, Barbara,
Apollonia, Lucia, Cecilia, Agatha, Tecla, et multis aliis meru-
erunt premia Apostolorum. Nulla ibi invidia, sed mutua
charitas, et amor reciprocus; Gaudium commune. Unusquisque de

bono

bono alterius laetantur, et verè unum premium sit omnium, et
equale, et diversae mansiones, et varii gradus meritorum, et premiorum
cadunt in unum denarium, qui datur omnibus in vinea Domini Saba=
oth: Deus enim dat unicuique iuxta opera, et merita sua; et
deinde Charitas et Amor id facit, ut gaudeant singuli de bono omnium
et omnes de bono singulorum. Omnes Deum eundem vident, non alium, om=
nes illo fruuntur, non alio aliquo. Quae revelat Deus superioribus, haec
eadem superiores revelant inferioribus; quo fit, ut inferiores eadem
sciant. Quid ergo deerit illis aliis? nil aliud, nisi quia visio unius
est intentior visione alterius, et fruitio unius est intentior fruitione
alterius; de illa tamen maiori aliorum beatitudine minores gaudent,
in tantoque tali modo fit unum gaudium, et equalis gloria. Pueri
sola Christi Domini merito salvati minimum gradum ibi tenent, quia
nil ipsi meruerunt, tamen contenti sunt, et eodem Deo beati, et de
omnium aliorum beatitudine gaudent, et laetantur; neque illi, qui
multum meruerunt tristantur de tanta beatitudine illorum, qui nihil,
aut parum meruerunt; imo laetantur, et cognoscunt, quod neque
ipsi meruissent tanta, nisi Deus praevenisset; et quod ipsi pecca=
ta tot commisissent, nisi gratia Dei adiuti fuissent. Si ergo
frater maior de premio fratris minoris, qui omnia bona sua
vivendo luxuriosè dissipaverat, non tristatur; imo [illegible] vi=
tulum saginatum sibi paravit, videns laetatur, illi qui primo mane
hora ad laborandum in vineam Domini iverunt, [illegible]

de revel
onib
superior
inferio

[illegible]

cōtra Patrem familias, eo quod aequo modo paresque illis fecerit alios, qui
novissima hora ad laborandum in vineam domini venerant. Qua=
propter parabolae Domini nostri Iesu Christi in ea parte sunt accipien=
dae, non quia ita sit, sed quia illud consuetum est apud homines, ut di=
gnentur de dignitate indignorum, et ut ostenderet gratiae suae minus
fuisse, quam illis plus meruissent, sed eo indignari iuste non potuisset.
Huius itaque parabolae illud simile est, et verum quod etiam magnos
peccatores conversos suscipit Deus, et beatificat similiter etiam
illis, qui nihil vel parum meruerunt, praemium aeternum in visione atque
fruitione suae essentiae tribuit; quod vero de murmuratione atque
indignatione ponitur, non est hic simile, sed illud positum est, ut vide=
retur iuste illos indignari, et murmurare potuisse, ut ex oppo=
sitione patris intelligeretur illos iuste indignari contra Deum non posse;
quia omnia bona, quae habent, ab illo acceperunt. quid enim habent,
quod non acceperunt? Dicendo ergo fili tu semper mecum es, innuit, quod
gratia poenitentiae et assiduae perseverationi praeveniavit, et omnia
patris sui esse, quia omnia bona, quae habebat filius iustus, a patre
acceperat; dixit ergo: omnia mea, et omnia bona, quae optimus es,
tua sunt, tamen ex me tibi data, ideo mea sunt principaliter, tua,
quia tibi a me concessa sunt. Ad aliud dixit; Amice non facio tibi
iniuriam, tolle quod tuum est; quia tibi sponte, et benignitate mea
collatum est, eo quod amicus es, et gratia mea vestitus; Deus enim tollere
non potest; neque illud tuum esset, et vade: hoc est, esto contentus, et remo=
ve te ab ista opinione, et iniusta indignatione; non quia beatiores indi=
gnarentur propter aeternum, et infinitum bonum inferiorum; sed quia

quis

quis cogitare posset, quod humana consuetudine indignari iuste
potuissent, si retributio fieret, non ex gratia, sed ex meritis; sed
iuste indignari non potuerunt, quia quicquid sunt, gratia Dei sunt.
Unde dicit, non facio tibi iniuriam quia mea sponte tibi hoc
tribuo, nec minus quam promiseram tibi, tribuo. Porro sequitur:
Nonne ex denario convenisti mecum, beatitudinem tibi aeternam
promisi; beatitudinem aeternam in visione, et fruitione perpetua
meae tibi tribuo, an oculus tuus nequam est; quia ego bonus sum:
ac si aperte diceret: non iustitia, sed invidia, quae alienum bonum videre
non potest, moveris; quia hoc ex bonitate mea procedit, ut eis
ergo, qui parum, vel nihil meruerunt, eandem beatitudinem
tribuam. Cogita bonitatem et clementiam Dei, qui in ultimo
hora conversis, qui parum, vel nihil meriti habentibus eandem
tribuit beatitudinem, quam et illis, qui toto tempore vitae bene
operando et bene vivendo meruerunt; sed non est id mirabile,
quia, et illi, qui etiam meruerunt ex laboribus, Dei gratia   B. Amad.
fecit, ut mererentur. Nunc ergo illud capio Angele Dei, quomodo   q^mo beati-
beatitudo detur ex gratia, et tamen non sine meritis; si enim   do detur ex gratia, et tamen n
confertur propter merita, quomodo ex gratia? et si ex gra-   sine meri-
tia, quomodo ex meritis? Respondit Angelus, nullum opus,   tis. Ang.
nullaque operatio creaturae in se considerata digna est illo
aeterno, et divino praemio, etiamsi mille millia annos labora-
ret quis, et insudaret, et quaecumque bona a nobis, vel ab aliis fieri
possent faceret, quia id ex sui natura nihil est digni; iste

tamen

tamen sua benignitate, sua gratia fecit, et instituit, ut ista,
quae non sunt condigna, fierent digna. Homo ergo communiter
salvatur sine ex propriis meritis; illa tamen merita non sunt
ex sui natura merita, sed ex divina ordinatione Deo sibi simi=
Exemplum litudinem. Est Rex magnus habens regnum proprium et opulen=
tissimum; qui legem ponit, ut quicumque ei [illegible] Ave dixerit,
efficiatur heres totius regni sui; Certum est, quod tam parvum ob=
sequium non sufficiebat ad obtinendum tam magnum praemium, tamen
qui fecit illud, quod Rex mandabat, dignus est hereditate, non
quia illud opus ex se dignum esset, sed quia placuit Regi, ut
esset dignum; qui ergo adimplevit et regnum meruit, quia quod Rex
dixerat, adimplevit et tamen gratia Regis meruit, qui illud pro
meritis instituit. Deus noster nullis legibus obligatus, quaecumque
vult, bona et iusta sunt, tanti valent opera nostra, quanti
eo ipse existimat, parvum opus pro magno, et magnum apud nos
pro parvo, vel nullo existimare potest. apud Deum tanta sunt opera
nostra, quanta apud Regem, vel Principem metalla, sicut enim
non existimatione tribuitis nummis vestris, sic Deus operibus, et
actionibus nostris, et vestris. Habetis ultro visionem, et fruitio=
nem gloriam in corporibus vestris, post quam animae vestrae illa resump=
serint; erunt enim illa divina protectione assidue, et pro
lege tunc habendo, impassibilia, et immortalia, et nullo inte=
riori, aut exteriori contrario destructibilia; Deus enim ita assistet

ei

eis ex parte aeterno; erunt clara, et lucida; quia colore optio
et visu aptabilissimo erunt dotata, et luce corporente praedi=
ta, quae sicut lumen longe erit, sicut solis, et stellarum; et quocumque
ire volueritis, agiles eritis; quia sine ullo labore ambulabitis,
incedetis, volabitis; non vero quasi cum labore, sed animo vestro
exercebit motum, apud vos nunc inconsuetum, movebit namque totum
corpus vestrum simul, non partem post partem, sed totum simul, sicut
sagitta citato transibit, qui proiiciet eam erit voluntas, et appe=
titus. Illo vero sic a se ipso moto, Dei virtute coniuvante, ut
potius, ipso Dei virtute praestante hoc, illi movebit corpus quo=
cumque voluerint, sicut si sagittae proiectae aliquid alligaretur,
illud profecto uno motu cum illo moveretur. Haec dixi tibi; sed non
a me, sed ab illo patre, quem Deus elegit; qui hoc scribit, ut lege=
rit, intelliget, quorum multa sunt contra ea, quae nunc opinantur
homines, etiam docti. Habebitis etiam corpora subtilia, quia pene=
trabitis quodcumque corpus, nequid ullum corpus erit adeo spissum aut
densum, quod penetrare non poteritis; Multa hic a vobis audiuntur,
et multi credunt quaedam, quae dixi, impossibilia, quae tamen ita erunt,
et sic se habent, et illa cognoscet ad quae diriguntur. Hunc ego, Domine
mi, pauca de talibus audivi, quae si alius mihi dixisset, ipsum non in=
tellexissem; Verba tamen tua mihi sensum praebent, et intelligentiam.
Intellexisti, ibi est omne bonum, et finis omnium desideriorum, quo
habito, habebuntur omnia, et ibi eadem est status omnium bonorum aggre=
gatione

aggregatione effectus. Omnia enim bona sunt ex ipso, et per ipsum, et in ipso, cui sit honor, et gloria in secula seculorum Amen. Et his dictis, visio disparuit, et ego cepi exurire, et sitire vehementer reperiendo me in Cathedra, et subteranea Cellula mea.

Alius Raptus Quintus

Transactis pene quindecim diebus, dum iterum orarem in Caverna mea, raptus sum in celum illud Sanctissimum, et adorato Rege Regum, et Regina omnium, et reverentia exhibita Sanctis Angelis, et animabus beatis, qui omnes cum suavi armonia videbantur Unum Deum, atque Trinum magnificare clamando die, ac nocte: Sanctus: Sanctus: Sanctus: Dominus Deus noster, eternus, omnipotens, qui est, qui semper fuit, et qui semper erit: Benedictum nomen maiestatis eius, et benedicta sit humanitas illa, et Caro illa, et anima illi unita; et Angeli sic dicebant post illa verba; quia nisi Deus homo fuisset, Concives homines non habuissemus; Unde hec erat eorum psalmodia.

Psalmodia Angelis ... [illegible]

Benedicamus Patrem, et filium cum Sancto Spiritu, laudemus, et magnificemus eum in secula.

Benedicta sit Caro illa preciosa, quam assumpsit de Virgine gloriosa.

Benedicta sit illa humanitas Dei nostri, cuius meritis facta est augumentatio Regni nostri.

Quia nisi Deus homo fuisset, Concives homines nequaquam habuissemus.

Quos, tamquam nos ipsos diligimus, et eos tamquam nostros fratres amamus.

Nam

Nam et si natura sint nobis paulo minores; gratia tamen et
felicitate sunt æquales. —
Quæcunque videre nos possumus, eadem et ipsi videre possunt —
quæcunque nos amare volumus: illa et ipsi amare volent. —
Sic est Deus in quo est felicitas nostra; sic idem et beatitudo hominum,
Visio non differt a visione, neque fruitio a fruitione —
Cuius de [illegible] est beatitudo nostra; et hominum interior, et huius
quæ [illegible]. —
Homines Angelis, et Angeli hominibus, invenirentur beatiores.
Beatissimus est ille homo, quem videns [illegible]. —
Post illum est nostra Genitrix; post illam sunt septem Angeli; —
Sequuntur alii mixtim, hi quidem maiores, et alii æquales, vel
minores. —
Facti sumus una Civitas, et hominibus, et Angelis constituta.
Lucifer cum satellitibus propriis spiritis cecidit: homines illis Deus
Subrogavit, —
Non quia homines ipsi manentibus nobis fuissent, sed quia sedes
eorum non occupassent —
Vidit Deus [illegible] Angelorum [illegible] ad [illegible] numerum hominum
beatorum. —
Benedictus sit ille homo Deus, cui nos a principio paruimus.
Quem Lucifer adorare contempsit, et ad infima [illegible] descendit. —
Benedicta sit illa sancta Genitrix, quæ nobis talem Regem
protulit. —

Benedicti

Benedicti sint omnes homines à domino, qui fecit Celum et terram.
Benedicamus Patrem, et filium cum Sancto Spiritu, laudemus, et magnificemus eum in secula.
Hunc hymnum, me intrante, Angeli canebant, et anime beatorum in primo, et ultimo versiculo cum eis concordabant.
Unde sic concinebant:
Benedicamus Patrem, et filium cum Sancto Spiritu laudemus, et magnificemus eum in secula.
Benedicti sint omnes spiritus Celestes: qui Sancte Trinitati fuerunt obedientes.
Benedictus sit Michael Princeps inter omnes Creaturas Primus.
Qui cum fortissimo Gabriele in Infernum detrusit omnes adversarios nostros.
Benedictus sit ipse Gabriel cum Raphaele, et Uriele qui salutem assiduè procurare non cessant.
Benedicti sint omnes Angeli Sancti Spiritus, qui homines ad deum colunt et venerantur.
Qui nos in suum consortium recipiunt, et tanquam fratres diligunt, et admittunt.
Qui nos à demonibus protegunt, et ab omni malo custodiunt.
Illi non solum Christum dominum, sed et eius Genitricem omnes adorant.
Hominibus nobis subesse non respuunt, nec minores sibi preferri dedignantur.
Bonis nostris letantur, et gaudent; malis tristantur, et dolent.
Respexit illos excelsus dominus: qui humilia respicit in Celo, et in terra.

Benedicimus

Benedicimus Deum Caeli, et coram omnibus Angelis magnificamus eum.
Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu laudemus, et magni-
ficemus eum in saecula.
Hunc versiculum omnes Angeli, et homines canebant simul: Alios
Angeli soli, et homines soli alternatim. Tunc incidit in me desi-
derium illic permanendi; et ab illo Caelo amplius non discedendi, et
dixi ad Angelum ad me adiacentem: O si fieri posset, ut hic ~~per~~-
remanerem, et ad miserias mundi amplius non redirem; Et ille ad
me: Certamen bonum certasti, et fidem servasti; sed nondum cursum,
et agonem consumasti; oportet te redire, et librum hunc de rebus con-
scribere, ut Pastor futurus sciat perficere legem Dei. Audisti Cantus
nostros, qui placuerunt tibi; sed scito te neque millesimam partem
voluptatis, quam nos sentimus, percepisse. Mente, illo valde sua-
vius est, quam auribus percipere: Psalmum, quem Adam Pater noster
post lapsum fecit, et hymnum, quem Michael nobiscum cecinit, quan-
do Lucifer cum suis cecidit, vos non habetis, quos cum multis aliis
tibi dabo, ut tempore nuptiarum Agni, et deinceps iugiter decan-
tentur; sed nunc Dominus Deus noster te admonuit hic; ut de
Verbi incarnatione aliqua tibi revelentur, quae non ut dubia
aut apochrypha, sed tamquam certa a fidelibus teneantur. Alias
quando hic eras narravi tibi Virginis et Reginae nostrae ingres-
sum in templum Domini, ibique manentem, ac vita, moribus, exem-
plo, opere, et verbo, Virgines Domini, imo et ipsos antiquos
Sacerdotes docentem, qui omnes mirabantur de verbis suis, et

de Incar / tione V / tractatu / nota p / totu

vita

vita sua, quae virginitate Angelis erat sociata; saepiusque cum Deo
ipsa loquebatur facie ad faciem, sicut solet Amicus loqui cum Amico
suo. Tandem cum annus suae aetatis quartus decimus veniret, prin=
ceps illorum sacerdotum dixit ei cum magna reverentia: Filia in Domino
Deo nostro nobis Amantissima: tempus iam adest, in quo, secun=
dum legem Dei nostri, te oportet connubio alicui Viro copulari; ut
semen suscites in populo Dei, et ut numerus credentium Deo
populorum, non solum non diminuatur, sed etiam augeatur. Cui
humillima Virgo humillime respondit: Mi pater venerande
et domine colende, tu diu etiam nosti intentionem meam, et votum
meum, quod emisi virginitatis perpetuae; quia tamen sub potesta=
te Dei sunt omnia opera nostra, videte pater, quid agendum sit,
et convocate ad te omnes illos, ad quos ex lege Dei nostri spectat
me accipere in Uxorem; sed prius consulite Dominum Deum nostrum,
si placet sibi, ut desponser a viro aliquo; et quem ipse elegerit pro
sponso meo. Tunc pater ille dixit: Recte dixisti charissima filia:
Ora primum tu Dominum, quia merita tua longe antecellunt nostra
et nos quoque orabimus. Et post triduum apparui ego Gabriel
principi Sacerdotum, et dixi: Exaudita est oratio vestra; convoca
ergo universos homines carentes uxoribus de Tribu Mariae, iam
nubilis puellae; et omnes teneant virgas siccas in manibus
suis; et si Dominus alicui viriditatem restituerit; subito sicut
floreat; hoc erit signum quod placebit Deo, ut Maria virum ac=

accipiat

acciperet, et illa, quisquis ille fuerit, in cuius manibus virga
frondes, et flores emiserit; quod futurum et ipsa Maria noverat
divina revelatione. Statuta igitur die, quae erat octava
ante Kalendas Aprilis (ut nos hodie computamus) in qua erat
natae mellifluum Caelorum aspectum, non quia Deus noster poten-
tissimus eo indigeret, sed ut esset signum sapientibus stupendi
prodigii; et ut etiam ipsa Creatura pro modulo suo famulatum
praeberet Creatori suo. Convocati fuerunt omnes iuvenes, et viri
tribus Mariae, et quae fuit de tribu Juda ex parte patris, et
de tribu Levi ex parte Matris, ut Christus descenderet Rex de
tribu Regali, et Sacerdos de tribu Sacerdotali; Reducta erat
enim Puella in Civitate Nazareth cum magna societate
et de Judaea, et de Galilaea, et Sacerdotum copia, venta est eam,
ut videret miraculum grande, quod expectabatur. Dum ergo
convocarentur omnes matrimonio soluti, etiam Joseph fuit vo-
catus, qui venire renuebat; nam et ipse vir Deo deditus erat;
in mente sua namque Virginitatem suam vovere proposuerat.
Non est ergo verum, quod habuerit Uxorem unquam aliam, quam
Mariam, aut ullos liberos; Renuebat etiam venire, quia famam
illius puellae, et sanctitatem audierat, et se indignum eo putabat;
et ratione sanctitatis, et ratione aetatis, non quia decrepitus, aut
multum senex esset; sed quia comparatione ad Mariam puel- Joseph era
lam tenellam, senex erat. Quintum namque et quadragesimum años 45
gdo despo
Santissima
Virgen M.

habebat

habebat annum, sanus mente, et corpore robustus. Vir magno ingenio, ornatus omni virtute, imbutus bonis, et sanctis moribus, prudens, sed columbinae simplicitatis, et admirandae humilitatis; Tandem cognoscens per spiritum Sacerdos Primicerius, illum abesse, quem Dominus volebat, ipsum Joseph requisivit, ut cum aliis suae Tribus illico accederet; Virgamque aridam, ut alii in manibus teneret; Et dum iterum coram sacerdotibus Dei orantibus, omnes, et ipsi orantes astarent: Venit Columba de Coelo, et insedit humero Joseph dextro, et virga sicca subito floruit, et viridis facta est tota. Tunc sacerdotes Deo gratias agentes, amplexati, et osculati sunt eum, et dixerunt ei, ut coram omnibus Mariam (prout mos erat Judaeis) desponsaret, qui humiliter dixit: Ego non mereor uxorem esse tantae, tamquam sanctae puellae, qui peccator sum, et homo senex, et insufficiens: Ipsis autem dicentibus, id esse divinae voluntatis (ut in signo illo fuit ostensum) ille dixit: dicam sanctae Mariae sorori meae duo verba secrete, et subito redibo ad vos. Erat enim Maria soror Joseph hoc modo: Mathan, et Heli fuerunt Germani ex eodem patre, et ex eadem matre nati; Mathan genuit unum filium, quem vocavit Heli, nomine fratris sui, iam defuncti: et Jacob; Qui Jacob, mortuo fratre suo Heli sine liberis; accepit uxorem fratris sui, iuxta legem Domini, et genuit hunc Joseph sanctum; Heli vero pater, Mathan senior genuit Joachim, et defunctus est; Joachim vero iam senex genuit ex Anna Mariam.

Cognatio, et consanguinitas Mariae

Cui

Ecce vides, quo pacto Maria erat soror Joseph. Accessit itaque
Joseph ad Mariam, et exhibita multa reverentia in timore
Dei, dixit Joseph: dilectissima soror Maria, multa de te præ=
dicantur, et inter alia quod tu Virginitatem tuam Deo consecrasti,
et dedicasti; Ego (ut tibi soror verum fatear) talis propositi
semper fui, et nunquam carnis delectationem experiar, et iam
Vir provectus sum; iuventutem meam illibatam conservavi: du=
rum est mihi in hac ætate virili maritum effici, et contra propositum
agere, tot annis confirmatum; ex alia parte non videretur quod omnis
id velit, quod ego voto; Quid tibi de hoc videtur? Indica mihi. Ma=
ria dixit: Magna sunt mysteria Dei, frater carissime, consi=
lium eius mens nostra sine eius gratia attingere non potest; Ego
certe virginitatem vovi: Lex, et miraculum urgent ad matri=
monium, et compellunt; Detur nobis spatium trium horarum, et oremus,
et ipsi orent, ut Deus noster utrique nostrum ostendat, quo pacto,
et Voto satisfacere, et Legi nostræ obedire valeamus. Et habita
super hoc licentia, omnibusque in loco illo orantibus, et Joseph
in Cella sua, et Maria in altera orante; Ego primum apparui
Mariæ, et dixi: Accipe Joseph pro viro tuo, neque timeas: ipse
enim confirmabitur in gratia in hac desponsatione sancta, neque
unquam a te requireret aliquid quod tuam virginitatem lædere
posset; Vult Deus, ut tu sis illi vera sponsa, et Uxor, et ipse
tibi verus sponsus, et vir; et tamen uterque virginitatem per=

petuo

perpetuo seruabitis; Consentias igitur in Matrimoniale vinculum,
si petierit; Esto certa Maria, quod nunquam petet: et eris
Uxor simul, et Virgo: Similiter apparuit et Joseph, et dixit: Joseph
fili David, noli timere desponsare, et in Uxorem accipere Mariam,
quia propter talem contractum Virginitatem tuam non amittes.
Vere, et continentias, si ipsa voluerit; et quomodo requi=
sierit, securus esto, et certus, quod Maria nunquam volet, et nunquam
petet, aut exiget, uir eris, et Virgo; illa Uxor, et Virgo. Tunc
Joseph dixit: Ad quid eam ergo accipere oportet? Respondi ego:
Domini voluntas est; Cuius consilij causam inquirere presumptio=
nis est. Intellexerunt ergo voluntatem Dei, et modum; et vene=
runt ad Pontificem, dicentes: se velle divinae legi parere, et manda=
tis coelestibus obedire; Tunc Pontifex gratias agens Domino Deo Isra=
el, astante Coetu sacerdotum, et Levitarum, et multitudine populi,
benedixit eos benedictione illius temporis consueta, et addidit: Deus
Coeli, cui nihil est impossibile, concedat vobis fructum mentis
ne integritate mentis; fructus uester excelsior sit nubibus, su=
blimior Coelis omnibus. Hoc autem ipse non intellexit, prophetavit.
Sed verba suae prophetiae non intellexit; Accepta igitur utri=
usque manu dextera à Pontifice, et coniuncta manu Joseph
manui Mariae, accepit ille eam in uxorem, et ipsa illum in virum,
et annulo suo Joseph subarravit eam. Tunc Pontifex (ut mo=
ris erat) psalmum illum: Beati omnes qui timent Dominum: qui

de desponsatione Virginis Mariae, et S. Joseph.

ambulant

ambulant in nuptiis ejus cum sacerdotibus cecinit, et post ultimum versiculum prostrati sunt hymnum sequentem, Spiritu Sancto eorum linguas movente:—

Magnus Dominus, qui nos conduxit: magnificetur in fructu ventris vestri.—

Magnificetur in filio vestro, Jesu filiorum omnium filiorum:—

Deus, cui nihil impossibile, concedat vobis fructum ventris cum integritate mentis.

Fructus vester excelsior sit nubibus, sublimior Caelis omnibus.

Crescat a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.—

Adorent eum omnes Reges terrae, et omnes Gentes serviant ei.

Reges ei munera offerant, et Reginae dona adducant.

Permaneat cum sole et ante lunam, in omnes mundi generationes.

Sit nomen ejus benedictum in secula; benedicentur in ipso omnes tribus terrae.—

Magnificent eum omnes Terrae, repleantur ejus mare, Caelum et terra.—

Primogenitum vestrum ponat Deus excelsiorem omnibus Regibus terrae, adorent eum omnes Angeli Dei: subjiciantur ei principatus, et potestates.—

Sui eum non recipiant, alienas gentes vocabit.

Videntes non videbunt, et qui non vident consolabuntur.—

Sterilis pariet plurimos, et quae multos habet filios, abs.

liberis

siteris permanebit.

Donec agnita proteruia, reducaneris in ipso omnia.

Quando antiquus dierum filio nuptias faciet et suum consolatorem in mundum transmittet.

Quae Virgo Aaron floruit et deus antiqua mirabilia renouauit.

Coniuncta est sanctissimo sancti tecs prolis sanctior erit.

Arbor haec est optima, proferet omnibus sanctissimum fructum.

Virga egressa est de radice Jesse, et flos de radice eadem floruit.

Requiescet super eum multiplex et unus spiritus domini.

Et omnes linguae et populi laudabunt in aeternum nomen domini.

Hoc psalmo expleto, et benedictione accepta cum gratiarum actione, et cum ingenti consolatione unusquisque reversus est in propria.

Dum autem psalmus cantaretur, Joseph, qui adhuc nesciebat ex Maria nasciturum Saluatorem, et sciens se, et Mariam, virginitatem mansuros, audiens benedictionem et psalmum, ubi de prole futura agebatur, dicebat in corde suo: Isti sacerdotes credunt, nos habituros filium, neque sciunt secretum nostrum. Maria vero quae nouerat, Virginem in breui concepturam filium Dei, ad singula verba animum applicabat, et ea conferebat et in corde suo conseruabat, dicebatque; o Deus, videbone Ego Virginem tam sublimem? sacerdotes plerique turbabantur de hoc matrimonio, dicentes: Credebamus, quod Maria foret illa Virgo, ex qua Messias esset oriturus, et eam nunc copulata est matrimonio. Alij

dicebant

dicebant: forsan continebunt. Recessit Joseph; Maria vero re=
mansit in domo patris sui cum sua Genitrice Anna. Habe=
bat autem in domo unam domunculam vel cellam à tota domo
parietibus sequestratam, quæ tunc erat in Nazareth in domo
Joachim et Annæ; postea fuit manibus nostris conductum, et dela=
tum in partes Dalmatiæ: tandem miro modo allata fuit in Agrum
Romanum, non Romam ob causam Deo notam, et ipsi Virgini, quæ
etiam multos nostrum non latet; tamen silenda est pro nunc. In
illa domuncula Maria Virgo, Joseph desponsata, psalmis,
et hymnis et prophetarum lectionibus vacabat, et valde ad=
mirabatur de psalmo illo, quem cecinerat in desponsatione sui.
Mirabatur etiam, quod neque Deus ipse, neque ullus Angelo=
rum sibi appareret, et quæ consueta erat cibo Angelico, hoc
est ab Angelis allato, vesci; unde plusquam [?] horas ab=
stinuerat; Joseph enim ab ea discessit hora circiter vige=
simo secundo, cum quo buccellam panis sumpsit; aliud enim cibum
ipsa non manducabat. Et ego Gabriel missus à Deo cum Euchu=
diele et Barachiele, et multis Angelis de quolibet Choro,
sed tres eramus de septem astantibus; Ego enim qui fortitudo
Dei interpretor, veniebam, quasi nuntius Dei patris; Euchu=
diel qui bonum Consilium interpretatur, erat quasi nuntius filii
Dei, qui sapientia, et Consilium Dei patris dicitur; Bara=
chiel venit quasi Nuntius spiritus sancti; quia benedictio

illi

De Incarnatione Verbi.

Cellula, in qua annunciata fuit B. Virgo Maria, per manus Angelorum delata fuit in Picenum in agrum Romanum.

illi personæ attribuitur, quia tota individua, et incomprehensibilis est actio, et operatio illorum: Omnes sumus totius Trinitatis nuntij, Et quia ego principalis, et primus eram inter omnes illos, Imò supprimus absolutè post Michaelem, ideò Evangelista Lucas de me solo facit mentionem: Ego itaque cum illis duobus præcipuis, et magna multitudine Celestis exercitus, auctus, missus à Deo in Civitatem Nazareth ad Virginem, tunc desponsatam Viro, cui nomen Joseph de domo David, sicut et Maria erat, et Eleazar, et Heli, et Joachim ex parte Mariæ, quia Joseph erat de domo Eleazar, et alterius Heli secundum legem: et Jacob secundum Generationem, et Virginis nomen erat Maria. Ingressi sumus ad eam, quasi novissima diei hora, sicut et in novissimis diebus incarnatio hæc fieri debebat. Et nos tres primò apparuimus in effigie humana, pulchri, et splendidi præcedente spiritu vehementi, et lumen replevit totam domum usq. ad illam. Et ego humana voce dixi ad Mariam: Ave gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: quæ cum vidisset nos facie, et veste fulgentes, [mult]-sque et nobis, post quam desponsata fuerat, viderat: neque in forma humana unquam verecundia Virginali expavit, et contremuit, et in suo corde conferebat prophetias quas legerat et psalmum, quem sacerdotes in eius desponsatione decantaverat. et multa alia, quæ de illo dicta erant in templo, et cogitabat

singula

singula verba salutationis, quam cogitatione mens eius discurrendo turbari videbatur, tanquam dubio, et antico. Tunc ego dixi: Maria: ne paveas, neque turberis, quia omne malum evasisti, et super omnes gratia Dei predita eris. Et quia semper orasti, ut Matrem Messie videres, istam gratiam invenisti: Tu es illa benedicta inter omnes mulieres, quae filium concipies, et eundem, decursis novem mensibus, imò diebus ducentis septuaginta quinque cum gaudio, media nocte illa, die sequente paries, et vocabis nomen eius Iesum, qui erit ille magnus Propheta, quem sè Deus suscitaturum in populo suo, diu predixit, et filius Altissimi Dei patris est, et vocabitur quem Deus promisit sessurum super sedem David patris eius secundum carnem; et regnabit in domo Jacob in eternum, et Regni eius nunquam erit finis; Tunc Maria, inestimabili concepta letitia, quia iam percipiebat se illam Virginem esse, quae Dei filium conciperet, et pareret quia tamen valde humilis erat, et se vilem reputabat, sicut verè omnis Creatura vilis est, imò quasi nihil est, rebus divinis comparata, adhuc prae gaudio mirabatur; Idcirco ut ipse sciret, an hic tantus filius esset ille verus Deus, quem Virgo concepturo, et paritura erat, Dixit ad me: Quomodo mihi annuntias filium, quia nostri vovisse Virginitatem perpetuam, et proposuisse, nunquam virum cognoscere? Et quando ipsum

verba Gabrielis ad Virginem

verba M. ad Gabriel

accepi

accepi certior facta fui, ipsi ex me non postulatum aliquid
tibi. Respondi, quod filius concepturus erat adventu, et opera=
tione Spiritus Sancti; et quod loco viri eam obumbraret virtus Al=
tissimi; Quia conceptio illa erit opus totius Trinitatis, patris,
et filii, et Spiritus Sancti; Nam nomine Altissimi intellexi Deum
patrem, qui est fons, et origo et omnium principium; Nomine vir= +
tutis ipsius filium, et nomine Spiritus Sancti ipsum donum utriusque,
et tertiam personam. Addidi; o Maria: Letare et exulta, et gau=
de gaudio magno valde, quia, quod ex te progredietur, erit
Sanctum, et Sanctus sanctorum, et filius Dei, sicut, nosce, et stille et
ita vocabunt eum omnes populi, et letitiam adderet tante festivitas.
Addidi: ecce Helisabeth cognata tua sterilis, et vetula gestat
filiolum, iam sex menses habentem in utero suo; Nosti scripturas, non
te latent prophetie; Nullum horum verborum est impossibile Deo; ste=
rilis enim, et senex generare potest Deo volente, virginem conci=
pere, et parere non est impossibile; Deum incarnari, et hominem esse,
possibile erit, Omne igitur verbum meum tibi dictum non est impos=
sibile; quia quod Deo est possibile, et nullum eorum impossibile.
Tunc Maria aperte cognovit se esse illam Virginem electam, in
cuius utero filius Dei carnem humanam assumere disposuisset,
et quamvis indignissimam se iudicaret, tamen certa fuit, et ani=
mo eius repleta fuit gaudio inenarrabili; Et quia testimo=
nio scripture noverat id non esse futurum ante mediam noctem:

quia

quę tenuerat sexta hora noctis; Ad me item, quod Evange=
listę verbi non scribebant) loqui cepit: Ex verbis tuis, Angele Dei,
intelligo me concepturam, et parituram filium unigenitum Dei patris;
Et ego bene noveram id futurum his temporibus; sed valde miror
quibus meritis me dominus elegerit; sed hanc admirationem
ipsa removeo, quia scio nullam esse dignam tanti honore, et Deum
quamlibet, quę vellet, posse facere dignam. Ipse enim primo dignificat
deinde exaltat, et pro meritis (quę ipse, ut sint merito, facit) con
fert premia; sed oro te, ut mihi dicas; an vos Angeli hoc myste-
rium nunc cognoveritis, vel antea; Et scio quod tu antea hoc
scivisti, scire vellem quanto tempore antea, et si omnes illud
cognoverint, vel solum aliqui ex istis. Tunc ego aperui, quod
Deus a principio nobis revelaverat se in utero ipsius velle
humanitatem assumere, imo, et omnibus precepisse, ut
illum Deum hominem adoraremus, illique subjiceremur, et non solum
sibi, sed etiam sue Genitrici, que tu mox futura es; Unde subito
ut cognovimus nos omnes, qui hic sumus, et alii, qui advenient,
te adorabimus, et ut Reginam nostram venerabimur. Eris
enim per experientiam Regina Celestium spirituum et omnium Ange=
lorum Domina; hoc mandatum accepimus a Deo, ut omnes
ut pacti, si illud servare vellemus, in gratia confirmaremur
et eternaliter beati essemus; si illud preteriremus, ex tunc
in eternum damnaremur. Lucifer videns tantam dignitatem

hominis

De lapsu Luci-feri, et aliorum

quomodo Deus a principio Angelis revelavit suam incarnationem in utero virginis, carnem assumere

[Lu]cifer se ipsum tantum amavit et non Deum.

hominis invidit illi, quia nimium presumptionis fuit, se
tantum amando, et alia sibi sufficere nolendo; unde suadebat
omnibus tale preceptum non esse observandum, inferens, quia
nec iustum erat: subito enim, ut se inordinate amavit, pecca=
vit, et ita errare cepit, preceptum Dei iniustum existimans, et qui=
cumque opinionem eius intelligendo se potius amaverunt, quam Deum,
Omnibus visum est mandatum illud iniustum, voluit et nos per=
vertere, sed ego cum istis fratribus nostris (Michaele duce) restiti=
mus ei, et eum, tanquam presumptuosum arguere cepimus, omne illud
iustum, et rectum, et bonum affirmantes, quod voluntati Dei nostri;
qui neque errare, neque ignorare, neque prave velle potest, place=
ret. Quicquid ergo ille vult, cuius voluntas inordinate velle
non potest, ut recte, et iuste velit, necesse est. Si Creatori nostro, o
Lucifer, placet hominem fieri, et non Angelum, debet placere et
nobis, maxime quia ipse mandat, ut et nos ita velimus.

Casus Angelorum malorum

Lucifer, et Belzebub, et alii sequaces respondebant: Quilibet
debet potius bonum sibi appetere, quam alteri, ergo et maxi=
mum bonum sibi magis appetere debet; Hoc ~~[illegible]~~ bonum est
excellentissimum, et nobilissimum, ergo debemus illud nobis potius
appetere, quam homini; Deinde dignioribus digniora sunt
prestanda, sed nos digniores sumus omnibus hominibus;
nobis ergo bonum dignissimum potius, quam homini est prestandum.

Argumenta et rationes malorum Angelorum

Nonne

Non ne ita nos Angelos Deus ordinavit, et instituit, ut digni=
ores natura essent digniores meritis, et premio? Ex quo
patet ipsum hoc iuste ordinasse, ut dignioribus digniora dent.
Cur ergo homini indigniori tribuit digniora? Si hoc iuste fa=
cit, Ergo iniuste nos ordinavit, quibus secundum naturam data
sit gratuita; aut si nos iuste sic ordinavit, quod fatendum
est, iniustum est, ut longe minorem nobis non maiorem faciat
gratiam. Nonne dicet, o Michael, non est iustum, o Gabriel, non est
rectum, o ceteri Angeli, qui rationibus meis resistitis, optimus
Deus hominem nobis omnibus preponere velle; In hoc sibi
parendum non est; Nonne iniustus esset, si ultimum hominem face=
ret primum, et primum ultimum? Quanto magis si illum, qui
minor est ultimo Choro supremo preponeret, ut nunc
facit? Rationes evidentes adeo sunt, ut nullo indigeant
probatione, quid respondebitis? Cui Michael, et nos alij, Responsio bonorum Angel
qui hic sumus, ita respondimus. Rationes tue Lucifer
apparentiam aliqualem veritatis habere videntur, sed valde
admiramur quod primum omni intellectui negare videris: Hoc
enim omni intellectui concedendum est, Primum, et summum intel=
lectum errare non posse; Et primam summam, et optimam volunta= Respons dignissim
tem male, et inordinate velle non posse, quia sicut ne=
gatio presupponit affirmationem, et odium amorem, et imperfectum

Affectum

affectum, ita, et ignorantia, et error, aliud in alio presupponit scientiam; si ergo Deus aliquid ignoraret, vel in aliquo erraret, vel quid male vellet presupponeret scientiam in alio, et bonum velle in aliquo digniori se, et ita excellentissimus haberet se excellentiorem, et dignissimus digniorem, et immutabilis posset mutari, et perfectissimus fieri perfectior. Certum debet esse unicuique et manifestum, optimum malum velle non posse, neque ullis legibus subijci; Et quia ex se bonus est, et necessario, et ex sui natura malus, et iniustus fieri non potest; Quid ergo presumis? Certe iniustum putas, si vult hominem excellentiorem nobis facere; Hoc est si tibi iniustum videtur: iniustum tamen esse potest, nisi rectissimum obliquum credere possis. Quilibet ergo sibi potius debet appetere bonum maxime tale orem tantum si in arbitrio sui fuerit talis electio; sed si Deus precipiat, ut illud alteri appetat, et non sibi, parendum est Deo; quia ipse super omnia diligendus est; Et bonum mihi conveniens, etiam parum possum mihi magis velle, quam alteri magnum, illud tamen debeo sibi velle, et non mihi; Et quo ille, qui nullius debitor est, vult illud sibi, et non mihi. Homines quoque non sunt minores nobis in potentijs; Intellectus enim noster, et intellectus eorum, voluntas nostra, et voluntas eorum non variantur in sui natura, obiecta enim, et actus, et potentie eiusdem rationis

sunt

sunt: natura nostra nobilior est, quam illorum, non potentia illa
sint tamen omnia digniora; Unde aecepimus hanc dignitatem? non ne a Deo? et quo iure? aut qua lege? Ob liberalitatis nobis hereditarij sue; Ipse itaque non dat indignioribus digniora; Nemo enim apud eum dignus est, nisi quem ipse dignum facit; dando autem digniora, digniores facit eos, quibus dat. Nullus apud Deum est dignus, nisi quem ipse dignum facit
Et si ergo digniores sumus natura hominibus; non tamen digniores sumus ad talem munus. Ut hic ergo, et sine iniustitia digniora dignioribus dentur; opus est, ut ad illud recipiendum illi sint digniores, et item, quod ille, qui concedit, et praestat teneatur iure, lege, vel ratione, huic potius, quam illi tribuere, qui nobis gratuito secundum naturam maiora, vel minora tribuit. Hoc enim sponte, et voluntarie fecit, et si aliter fecisset propter id, iniustus non fuisset; Hec absolute proposuit nobis hominem, sed hominem Deum; Tunc Belzabub princeps dixit: bene scimus, quod homo Deus praeponendus est nobis; sed hoc est, de quo dolemus, quod hominem assumat ad Deitatem, et nullum nostrum. Aliud est, quod moleste ferimus; quia etiam Mulierem quandam omnibus nobis praelaturus est, quae non erit Deus, et multos alios homines quibusdam nostrum aequales, quibusdam maiores constituet? Haec sive iusta sint, sive iniusta, nullo modo nobis placent. De verbis Belzabub ad Principale.

sint enim, ut nos uultis, iusta, si illa nobis contigisset; non ne iusta contigisset? Si ergo quicquid uult, iuste uult, cur noluit hoc quod iustius erat? Tunc Raphael subiunxit; noli

Responsio Raphaelis. dicere iustius, neque quod Deus potius tibi debet, quam homini; An ignoras, quia nullius debitor est; Nunquid Lucifer tuus dignior est homine; Nobilior est, concedo, dignior hoc munere, nego: quando enim nullus est dignus: nullus etiam est dignior. Mulierem illam præfert omnibus, quia Dei hominis genitrix erit; Aliquos æquales: Aliquos maiores Angelis faciet prout coniunctiores illi Deo homini fuerint; quid tibi de tuo aufertis si homini illud donum tribuit? Si homo nunquam crearetur, quid fuissetis, nisi quod estis; quid accepissetis, nisi quod promissum est uobis? Iniquum est dolere de bono alterius.

Addit Angelus Euchudiel. maxime si nihil amittimus; Ipsi Euchudiel, qui Consilium Dei interpretatur et hic meus est, addidit; Magnus Deus noster est; Cuius sapientiæ non est numerus; Cuius sensum, et consilium nemo alius ab ipso nouit, nisi cui ille reuelare uoluerit. Dicite mihi uos, qui desipitis, sapere uolentes; Non ne ad perfectionem uniuersi pertinet, ut omnes combinationes possibiles in eo reperiatur? Hoc negare non potestis. Sunt autem tria, Deus, substantia, et accidens; substantia uero una incorporea, et spiritualis pura, ut nos Angeli

sumus

sumus; Alia corporea pura, ut lapides, et ligna; Et quia poterat esse substantia partim corporea, et partim incorporea, ut homo; si hanc substantiam Deus non produxisset, nonne magna perfectio mundo defuisset? Et non satis erat, quod tam corporea, quam incorporea seorsum fuissent? Sed oportuit, ut creatura illa, quae simul esset corporea, et incorporea, ita congruum fuit, ex quo potest fieri, ut fieret una res, quae esset Deus, et substantia corporea, atque incorporea: et omnia unirentur, et copularentur in uno. Nam in homine coniungebantur corporeum cum incorporeo, et accidentia corporea copulata erant accidentibus incorporeis, et in materialibus in ipso homine. Restabat hoc, ut homo copularetur Deo, et proprietates hominis convenirent Deo, et proprietates Dei convenirent homini, et ita in una re fieret coniunctio omnium rerum. Et aliquo modo Deus omnis res appellaretur: quia appellando eum hominem, in quo est esse, vivere, et intelligere, in quo utraque substantia et utraque accidentia sunt, appellabimus eum omnem rem; Et quia etiam homo erit Deus, in quo sunt omnes res: quodam modo omnia erunt Deus, omnia erunt plena Deo, et Deus plenus omnibus, et quamvis sit plenus omnibus, quae in ipso continentur, et vivunt, et sunt nobiliori modo

quam

quam in se, non tamen eo modo nunc sunt omnia in ipso (quasi
ad ipse sunt, sed esse sunt in ipso) sicut erunt, quando
assumet humanitatem: Nolite ergo mirari, si assumat huma=
nitatem potius quam nostram naturam; Nam assumendo humani=
tatem, etiam nos assumit, quia anima illius hominis eveniet
nobiscum; si enim assumpsisset unum ex nobis, propter hoc,
aliquem non assumpsisset specie differentem, nisi sicut et nunc
assumendo hominem; Nolite ergo mirari, nec conturbari;
pariter Deo, pariter et homini Deo, subjicite nos voluntati
eius. Lucifer iterum loquitur superbe cogitans: quid mihi offert,
si congruentius [illegible] mihi est, quod me assumere
potuisset, et ita ego fuissem Deus, et hoc mihi fuisset ne=
cessarium hoc excellentius. Adorare hominem respuo: sit Deus
homo, non compellat me hominem adorare, aut venerari;
Ad quem Michael; si homo ille Deus est, et Deum adorabis,
nonne et hominem adorabis? Respondit Lucifer: Ego bene
distinguam inter Deitatem, et humanitatem; Adorabo illam,
respuo vero istam; Michael iterum: Nimium certe superbus es:
nisi respuere illum hominem, qui vere Deus est? Respice miser,
Agnosce Creatorem tuum. Uriel quoque frater noster dixit: Lucem
luxit Deitate: quando obscuratum est aurum; sol tenebris invo=
lutus est, quando cecidit, qui mane oriebatur: Respice miser

veniam

Deus assumendo humanitatem, assumpsit etiam aliquo modo naturam angelicam seu spiritualem.

Lucifer iterum loqu.

Michael respondet ac Luciferum reprehendit.

Uriel dixit

ueniam, humilitate, et sua ruina redibit. Huic Lucifer Respondit:
Vos in tenebris estis, quia naturae uestrae nobilissimae obliti; ad [illegible] responde[illegible] Lucif[illegible]
hominem Deus fieri, et nos ignobiliori nobis subijcere propo=
nitis, magna dementia est uestra, ut uelitis nos deprimere
sublimes, et extollere ~~depressos~~ uestros. Alius ex parte Luciferi
adiunxit, uolens concordare, et dixit. Audite omnes consilium meum, de con[illegible] malo[illegible] gelor[illegible] Lucifero placuit
et de illo contenti estote: Postquam placuit Deo hominis naturam
assumere, assumat eam, estote ad hoc contenti; sed assumat etiam na=
turam nostram, et nulli fiet iniuria. Lucifer addidit, non placet mihi
quod dicis, quia pati nequeo, ut homo sit mihi aequalis; et ille:
minus malum eligendum est; semel ~~decretum est~~ illud, ut Deus sit homo;
si Angelus etiam fuerit Deus, minus malum est, et magna pars ma=
iorum Angelorum in hanc sententiam consensit; sed alij resistebant, et aliud con[illegible] [illegible] malo[illegible] Angelorum
hoc quoque nolebant. Alij quoque ipsorum dicebant: fiat Deus homo, fiat
et Angelus; sed quod Angeli, et homines adorent Deum, et Angelum: et
homines soli Deum hominem, itaque Angeli non subijciantur homini ullo
pacto; et si homines nolunt subijci Deo Angelo, non curamus; satis est,
ut nos non subijciamur illis: Alij dicebant inter eos: Subijcia=
mur et nos Deo homini, et illi fideles Angelo; sed omnes affirmabant Nullus [illegible] [illegible] Maria.
nolumus nisi illud uerbum adorare hominem, non Matrem eius, nec
ullum aliud, et ita, ó, Maria Virgo, sanctissima intellexisti
certamen illud nostrum. Audisti tandem, et percepisti, quae de filio

tuo

tuo mox concupiendo fuit aliqua consensio; sed te omnes repulerunt, neque tusse illi iniqui regnare noluerunt. Maria dixit: Studio in=audita; grandis confusionis fuit iste; Deo resistebat Creatura sua; propter me, et filium, quem mihi annuntias: Certa est ista ualida despecta pollendi ex quo exstitit narra ... ad istius magni prælij; libentissime namque audio ista secreta: Cæteros, ô Maria, uidebamus, eos inter se diuisos, et dissidentes, et contradicentes; Tunc Salathiel unus ex socijs nostris, Michaele hortante, dixit: Omnes, ô infelices, enati estis, et a Deo auersi estis, et nullus uestrum recte loquitur; neque digni ergo qui concordiam induere noluistis, recte loquimini; uis esse ferre voluntati Dei, quis supponere legem est? Similiter et uos alij uidemini recte, ut conditione Deo obedire, non est inuestiganda ea voluntatis eius. Homo fiet Deus, non Angelus; Angeli adora=bunt hominem illum, et ipsius Matrem uenerabuntur; non uult, ut homines adorent Angelum: Hæc, et similia nostri indicebant contra illos: Tu serue Dei, quæ hic pono, aduerte, et ea nedum illis, quæ alias tibi de hoc conflictu narraui; quia et illa, et ista omnia Mariæ Virgini, in illa nocte narraui: Verba Michae=lis quæ tunc dixit, et quantum Deus expectabat conuersionem ipsorum: et qualiter, cum nollent conuerti, proiecti sunt de Cælo in Caliginem et nebulas. Hæc omnia tunc Mariæ nostræ Reginæ sanctissimæ narraui. Addidique id, quod Barachiel tunc dixerat, qui ibi meus erat tanquam nuncius spiritus sancti; dixique fuit prolixiore conflictu inter nos atque illos, ô Maria: Tunc Bar=

rachiel

Increpatio Salathiel ad Angelos [illegible]

Gabriel Eic Cyr. B.[illegible] Amadeo

rachiel frater meus hic assistens, dixit. Convertimini ò Miseri, — Barachiel exhortat[...] conversi[...] Angelos [...]os

Convertimini: Quia Deus noster benedictus nos praestolatur, et benigne expectat. Sensus vestri in abyssum et ad inferos descen-detis; Benedicite Dominum, magnificate Creatorem vestrum, in quo est summa iustitia, nullaque iniquitas. Ipsi autem inter se dice-bant: Ubi est abyssus illa? ubi inferi? Tandemque nolentibus illis acquiescere, habitaculum Omnipotens reduxit solo iam Caelis inferioribus, et Elementis fiet visibile, quae alias dixi tibi et Mariae tuae omnia declaravi: et ipsis despicientibus salubria monita Baracchielis patris mei, proiecti sunt, et in his tenebris inclusi. Tunc, ò Maria, Michael timens ver-ba Baracchielis cecinit psalmum istum, nobis respondentibus et complevit: Magnificemus Dominum Deum nostrum, et exulte-mus nomen sanctum eius. — Angeli [...] versi e[...] nati in [...] nebris [...] nali [...] cluduntur

= Ipse est Deus noster glorificemus eum: dominus noster est, exaltemus eum.
Dextera eius magnificata est in fortitudine: deiecit adversarios nostros.

Stulti sunt omnes qui repugnant ei, maledicti, qui declinant a mandatis eius.

In ipso non cadit ignorantia, nec error, in voluntate eius nulla est iniquitas.

Quaecumque voluerit bona sunt, et iusta quaecumque mandaverit recta sunt, et sancta.

Maius bonum iuste tribuit minori: et minus recte maiori.

Non semper dantur maiora maioribus: neque minora minoribus.

Primus intellectus erravit nequiter: optimus male velle non potest.

Primo

Primo nihil est prius: optimo nihil est melius.
Tribuit unicuique, ut sibi placet; cui magis, quod alio nihil debet.
Ille solus apud eum est dignus, quem ipse fecerit dignum.
Super omnia est diligendus, et ad quem Rex seculorum immortalis
adorandus.
Deum, qui nos condidit, dereliquisti, et oblitus es domini Creato=
ris tui.
Dereliquistis deum factorem vestrum, et recessistis a deo salutari vestro.
Vos magis, quam deum amastis; ipso inuito, dijs esse uoluistis.
Omnia [illegible] iniqua fecistis: relicto deo Creaturae adhesistis.
Prouocastis deum in dijs falsis, [illegible] ad iracundiam incitastis.
Ipso tamquam lapis deseruistis: et de sedibus altis cecidistis.
Date magnificentiam deo nostro; perfecta sunt eius opera, et iusta
iudicia.
Deus optimus est, et sine ulla iniquitate: sanctus et rectus dominus.
Omnia conuertit in uno: posuit omnia in homine deo.
A morsu mortis ita uoluit: dispersa ipse congregauit.
Plenus est deus omnibus, et plena omnia sunt deo.
Non est mirum, si assumpsit hominem, et assumere noluit Angelum.
Homine assumpto, assumpsit omnia: Angelo assumpto [illegible].
O quam magnificata sunt opera tua deus: omnia sapientissime
fecisti.
Adorate promissum deum hominem, et uenerami ni eius genitricem.
Adorate eum omnes Angeli eius: benedicite potestates et uirtutes.
Benedicite Angeli [illegible] deum hominem: ministri eius qui

facitis

faciunt voluntatem eius.

Benedicite Genitrici eius, suscipite homines, ut sanet vestros et gloria decorivo in saecula saeculi: laetemur omnes in operibus eius.

Tunc Maria dixit: beati vos Angeli, qui voluntati Creatoris restitistis, vos humiliter adhaerentes: sed dicere vellem, quomodo primi parentes nostri lapsi sunt tam miserabiliter in peccatum:

Tunc ego narravi omnia illa, quae iam tibi dixi, et ea contempsisti. dixitque Mariae: quod nos simpliciter, qualiter Creatori Deo et ei obedientiam dedimus, nos Angeli illum psalmum: Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, cecinimus: In quo sicut noveris dulces, et primus Chorus primum decantavit, et ita de aliis ordinibus, deinde ego ipse Prophetae huic cantanti revelavi: Psalmum deinde, quem nos aeternaliter canebamus Deo, tunc Mariae revelavi. Tibi vero ipsum revelabo, quando de Trinitate quaedam retexebo. Tria cantica tunc Mariae dixi et revelavi. Nunc et tu accipe: Primum est quod nos cecinimus, quando in quinque diebus Deum vidimus caelos et elementa, et omnia praeter hominem miro modo creare: secundum pro creatione hominis; tertium hoc quod fecit tunc quando Eva ad ipsum adducta fuit. Quartum denique quod etiam Mariam nos fecit psalmum Adam, et Eva veniam peccatorum suorum petentium, et obtinentium. Barachiel ita coepit.

Psalmus Angelorum in creatione mundi

Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu: exaltemus et magnificemus eum in saecula.

quia

Quia de terra informi, et indisposita fecit tot mirabilia.
Solem produxit in Orbe suo: ac omnibus varijs circulis suis.
Produxit, et aquas super ipsum, quæ ad tangebant illud.
Benedicamus Patrem, et filium cum Sancto spiritu, exaltetur, et
magnificetur per secula.
Ipse enim producendo solem, produxit omnes alios Orbes propter unum
Ostendit potentiam suam magnam: quia inferiora remotis superio=
ribus movere potest.
Creavit postea die firmamentum cum globis stellarum atque
influentia.
Omnipotens omnia simul facere poterat, sed, ne deficeremus,
non fuerat.
Tertia die terram, et inde congregavit aquas, et varie fecit ap=
parere aridam.
Produxit terra herbas et plantas virentes, unicuique concessit
semen iuxta genus suum.
Benedicite Ministri tanti operis Dominum: magnificate vir=
tute eius.
Quarta die addidit alia luminaria, ut influerent in hac in=
feriora.
Inter alia vidimus duo magna luminaria, ut maius diei
et minus preesset nocti.
Addidit planetas et stellas, ut luceant, et influant in elementa
Quinta die produxit innumera genera piscium, et animalium
volatilium.
Bestias quoque et iumenta, et universa, quæ reptant super terram.
Magnus est Deus noster, et magnificus, atque laudabilis nimis.

laudent

Laudent eum Cæli et Terra, et omnia, quæ in eis sunt.

Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: tribus Deus gloria, et honor Unus.

Terram ipse creando, et nostrum Cælum: et ipsa creavit, et dum probis diebus consecravit.

Potenter omnia fecit: cum sapientia, et Amore omnia fabricavit.

Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu, exaltemus, et magnificemus eum in sæcula.

Dabimus Ad[illegible] eius [illegible]

Quando enim [Adam] vidit Evam ante se, protulit in hæc verba.

Omnia quæ in mundo erant aspiciebam, nullum mihi simile inveniebam.

Id est certe nunquam consolatio perfecta solitario.

Hæc nunc est os de ossibus meis, et caro de carne mea.

Propter hoc relinquet homo patrem, et matrem, et erunt duo in carne una.

Vir adhærebit uni feminæ, et femina uni viro.

Pater filiæ non copuletur: Multo minus filius Matri.

Ita Deus fecit ~~spiritum~~ stipitem naturæ humanæ, et sociam dedit mihi.

Ex nobis duobus omnes generabuntur, sine patre, et Matre nemo nascetur.

Sed ut omnis combinatio inveniatur, filius ex Matre sine patre orietur.

Ego ex nullo homine prodij; hæc a me originem traxit.

Ex duobus omnes alij generabuntur: unus ex femina sine viro.

Magnum est hoc sacramentum, quod Dei cum populo copulationem ostendit.

Tu vocaberis Virago, quia de Viro tuo te Deus decerpsit,

Vocaberis

Vocaberis et tu no: quia uentrem uiuentium Mater

Da huic dexteram tuam dexteram, et osculum sanctum labijs meis

Creauimus, et multiplicemur: propterea dei Cultore producamus;

Ipse suos Cultores poterat omnes simul producere; communica:

uit nobis proprias actiones

Quod ipse alios facere pot: raro, uel numquam per se ipsum facit

Et ipse non beat indiuiduos propter speciem; sed beat, et creat speciem

propter indiuiduum.

Sed antequam iungamur Uxor mea: Vacemus contemplationi,

et rebus diuinis.

Deinde cum timore Dei nostri: implebimus mandata eius

= Gloria et honor sit deo uni et trino omnipotenti et sempiterno: +

Hec Eua dixit, et prius de huiusce tibi dixerat psalmum illum

de Creatione hominis, quando nos omnes rogauimus creando

Deum nostrum, ut eos crearet hominem; quia nimium cupiebamus

uidere Deum hominem, et Genitricem eius: sed illum psalmum

postmodum tibi dicam, quod Parentes nostri primi fecerunt, sed

in primis audi Maria, et psalmum accipe, quem fecimus Deo no:

stro, ad hoc ut hominem promissum crearet, qui esset nobis in Ciuis

Ciuitatis superne, me ita incipiente.

= Ardentissime, atque fortissime Deus: ostende nobis faciem illam quam uidimus: Psalmus Angelorum pro creatione hominis ad Deum

Cum Terram, et Lunam creasti, hominem uidemus, quem promisisti:

Ipsum ideo ut producere uelis rogamus; omnesque nos humiliter sup:

plicamus.

Sapientissime, et scientissime Deus: ostende nobis faciem illam quam uidimus

Cum

Qui aquam, et Mercurium creasti: hominem vidimus, quem promi-
sisti.
Ut ipsum producas, obsecramus, tibique humiliter supplicamus.
Quietissime, ac Mansuetissime deus: ostende nobis faciem
illam quam vidimus.
Qui Aerem, et venerem creasti; hominem vidimus, quem promisisti.
Producat eum mansuetudo tua: oramus, tibique humiliter suppli-
camus.
Dominator omnium, atque Rector deus: ostende nobis faciem illam,
quam vidimus.
Qui ignem, et solem fabricasti; hominem vidimus, quem promisisti;
Erigat eum dominatio tua magna: rogamus, omnesque nos hu-
militer supplicamus.
Virtutis invictissime deus: ostende nobis faciem illam quam vidimus.
Qui ignem, et Martem fabricasti; hominem vidimus, quem promisisti.
Producat eum grandis virtus tua, obsecramus, tibique humi-
liter supplicamus.
Potestas permanens, atque aeterne deus ostende nobis faciem
illam quam vidimus.
[illegible] Qui aerem, et Iovem creasti; hominem vidimus, quem promisisti.
Producat eum ingens potestas tua, oramus, tibique humiliter sup-
plicamus.
Princeps, Dux, atque Rex omnium deus, ostende nobis faciem
illam quam vidimus.
Qui terram, et Saturnum creasti; hominem vidimus, quem pro-
misisti.

Producat

Producat eum Maiestas tua rogamus, tibique humiliter supplicamus —
Angelorum Princeps Deus, ostende nobis faciem illam, quam vidimus —
Cum omnia Elementa, et stellarum orbes creasti; hominem videa-
mus, quem promisisti —
Producat eum dignitas tua rogamus, tibique humiliter supplicamus
Angelorum optime Creator Deus; ostende nobis faciem illam, quam vidimus —
Cum omnia elementa, et Caelum omnia movens creasti; hominem
videamus, quem promisisti —
Producas eum, qui et nos produxisti rogamus, tibique humiliter
supplicamus. —
Tunc Deus vocavit de quolibet Choro tres Angelos, sicut quili-
bet Chorus tribus vicibus eum rogaverat, et narravit beatae Ma-
riae modum Creationis Adae, et Evae, et nostrae laetitiae, et consolatio-
nes Adae usque in Paradisum [illegible] super totis, et tentationem ipsorum per
ordinem, sicut iam tibi [illegible] pro consolatione
humani generis, et informatione [illegible] cuilibet iste
conservabitur. Hi vero psalmis plus laudaverunt Mariae, super
quod dici potuit: et exultavit spiritus eius in spiritu ipsa canendo,
et dicebant: —
O omni ardore ardentior Deus: transmitte ad nos filium tuum, quem
diligimus. — Psalmus Mariae pro incarnat. Verbi ad Summum Deum
O omni sapientia sapientior Deus: transmitte ad nos tuam sapientiam
quam diligimus —
Omni mansuetudine benignior Deus, transmitte ad nos beni-
gnitatem tuam, quam diligimus —

omnium

Omnium dominationum domine Deus, transmitte ad nos Ducem quem diligimus.

Omnium virtutum summa virtus Deus transmitte ad nos virtutem quam diligimus.

Omnium potestatum potestas Deus, transmitte ad nos potestatem, quam diligimus.

Omnium principatuum princeps Deus: transmitte ad nos pacis principem, quem diligimus.

Omnium Archangelorum Dominus Deus: transmitte ad nos Ducem quem diligimus.

Omnium Angelorum optime Creator Deus, transmitte ad nos Salvatorem quem diligimus.

Tunc ego dixi Maria: Ego ad hoc missus sum, et ad hoc veni cum his fratribus meis, ut haec mirabilis carnem Deitatis cum humanitate tua fieret, ut et Deus vult, humanum genus redimeret. Deus, Maria, Verbum suum in utero tuo, me annuntiante, carnem suscipere [illegible] pro toto genere humano consentire. Dico o Virgo, Verbum et [illegible] Ipse est filius [illegible] Dei patris aeternum Verbum. Tunc Maria utroque genu humiliter flectens: suspirans: gaudens vero lacrimis, dixit: Quis non consentiet in tantum bonum? Quis respuet tam amplum donum? Consentio: Cupio: et flagito: Ecce Ancilla Domini: inclinato capite dixit: Fiat voluntas Dei, Et Verbum Dei mihi confestim secundum verbum tuum. Erat dilectissime, iam media nox ut scriptura adimpleretur.

Dictis illis verbis Mariae, subito in ultimo instanti totam

pronuntiatione

[illegible]

pronuntiatione terminante operatione totius Trinitatis, que attribuitur spiritui sancto: multa valde mirabilia in eodem instanti facta fuerunt. Illico enim tres guttule purissimi sanguinis ex Corde Virginis excerpte fuerunt; Illico ille in locum aptum procreationi filiorum reposite fuerunt; Illico ille sanguis condensatus fuit; Illico in Carnem, nervos, Venas, et ossa conversus fuit; Illico cor, cerebrum, et hepar, aliaque membra formata fuerunt; Illico totum corpus plasmatum; Illico anima Creata; Illico infusa; Illico divinitas humanitati unita, et coniuncta, animeque, atque corpori copulata fuit; Illico intellectus illius anime omnibus habitibus practicis, et speculativis informatus, et ornatus fuit, preter habitum fidei, quo non indigebat. Illico voluntas predita fuit omnibus virtutibus sibi competentibus preter spei; Qui enim videt, non indiget habitu fidei, et qui tenet, non eget habitu spei. Infudit deus illi omnes habitus in summo. Gratiamque sive Charitatem dedit tantam, quantam dari a Deo poterat. Non enim est verum, quod aliqui vero dicitur, ut quocumque finito dato, maius illo dari possit, nisi imaginando, non autem in re ipsa; falsumque quoque est, ut alterius rationis sit intellectus noster, et nostra voluntas ab intellectu, et voluntate Angelorum, que namque recipiunt conformes habitus, et eliciunt consimiles actus circa consimilia, imo eodem obiecto, quomodo poterunt esse alterius, et alterius rationis; Neque verum est, ut semper naturarum diversarum sint diverse potentie; neque

de tribus guttulis sanguinis purissimis cordis M.ae Virginis.

De modo conceptionis Xpi in instanti

ut

et nobilioris naturae sit nobilior potentia; Si enim potentiae Angelis [sp]ecie differ-tes
Angelorum specie differentes differrent specie, et superiorum
essent potentiae nobiliores, et altius et obiecta. Et non esset
eiusdem rationis beatitudo omnium Angelorum, neque Angelo=
rum, et hominum, et non fieret comparatio beatitudinis eorum, et
nullus homo beatior esset quovis Angelo, immo nec esse pos=
set. In quo igitur essent homines similes Angelis Dei? Verum
est igitur, quod potentiae eiusdem rationis possunt esse eaedem
diversis naturis, sicut visus, et alii sensus existunt in diver=
sis animalibus, et visus aquilae, et lyncis, olfactus vulturis,
et canis; auditus multorum; et in natura ignobiliori potest
esse potentia acutior; Et quamvis nihil sit nobilius intellectu,
et voluntate, etiam in Angelis; tamen aliquae sunt proprieta=
tes in Angelis quae non sunt in hominibus, sicut simplicitas,
puritas, actualitas, et immaterialitas, non intellectus, et
voluntas. Nobilissimum igitur in natura inferiori potest
esse inferiorum nobilissimum in natura superiori, et aliquando
aliqua proprietas, quae notat perfectionem absolute, erit
in natura imperfectiori, quam non erit in natura superio=
ri: quemadmodum simplicitas est in partibus alicuius
corporis, et elementi ignis, vel aeris, quae non est in ipso igne,
vel aere. Illico igitur anima illa nobilissima fuit
creata, Illico corpori infusa; Illico et divinitati unita.
Deus enim eam creando infudit, et univit, et uniendo infudit,

atque

atq; infundendo creauit. Vniuit at carni, ossibusq; nil corrumpen=
do, sed uitam addendo; Illico anima illa Deum uidit in se, sicuti
est; Illico Amore summo dilexit, eiq; adhesit; primum quod uidit,
Nota — Deus erat; primum quod amauit, ipse idem Deus erat. Tunc illa
anima cognouit omnia preterita, tunc et presentia, atq; futura;
Agnoscebat Matrem suam, et omnes dilectos suos: omnes homi=
nes gratos, et ingratos, bonos, et malos, iustos, et iniustos: uide=
bat etiam et hunc cetum, qui in hac Roba nunc existit. Videbat
et hunc nostrum colloquium: nil eum latebat: uidendo Deum,
intellectus ipsius extendebatur illa uisione in omnia. Qui
namque Deum uidet, si Deus uoluerit, uidere simul potest omnia.
Nam in Deo, sicut in omnium artifice, sunt omnia. Hec nox est sple=
didior sole, et cunctis astris. Hec dies, quam fecit Dominus, dignior
et omnibus; Exultate, et in ea letamini, et gaudete gaudio
magno ualde. Hec solemnitas sit apud uos celebrior cunctis
solemnitatibus; Hec festiuitas precellat omnes festiuitates
uestras; Est enim festum Angelice, et solemnis annunciationis;
Est festum tantorum secretorum reuelationis; Est festum mira=
culose sanguinis ex corde Virgineo eductionis in matrice
mundissima expositionis; Est festum eiusdem sanguinis con=
densationis, atque in ossa, neruos, et carnes, in membraq; ut
Cor, Cerebrum, et Hepar, et pulmonem, et alia, conuersionis,
et perfecte organizationis. Est festum celeberrimum anime

Solemnitas incarnationis est dignior omnium solemnitatum.

Nota quia opinor

illius

illius creationis, et omnium virtutum, atque donorum vivificatio-
nis: Est festum animae illius, corpori illi infusionis, et corporis
vivificationis; Nobilissima enim anima vincta fuit nobi-
lissimo corpori modo nobilissimo. Est festum humanitatis
cum divinitate Unionis; Unita enim fuit humanitas divi-
nitati et partes ipsius humanitatis copulatae fuerunt Deita-
ti. Est festum illius hominis et illius animae perfectae, et summae
beatificationis. Est festum, quia illi animae dies illuxit cognitio-
nis omnium. Magna sunt, Heroica, mira, et inaudita haec
omnia: Citissime eodem momento, eodemque temporis puncto
facta sunt in utero illius puellae sanctissimae; Cui tunc tanta
gratia aucta fuit, quanta Deus ei dare decreverat.
Nulla enim gratia maior est quam gratia Virginis post — De gratia B. Virg.
gratiam animae Christi Domini. Nulla etiam est sibi gratia aequa-
lis. Est igitur festum Augmentationis supremae totius gratiae
in animo Mariae: Tunc Maria exultavit, Tunc Deum incar-
natum in Utero suo vidit; Conspexit, et adoravit, Et tota
Caelesti Curia ad tam mirandam rem videndam, assistente, et
omnibus Deum puerulum parvulum, sed vivum perfectum inspicien-
tibus et adorantibus. Maria hoc Canticum cecinit, dicens:
Canticum Virginis post incarnat. Verbi — Magnificat anima mea, et cor meum Deum patrem om-
nipotentem; qui me indignam fecit dignam, et de serva
fecit filiam; qui me vilem Creaturam, meamque humilem facturam,

Dei

Dei Summi Matrem fecit, sui filij Genitricem instituit.

Fecit mihi potentissimus magna, sanctum et benedictum nomen eius.

Magnificat Anima mea, et Cor meum Deum filium sapientem et verum,

Qui sine tempore ex patre natus, nunc in utero meo est gnatus.

Exultat Cor meum, et spiritus meus in Deo salutari meo,

qui me suam filiam elegit, matremque suam fecit

Genitorem meum genui, quem Caeli capere non possunt continui.

Magnificat anima et cor meum Deum: patris, et filij amplo donum,

Qui me tempus pro vultu respexit, neque torvo oculo unquam aspexit.

Ab omni labe preservavit, et super omnes Creaturas adamavit.

Suave, benignum, et optimum est magnum nomen tuum.

Ex hoc nunc et usque in sempiternum, beatam me dicent omnes nationes.

Gratias ago Deo uni et Trino nunc et semper, et in secula seculorum. Amen

Benedicti vos Angeli sancti, qui mandatis Dei summi paruistis.

Benedicti qui voluntatem Dei agnovistis, et iussa eius adimplestis

Filium meum non despexistis, neque me contempsistis.

Cum Lucifero debellastis, et eius rebus rationibus superastis.

Fecit Deus potentiam in Brachio suo, et omnes superbos dispersit.

Deposuit potentes de sede, et vos humiles exaltavit.

Vos esurientes iustitiam, implevit bonis, divites in coelestibus

inanes

inanes dimittens.
Gaudeant omnes matres, et patres mei, iubilent omnes filij dei;
Suscepit deus Israel puerum suum: memor fuit animae suae.
Misericordia eius transibit a progenie in progenies in om=
nes timentes eum.
quem Abraam et patribus nostris promisit, nunc in semine
suo adimplevit.
Gratias ago deo uni et trino, nunc et semper, et in seculo secu=
lorum Amen.

Ave Maria castissima et gratia plena Dominum gestans in ute=
ro suo ipsumque humiliter adorans, cecinit. Nos vero Universi
Deum incarnatum conspeximus, vidimus, et adoravimus:
obedientiam promissam exhibuimus; ipsumque pro domino nostro
recognovimus, et prompto animo acceptavimus: et mira=
bilia, quae videramus decantavimus, ita dicentes.

Magnus nimis es Deus noster, et omni sapientia plenus;
Cantus Angelorum pro eadem incarnat. — Annunciasti in principio seculorum; adimplesti diebus novissimis.
Leges pones aeternas, quae nullis temporibus abolentur.
Timores foras excutis; Angelis intus accumulabis.
Servierunt tibi homines in timore: obsequentur in tuo amore.
Figurae praeterierunt: hanc veritatem significaverunt.
Velut umbrae auferentur: in lucem omnia veniuntur.
Quod in signo primum vidimus, nunc vero Deum hominem factum agnovimus
~~cognovimus~~

Tunc

Tunc nobis, tanquam homo apparuit; nunc et verus homo innotuit.
Mariae annuntiavimus, et quoad potuimus adiuvimus.
Praelium nostrum narravimus: atque quod Cantico celebravimus.
Patrem, filium, ac spiritum sanctum agnoscebamus; nullum illorum homi-
nem videbamus.
Nunc vidimus sanguinem Domini, et in utero Mariae, induci,
Condensari, et in sanguinem converti, et omnia membra formari.
Animam perfectam creari: omnibus virtutibus repleri.
Corpori perfecto infundi: humanitatemque deitati uniri.
Magnus Agricola Deus: surculum inseruit suo stipiti.
Stipes est persona Verbi, Divinitas ramus naturalis;
Sed ramus dat esse trunco; non truncus ipse ramo.
Humanitas est, et quidam surculus, Verbi personae insertus.
Duae sunt naturae in una persona copulatae.
Quae sunt Dei dicuntur hominis, et quae hominis sunt Dei.
Assumpsit humanitatem Deus, et carnem, non humanitas, aut caro Deum.
Creata simul anima, et beata, beata pariter, et creata.
Videbat deum, dum creabatur et dum videbat creabatur.
Amabat, et creabatur: creabatur dum amabat.
Deum ante omnia novit, ipsum ante omnia dilexit.
Cognito Deo, omnia cognovit, nullum peccatum latuit.
Impleta est Mater omni gratia: homines evacuati sunt culpa.
Vidimus certe mirabilia: Credimus omnibus ineffabilia.
Beati nos, qui paruimus, et mandatis obedire voluimus.

Te

Te deum hominem omnes veneramur, ~~tu~~; et deum semper adoramus.
Te Mariam Virginem predicamus, et Dei Matrem proclamamus.
Te pariter cum filio tuo honoramus; et obsequia debita impendimus.
Tu eum almo spiritu simul deum genuisti incarnatum.
Te Reginam nostram agnoscimus; et super nos regnare non abhorremus.
Abhorruit Lucifer, et sedem amisit; et cum sequacibus ad inferna
descendit.
Gloriam deo in excelsis canamus; et pacem in terra bene viuenti-
bus annuntiamus.
Hec cum dilecte cecinimus; deinde ad Reginam illos versi-
culos, quos nos homines divino flamine aspirati nunc conti-
tis, cantare cepimus dicendo:
Aue Regina Celorum, Aue domina Angelorum,
Aue Regina Celorum, Aue domina Angelorum Salue Radix salutis porta, ex qua mundo lux est orta
Gaude Virgo gloriosa super omnes speciosa
Vale, ó valde decora, et pro nobis semper Christum exora.
Et dicendo Christum, ostendebamus illum puerum adeo parvulum,
ut vix oculis carnis videri potuisset; in quo tamen
erat omnis virtus, vigebat omnis sexus, si Claustro virgi-
nali non fuisset impeditus; miro artificio magnus ille
Agricola deus humanitatem persone verbi univit; ac si pal-
mitem unius nature, stipiti alterius nec inseruisset; Persona
verbi est sicut stipes, vel pes arboris; divina natura est
ipsa arbor, vel ramus ramatus in persona subsistens.

Humana

Humana natura est, ut oleaster quidam, et similis agrestis, quam divina virtus per personam verbi inseruit, et due nature, huma=na, et divina, fuerunt copulate in persona una. Et ideo quę=cumque dicuntur de Deo, dicuntur de homine illo; et quęcumque dicun=tur de homine illo, exceptis his, que ad aliud unionis spectant, dicuntur de deo; unde bene potest dici hic homo creavit cęlum, et Astra; et deus passus est, et mortuus. Sed non homo assumpsit Deum: neque homo incarnatus est, sed deus assumpsit illam huma=nitatem singularem, et deus incarnatus est; Nam filius dei est incarnatus solus, non Pater, aut spiritus sanctus; Et filius est verus deus, ideo deus est incarnatus. Tota Trinitas id egit, soli filio actione trium personarum divina cum humanitas est co=pulata: Mariae carnem, et omnia membra comproduxit, et nihil eorum, que ad Marem spectant, omisit. Nec impossibile est Creatorem subito agere, in quo est opus præuia dispositio=ne: agit et creatura subito, et in puncto, subiecto disposito, et præparato. Hic ergo omnia præparata, et disposita erant, ideo statim agere potuit. Tunc ego. Domine mi, quid opus fuit anima illi homini, qui erat deus; non ne sufficiebat di=uinitas ad uiuificandum, deus est uita; Non oportebat, ut Caro illa haberet aliam uitam, neque conueniens erat, unam carnem habe=re duas uitas, et a duobus uiuificari. Tunc dixit Angelus, o homuncio, quis te docuit arguere, et ea, que patres tui non tenent, sed tenere abhorrent, approbare; et quia uideo te sicut alios

multos

B. Am: de prestne pulchrorum Jesu col [illegible]

Angel [illegible]

multos videtis non posse bene intelligere hanc unitatem. Quia Deitas sicut erat vita, sicut et est: ad quid oportebat in Christo ponere aliam vitam, et aliam animam, ac aliud spiritum? Ex quo in ipso ponitur Deitas, quae est vita, verbum, sapientia, vera voluntas, verus intellectus, vera Charitas. Possem adducere plures rationes pro talis opinionis corroboratione. Si enim Deus est vita, et anima est vita, quid opus erat duobus, ubi unum illorum duorum sufficiebat? Sufficit est vita animae corpori, si habet deitatem sibi unitam, vitam perfectam, quae vivificat eam. Quomodo enim non vivificat Deus corpus ab anima vivificandum, aut quomodo vivificat anima corpus a Deo vivificandum? Quid quoque facit anima cum Deitate, aut deitas cum anima? Utraque enim vita est, Utraque aliquid est, una vita non perficit aliam, una non vivificat aliam, quia anima non vivificatur, sed corpus. Illi non unitur deitas, quam non vivificat. Quid ergo necesse est animam ponere, quae neque vivificat, neque vivificatur, nec unitur deitati? Si deitas non vivificat carnem cui est unita anima, sed necesse est, ut sit unita carni, aliter Christus non esset perfectus homo et perfectus deus, ergo oportet ut deitas carnem vivificet, ad hoc ut dicatur unita. Jesu Christi si per animam caro eius vivificaretur, non esset perfectus deus, neque perfectus homo. Quia perfectus homo est ille, cuius caro vita perfecta vivificatur; Deus autem est vita perfecta: nisi Deus per se ipsam omnia

omnia facere potest? Certè potest, quia Omnipotens est, Quicquid enim vult potest, quadam ex omnibus, quae potest, vult; quare ipsum oportebat adiutorium sibi praestare ad unificandum corpus humanum creando animam novam, nam si deus ipse indigeret auxilio, Omnipotens esset, nullius auxilio nullius adiutorio indiget, Non oportebat igitur animam conditam a Deo praeparari. Notandum itaque quot rationibus haec cogitationi addas. Considera hanc rationem.

Quid sit Anima. Anima (ut nos credimus, et nos scimus) est individuum singulare creatum spirituale (loquar autem, nunc anima in se, tam de hac anima Christi, et anima alterius hominis), sed omne singulare animatum et spiritualis quae natura substantia quaedam est, suppositum, et persona dici potest. Anima (ut videtis) haec, et illa, suppositum erit, et persona, si itaque in Christo anima creata fuisset, illa persona fuisset, Et ex hoc sequuntur duo absurda, Unum quod in Trinitate esset quaternitas personarum; quia persona Verbi, et persona animae in Verbo, quia Christus persona in Trinitate una, si ipse est una persona, duo, si ipse et omnes secundum in Christo essent duae personae, quia persona Verbi, et persona animae, et ita Christus ad esset unus, sed duo, quia duae personae. Non ergo est ponenda in ipso anima rationalis creata, sed sufficit anima rationalis et increata et omne bonum et tota perfecta, quae est Deus, et persona increata, et omne bonum. Non fuit ergo anima creata in ipso, in quo erat anima increata, et perfectissimo omnium spirituum. Praeterea, nec nulli intelligens a homine dicere, Christus esse Caro tua, quia non verè non potest

dici

dici Creatura, sed si habuisset animam rationalem, sicut ceteri homines, illa Creatura fuisset, et eo modo quo ceterae animae sic creatae sunt, diceretur vere Creatura, quia ratione animae illius fuisset facta ex nihilo. Hoc enim est creari quod ex Nihilo fieri. Anima vero, quia non fuisset neque corporea neque secundum partes, creata fuisset. Posset itaque perfectum esse modo dicendi, quod fuit perfectus Deus et perfectus homo, non ponendo in eo animam creatam, quam ponendo. Ad quid ergo anima illa est ponenda? quod autem non potest probari, ipsum esse perfectum Deum, et perfectum hominem, si non habuerit animam creatam, diximus superius. Nam ideo est perfectus Deus, quia caro illa vivificatur ab ipso Deo, et perfectus homo, quia à perfectissimo spiritu vivificatur ipsa perfectissima caro. Sicut enim Deus illam carnem nobilissimam fecit, et plasmavit; ita in ea nobilissimam vitam posuit, et eam nobilissimo spiritu vivificari voluit, qui est ipse vita omnium viventium quadrupliciter, et aliter. Item, non ponendo animam creatam in Christo, bene potest intelligi quomodo Christus est Deus, quia per divinitatem vivificantem carnem; ponendo vero quod habuerit animam non potest intelligi quomodo sit Deus vel vivificando neque animam, neque corpus. Item ponendo quod divinitas sit unita carni humanae, manifeste verum erit dicere: Hic homo est aeternus et creavit Angelos, Caelum Empyreum, materiam primam in principio, et sex diebus omnia alia, et quod est genitus aeternaliter ex patre, et

quod ipse

quippe et post deus idem fuit: similiter sentiendum est, quo-
modo Maria est Genitrix Dei, quia genuit hunc hominem,
qui est perfectus deus et perfectus homo, si autem caro illa et animam
unita non esset, non posset intelligere, quomodo ipsa genuit deum,
sed solum quod genuit hominem ex corpore, et illud ex animo
et corpore. Non ergo dici posset mater Genitrix Dei, sicut quotidie
vocamus ipsam divinis canticis et sacris, et in illo nomine illam
decoratam et gratiosissimam Matrem vocamus ipsam exaltatam super
omnes choros, et super ipsos Angelos, et super Michaelem, et eo
de causa nostri subjicimus, et ipsam pro Regina tenemus. Pater
igitur deus idem, et unus est cum Christo, et filius cum illo, et cum spiri-
tu sancto; et ponendo divinitatem beatam in me patris et filii
Mariae, una est divinitas, et aequalis Maiestas. Sicut ad deus
noluit uniri Lucifero Christi, quomodo fuisset unitus animae,
Immo nulli Angelo uniri voluit. et quare; quia unio ista
ad deitatem, quae unificatio illius rei cum natura dei, propter
autem quia unita est, unificari non potest, et hoc Luciferum
advertit, quando deus dixit: volo uniri homini, sed credidit
quod sicut potest uniri homini, ita posset uniri, et sibi, et aliis
spiritibus; et ideo ardenter concupivit hanc unionem, et fuit
rebellis deo, et amisit praemia, quae sibi parata erant, si perman-
sisset. deus enim judicavit eum propter malam voluntatem eius,
quia contempsit deum, volens unionem quae fieri non poterat.
Non est itaque unita deo aliqua anima, sed deitas est eam

unita

creata, ut Christus esset perfectus deus, et perfectus homo: Neque
conveniens est, neque iustum est, neque congruum est, ut duo
spiritus sint in carne una, Vz. deitas et anima creata; Alter
illorum a carne illa removendus est, aut anima, aut deitas;
Sed remota deitate vivificante, Christus nec erit, aliquo deus
ullo modo, neque perfectus homo verae divinitatis; Ergo relin=
quatur in eo deitas, removeatur anima, et erit Christus deus
verus, et homo verus; Si Christus animam creatam carnem vi=
vificantem habuisset, verus homo, et verus peccator fuisset, et
peccare ac mentiri potuisset, quia omnis homo mendax
est, et peccator; Sed quia deus erat, mentiri et peccare
non poterat, quia deus propria natura peccare non potest; imo Christus nullo modo peccare potuit
Aliae creaturae intellectuales peccare possunt, etiamsi sint
beatae; tamen non peccant, gratia deitatis perseverante; Chri=
stus autem nullo modo peccare potuit, quia caro ex se pecca=
re non potest, quia peccatum est in voluntate; voluntas quoque
divina rectissima est, deficere non potest, declinare a recti=
tudine non valet; Si animam habuisset Christus, Joannes hic
existens, non dixisset: Et verbum caro factum est, et non dixit
ut nos dicimus, et homo factus est. Non enim est factus
homo; sed accipiendo, et vivificando carnem, et hoc modo
sibi uniendo, factus est in utero Mariae verus homo: factus
quidem est homo, non quia prius fuisset homo, et deinde
Deo unitus; sed ipsa unione factus est homo ——

Vides

Vides abbas Dei, ut ego pro isto cogitatione tua, quando cogitabas, ad quod
fecit opus animae Christo, Judaeum adducere et rationes:
Tunc ego: Haec opinio Dianthij placuit, si posset sine periculo teneri; sed quae-
rit Joannes, qui dixit: Et verbum caro factum est: postea dixit Christus
dixisse: Ego sum pastor bonus: et animam meam pono pro ovibus: Et ite-
rum potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam.
Tunc Angelus subridens dixit: scio dialecticam, scio omnes apparentias ra-
tionum, et responsiones ... et fallacias; anima potest poni pro
vita, et sit sensus: vitam meam pono pro ovibus meis: Et in mea
potestate est mori et vivere, quia Deus erat. Nam si Deus non fuis-
set non fuisset in sua potestate vivere et mori. Dic mihi, Propheta
non ne dicebat Deo: parce irae animae tuae; Deitas est anima, id est quia
vita Dei; Et istam vitam posuit pro ovibus suis; Nam tempore mortis
non vivificavit carnem, sed caro mortua iacebat; et natura est quia
ipse voluit. Scis dicere super hoc aliquid aliud? Et me tacente,
dixit: Si non habuit animam creatam, igitur Concilia sanctorum patrum
falso determinassent. Determinaverunt autem Christum habuisse ani-
mam rationalem creatam, et duos intellectus et duas voluntates; Et
vinculo Anathematis innodaverunt omnes opposita credentes ac
docentes. Vos creditis, et vera est, quod Ecclesia in his, quae sunt fidei,
errare non potest, praesertim quando est congregata in nomine Christi;
quia scriptum est: Ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine
meo, ibi sum in medio eorum: Diriguntur enim tunc a Spiritu Sancto:
Athanasius

Athanasius etiam in symbolo suo dixit: et animam rationalem quod alias est creata, nõ intelligeres; quoniam inepte per animam rationalem, et ipsa Deitatem, et humana carne subsisteret. Vbi uides etiam rectitudinem philosophiæ nostræ: quia caro humana est alia ab anima, et nõ est caro per animam; sic enim ex anima rationali, et humana carne, tanquam ex duobus subsistit aliud quã carni, et aliud animæ. Nã ex duobus illis subsisteret, si caro per animam esset. Dicunt sancti patres nostri, et concilia nostra: Verbum, quod semel assumpsit (et intelligunt de ipsis ambobus, et recte) nunquam reliquit; sed si caro mortua, quæ prius uiuificabatur per uerbum diuinum, et uiuificatio erat unio, ergo uerbum carnem reliquit, quam assumpserat. Dicunt etiam quod anima Christi descendit ad inferos; quia non caro, quæ iacuit in sepulchro, neque diuinitas, quæ ubique est, assumendo etiam Deus carnem, et animam ipsum ipse uidebatur, utramque naturam, tam spiritualem, quam corporalem. Fuit in Christo nõ tantum dolor carnis, sed etiam tristitia mentis, nõ diuinæ, sed humanæ; dixitque: tristis est anima mea. Et iterum, nõ mea, sed tua uoluntas fiat, et quum orabat: Ecclesia prout dixi, errare non potest. Christus fuit uerus Deus, et perfectus Deus, uerus homo, et perfectus homo, ex anima rationali, et humana carne subsistens; sed nõ habuit illam animam, sicut cæteri homines; sed si Deus potest uiuificare corpus supplere uicem animæ.

Pastor fatuus declarabit. Hunc ita audire nolit a maioribus tuis dedicisse, uerum hominem Christus est, uerum carnem humanam habere

et

et carnem animam; si ergo animam Christus non habuisset, quo homo verus
fuisset? fuisset factus esset homo tantum anima sine carne, quia aut sit
homo habens carnem absque anima; Anima enim est potissima pars ho=
minis; qui ergo dixerunt animam ipse totum hominem, minus errant, quam
qui fatentur carnem ipse totum hominem. Modum incarnationis et huma=
nationis iam audisti: psalmum quem peregisti: quae tibi adulavi, vera
sunt; quae declaravi divina sunt. Ergo: Multi apud nos credunt pau=
cos Angelos scivisse incarnationem Verbi; Unde domino ad caelos ascen=
denti Angeli dicebant, quis est iste qui venit de Edom tinctis vesti=
bus de Bosra: Et Apostolus [illegible] dicit: ut innotescat principa=
tibus et potestatibus per Ecclesiam: Respondit Veritas est quod
nos [illegible] dixi tibi. Hoc mysterium scivimus, propter hoc praeclarum
fecimus, nec bene agnovimus, tanquam eum non agnoscentes, illum
[illegible] dicebamus, sed et admiratione tantae dignitatis, et Maiestatis
illa proferebamus; Hos prophetis haec revelavimus; nos intelleximus:
nos omnia vidimus; quomodo procuravissemus hominum salutem, si
nescivissemus Salvatorem; Tamen rem tam mirandam quo fieri posset +
non cognoscebamus perfecte, nisi quando eam vidimus fieri, et resur=
rectionis Christi modum, et ascensionis; tunc perfecte cognovimus quan=
dam eam fieri vidimus, et hoc modo nobis per Ecclesiam innotuit, quia
in Ecclesia factam fieri clare vidimus. Ecce vides, quanta [illegible] Domus
Mariae facta est caelum empyreum; tota enim caelestis militia
caelestis exercitus ibi erat, Nam plures Angeli simul esse possunt,
quamvis unus naturaliter non sit, ubi alius est: sic enim non indi=
guissemus

indignissemus tam magno habitaculo: Multi nostrum non erant intra parietes domunculae, sed extra, etiam per spatium decem, et decem stadiorum, et milliariorum; et omnes eum aspiciebamus: quia paries nostram visionem non impedit: Omnes laetebamur, gaudebamus, canebamus; Est itaque festum Angelicae exultationis: Et quia tunc augescemus honorem illum in Regem nostrum, et Matrem in Reginam: Est festum Angelorum homini subiectionis, et regni Christi inchoationis, et Angelorum omnium in terram descensionis,

quia descensus communis fuit illa nocte, et deinde in nocte Nativitatis Domini; Et postea tempore mortis, et resurrectionis, et Ascensionis; quia omnes usque ad nostrum Officium ei obviam venimus diviti per Choros; deinde quando Maria Virgo assumpta est ad Aethereum thalamum, descendimus ad hunc semel cum Iudice Christo. Tunc ego: Evangelistae alii nihil haec nobis tradiderunt: Solus Lucas parum tetigit: plura omisit; Tunc Angelus accersito Luca, dixit: Dicito clarissime huic homini simplici, cur praetermisisti pulchriora de Incarnatione filii Dei; Respondit Lucas: Tu ipse eram nosti, servitor Dei nostri omnia mihi dixerat, et ego ea scripseram, sed Regi nostro non placuit, ut ea tunc revelarentur omnibus, quando multa perfidia erat in Mundo, reservata sunt tito venturae aetati, quando etiam Apocalypsis Joannis intelligetur, quae clausa est sigillis septem: Addiditque, tempore illo tres interserentur a Pastore meo Evangelico tibi Evangelii, quod ego scripsi, et addentur omnia praecipua alio ordine,

quod

Septies descendentes omnes Angeli.

B. Am.

Ang.

Lucas Corr. B. Amadeo et dicit cur quaedam non scripserit.

Lucae responsio ad quaesita

quae hic a te sint conscripta, et cantabuntur in Ecclesia publice sub titulo Evangelij mei: Scripseras et de Conceptione, atque Nativitate + Virginis; et de ipsius praesentatione in Templo, et desponsatione breviter, quod tibi revelatum nunc est, et a te conscriptum, et tributum. Scripseras de Virginis obitu, et assumptione ea, quae tibi revelata fuerunt; Omnia haec Pastor futurus Evangelio meo addet, et in festivitatibus Virginis decantabuntur. Noluit Deus omnia simul palam facere; sed tantum ea, quae necessaria erant ad salutem spectantia ad humanitatem et divinitatem Christi Domini; sed ecce Gabriel hic est, cui haec sunt commissa, audi ipsum.

A sermone Gabrielis [illegible] expone[illegible] spectantia ad Xti incarnationem.

Gabriel igitur loqui coepit confirmando ea, quae socius dixerat; et addendo, ut festum Annuntiationis quoties occurrerit ante Dominicam Passionis fieret cum Octava; et quod die anteriori fiat festum solemne Desponsationis Matris Dei, et legatur Evangelium: Missus est. In die vero Annuntiationis legatur Evangelium: In principio erat Verbum; vel Evangelium suum novum, secundum quod Pastor ordinaverit. Et si non poterit omnia observari gratia Dominicae Passionis, celebrentur pro die Nativitatis; itaque ea quae tunc canuntur referantur, non solum ad Nativitatem Domini, qua editus est Mundo; sed ad hanc, quando Verbum caro factum est; et si post Octavam Paschatis celebrari contigerit, solemnius celebretur quam antea; sed quo, et qualiter, tunc ordinabitur. Et quia Deus docebit Pastorem illa, multa ipse addet his, quae nunc scribis; et declarabit, an si festum tale venerit in

Dominica

Dominica, et qua dominica debeat celebrari, et non [illegible]
[illegible] in die [illegible] sit celebrandum; et quando surgo
vero [illegible], et multa alia, quæ nunc prætermitto. Nunc dilectissime
audi, et considera excellentiam generis tui: Cogita quantum honorem hic
habuit progenies tua, quando omnes Angeli adoraverunt hominem
Deum, et Mariam Dei Genitricem, et se libenter subdiderunt: Cogita
quæ, et qualis, quantaque sit nox illa, nocte sancta; vere splendida
[illegible], et [illegible] beneficiis; quando ad sonum Campanæ interea *(de Ave Maria, ad sonum campanæ sero, et media nocte)*
quando ego accepi: Ave Maria dicitis: bene quando in media nocte
illud repetitis: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum
verbum tuum; ~~[illegible]~~ bene quando in crepusculo diei iterum salutatis ad-
dentes: Verbum Caro factum est, et habitavit in nobis. Tunc enim
Angelorum multitudo in gaudio dixit: Maria autem, Joseph
viro suo vocato, et nobis eam comitantibus, ipso mane festina ad
suam Cognatam Helisabeth pervenit, et eundo me de psalmo illo,
quem ipsa pro venia peccatorum meorum, ut Eva fecerat, inter-
rogavit; quem et tu scribas, sic enim fuit:

Psalmus primorum parentum culpam remissionem impetrantium
et obtinentium *(de Psalmo primorum parentum)*

(Psalmus Adæ post lapsum ad impetrandam misericordiam)

Adam: Adonay Domine Deus meus secundum magnam misericordiam tuam
miserere mei
Et quia plurimæ sunt miserationes tuæ, dele hanc iniquitatem meam.
Oppressus sum tribulatione maxima, Tempestas pelagi demersit me

Libera

Libera me Deus, et erue me de diluvio aquarum multarum.
Audite Caeli, et omnes Caeligenae verba oris mei.
Referant Angeli omnia, quae cogito, et loquor: dicant virtutes, po-
testates.
Porrigat Deus aures pientissimas huic humili deprecationi meae.
Exaudiat deprecationem meam: et clamor cordis mei ad ipsum perveniat.
Tu Deus es lux vera, et praeclarissima, omnia alia sunt tenebris mixta.
Tu es Sol, qui nescis occasum, et habitas lucem inaccessibilem.
Tu es terminus, et finis omnium: tu es satietas unica omnium beatorum.
Cuo: Adonay Domine Deus meus secundum magnam misericordiam tuam
miserere mei.
Magna est enim misericordia tua, et miserationes tuae multae nimis.
Tu ante omnia Caelum immobile creasti, ~~[illegible]~~ habitaculum sanctum, et excelsum,
Illudque Angelicis spiritibus decorasti, et ipsis omnia, quae facturus
eras, benigne revelasti.
Illi fuerunt astra matutina, quae te multa secula laudaverunt.
Tu Caelum mobile formasti, et illud aquas, quae super Caelos sunt, vocasti.
Est namque id te omnino uniforme, et motu suo alii Caeli cientur.
Aquae illae sunt sub Caelo immobili, et super omnia, quae moventur.
Tu Creasti lucem pulcherrimam Solem, Lunam cum quinque planetis.
Firmamentum in medio posuisti, in quo signa, stellas, et sidera poten-
ter Collocasti.
Quatuor Elementa produxisti, et cuncta ex illis tua sapientia
conflasti.
Ado: Adonay Domine Deus meus secundum magnam misericordiam tuam mi-
serere mei.

...in mob... ...Aque, ...super caelos

Qui deprimis superbos; et exaltas humiles tuos.

Draconem enim superbum, et rebellem, brachio tuae potentiae dispersisti:

De sedibus potentes deposuisti; et qui erant humiles sublimasti.

Esurientes adimplesti bonis, et qui sibi pleni videbantur exhausisti.

Me tandem hominem de limo terrae fabricasti, tuaque imagine insignisti:

Et si naturam mortalem, et perturbabilem, ne mori, aut perturbari possem, concessisti.

Haec et illa a te accipere, mihi non repugnabat.

Me in locum vitae et voluptatis induxisti, et omnibus bonis decorasti:

Sub pedibus meis omnia subiecisti, et magnum Adonay nomen ostendisti:

Evam adiutorium mihi similem dedisti: quam de latere meo extraxisti.

Ado: Adonay domine deus meus secundum magnam misericordiam tuam miserere mei.

Quia me caput omnium hominum fecisti, tuaque sapientia, simul et scientia imbuisti.

Liberum Arbitrium concessisti et in manibus nostris nos dimisisti.

Praecepta, et mandata nobis dedisti, vitam et mortem ante nos posuisti.

Ut si mandata servaremus, conservaremur, non servando, moreremur.

Lucifer invidus vidit, et invidit, pugnavit contra nos, et vicit.

Victus ab Angelis hominem superavit, et tenebris in aeternum prostravit.

Ego sum, qui peccavi; ego ille, qui coram te iniquitatem feci.

Si ego noluissem, neque Eva, neque hostis me vincere potuisset.

Cum in honore essem non intellexi, et dignitatem magnam amisi.

Comparatus

Comparatus sum iumentis, equo, et Mulo factus sum similis.

Adam: Adonay d(omi)ne d(eu)s meus secundum magnam misericordiam tuam miserere mei

Tribulationem, et dolorem inveni; Circumdederunt me gemitus mortis.

Morte, et omni miseria sum oppressus: omnibus muneribus spoliatus.

Descendi ab hierusalem in hierico; incidi in latrones ferocissimos.

Ipsi me spoliaverunt, et nudum omnino dimiserunt.

Atrociter vulneraverunt, et semivivum reliquerunt.

Iam nuditatem meam ipse agnosco; malum meum erit contra me semper.

Scio bonum nunc deus quod amisi; quod tuo malum bene didici.

Verumtamen minus meas defleo miserias, quam posteritatis Calamitates.

Utinam super me solum, et Evam pena tua plena irruisset.

Transibit de progenie in progeniem in universos liberos nostros.

Eva: Adonay domine deus meus secundum magnam misericordiam tuam miserere mei.

Magnus domus deus noster, et magna clementia eius, et misericordiae eius non est numerus.

Qui peccato nostro adhibuit remedium, et si vellemus surgere possemus.

Filium suum omnium glorificatorem: mox statuit nostrum Redemptorem.

Eiusque sanctam Genitricem; nostram instituit mediatricem.

Ad cuius effigiem edificavit me Evam: Cunctorum viventium Matrem.

Matrem instar filiae fecit: Adam instar sui, et mei filii plasmavit.

Cuius meritis quam maximis: culpas nostras abolere voluit.

Si et ipsi vellemus aut sacramento eius lustraremus.

Voluntarium sacrificium accepta bit: Cor humile nunquam abhorrebit.

Venientibus ad se obviam occurret, his peccata dimittens, gloriam impendet.

Eva: Adonay d(omi)ne deus meus secundum magnam misericordiam tuam miserere mei

Grandis est multitudo dulcedinis tuæ Deus, beati omnes qui sperant in te.

Post tenebras eduxisti lucem; post dolores gaudium, et lætitiam.

Retribuis pro centum, mille; pro mille autem decem milia.

Commutas minima in maxima, temporalia in æterna.

Beati, qui custodiunt mandata tua; subjiciunt colla iugo tuo.

Habitabunt in excelso tabernaculo tuo; requiescent in monte sancto tuo.

In Atrijs tuis morabuntur in fulgidis tectis: super aurum, et omnes lapides pretiosos.

Beati, qui in te Deum timent, et unum credunt, et vias tuas scire volunt.

Omnes gloriam patri, et filio, et Spiritui sancto cantemus, et deum nostrum magnificemus.

\+ Sicut et in principio Angeli canebant: sic nos cum illis; Nunc, et semper et in sæcula sæculorum, cantemus.

De M.æ Virg. itineris ad Montana

Intellexisti igitur canticum istud, et orationem istam, quam iugiter domino pangebant; quam ego tunc coram dixi Mariæ ambulando in via, iter illud quod puella delicata, inter [illegible] diebus vix fecisset, Domino eam, quæ ferebat portante, in die uno perfecimus; neque omnino fuit naturale, neque omnino miraculosum; non enim subito, vel in hora una illuc pervenimus. Joseph sciebat quo ibamus, sed et causam itineris non ignorabat, imo sciebat: fuit enim dignus videre mirabilia Dei.

In una die spatio M.a iter [illegible] Nazareth in Montana Judeæ [illegible] erat [illegible]

Quando enim ego cum socijs meis ad Mariam Virginem orantem accessi, paulo post ipsa (quæ erat cum Anna in domo) venerat enim eam visitare, ad videndam Mariam, accesserunt, et me cum ea loquentem invenerunt: et nobiscum tota illa nocte permanserunt: omnia verba mea audierunt, et Mariæ lumen viderunt, et Messiam esse conceptum crediderunt, seu deum incarnatum.

Benedictus tunc non

Benedictus sit Christus verus deus, dominus et salvator meus. Cadit infra fol. sequenti in tergo sub hoc signo *

Benedictus sit eius nativitas, qua mihi collatus est caelestis vultus.

Benedic mihi puero tuo: salvum fac filium ancillae tuae.

Mitte benedictionem de templo sancto tuo, et implear benedictione tua.

Esto mihi adiutor fortis: ut digne annuntiem laudem, et gloriam tuam.

Te adoro deus meus: tibi me commendo creator meus.

Jesus vero quasi sedebat: et manu dextera erecta versus ipsum Jo=
annem, et extenta, illum his verbis, et eadem lingua benedicebat per
modum cantici:

Benedictus sis dilecte Joannes servus meus: tu meus praecursor, et prae=
co idoneus. Veni et illum videbis, quem et praecurrere postmodum debebis.
Veni Joannes, ut tibi benedicam, et tibi faciem meam ostendam; Esto prae=
co meus Joannes, tu praecursoris officium inchoare.

Verbum me esse aeterni patris in mundi deserto clamabis.

Agnum auferentem crimina praedicabis, et salvatorem hominum annun=
tiabis.

Ante me in mundum ibis, et viam meam praeparabis.

Homines ad baptismum convocabis; et me deum esse declarabis.

Tunc Joannes Mariam, et Elizabeth, et nobis Angelis inspicienti=
bus, surrexit, et saltare, ac tripudiare coepit, dicendo per modum cantici:

De matris meae utero vocavit me dominus nomine meo,

servum suum me appellavit, electum suum me nominavit.

Faciem hominis mihi ostendit, et divinitatem suam non abscondit.

Qui me tam conceptum viderat, vidi, et tamquam deum adoravi.

Benedictionem amplam accepi: officium praecursoris inchoavi.

praeco sum Verbi divini, et praecursor domini mei:
Dei verbum annunciabo, et ut vox vera proclamabo:
Agnum dei demonstrabo, mentes hominum illuminabo:
Haec Joannes: Mater ergo sua audivit (quia vidit) ipsum ab Iesu Joannem
vocatum; Ideo quando ei nomen patris imponebant, dixit; Nequaquam
sed nomen patris habebit; sed vocabitur Joannes: Ipsum ante
igitur Joannes et Christo eum benedicente, Mariae amplexatae sta=
bant, et haec miranda innuebant, non sine gaudio inenarrabili: de salutatione Mariae ad Helisabeth
et una alteri non Lingua Carnis, sed Angelica loquebatur; sed tan=
dem Helisabeth exclamavit Lingua Carnis, ultimas meae saluta=
tionis verba repetens; et fructum Mariae benedicens. dum enim
starent sic amplexatae, Helisabeth Lingua Angelica interroga=
vit Mariam, quando conceperat illum filium, et quomodo: Maria
indicavit per ordinem missionem Gabrielis, et me ego sum, et meam
salutationem, et quomodo conceperat, et quis erat ille puerulus:
Nam Helisabeth videbat eum, sed non divinitatem eius; Exclamando
vide infra * igitur Helisabeth non viderunt; sed Carnis Angelicos, et exultatio=
nem audierunt, erant Ambo nobilium Joseph et Anna in via:
Hodie ergo dubitavit de Mariae Virginitate, sed videns tot
miranda, non audebat in faciem eius aspicere: et si quandoque
aspiciebat, videbatur sibi resplendere, ut sol, quia solem
gerebat mente, et corpore: ideo radii eius micabant in facie,
quae irradiatio sole exeunte de thalamo Virgineo desijt; Ideo
scribitur, et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primo
genitum

primogenitum. Timor ergo quidam oppresserat Joseph, et quia erat
iustus, erat timidior, et se indigniorem putabat; quanto enim homo
est doctior, quia scit quanta ad sciendum sibi desunt, tanto se indoc=
tiorem putat, et quanto homo est iustior, tanto magis defectus suos
cognoscit, et tanto magis se vilipendit, et Deum magnificat; Ideo
Joseph iustior alijs se indigniorem existimabat, neque Mariam
in domum suam inducere volebat; Cogitabat enim hoc in corde suo,
sed nulli propalabat; dicebatque non sum dignus habitare cum Matre
Dei; quamvis adhuc nesciret omnia mysteria, hoc tamen vide=
bat, non tam perfecte intelligebat, nec bene, nec postea sicut Maria.
Cogitabat ergo ex plano itinere dimittere ipsius societatem: in via
tamen, et in domo Zachariae noluit eam relinquere, postea vero
rediens in Nazareth, voluit eam dimittere; Cui apparui in som=
nijs, et hortatus sum eum, ne timeret, quia Deus fecerat eum dignum:
et quod Mariam acciperet, et conduceret in domum suam, quia sicut
audiverat illa felicissima nocte, quod in utero Mariae natum
erat, divinum opus erat, et filius Altissimi: et quod puero nomen
Jesus imponeret, et sic fecit, et adimplevit. Venimus igitur
in Montana ~~Galileae~~ Iudaeae. Intravimus in domum Zachariae; sed
nos Angelos sola Maria videbat; ipsa ergo humillime, tamquam
Virgo humillima, salutavit Helisabeth, iam tumidum uterum
habentem; Et dum amplexarentur se mutuo (mirabile dictu) Maria

vidit

vidit Jesum respicientem Joannem, et Joannem intuentem Jesum; Nam
subito, ut Maria dixit, intrando, pax Christi sit huic domui, et
Helisabeth occurrenti: pax tibi magni prophetæ, et vocis in deser=
to clamantis dignissima Mater: Joannes illico se ad Christum con=
vertit, et facie, ac vultu corporali, et visu alterum inspexit oculo
mentali, qualiter, et Deum animæ beatæ aspiciunt, genua sua
Joannes primum ante Jesum curvavit, etiam nobis Angelis inten=
entibus, et Christum Regem adoravit; Deinde secreta verba lingua,
qua Angeli, et animæ inter se loquuntur, protulit, dicens, primo=
dium Cantici — Benedictus sit Deus, ac quid cetera. * [illegible]

* Exclamando igitur Helisabeth voce magna dixit; benedicta tu in mulie=
ribus, quod et ego dixeram, et et salus: Tu Maria sola benedicta es
inter omnes homines; quia sola pro nullo tempore, nec mense, nec
in mente, aut cogitatione, maledictioni subiecta fuisti; Tu Ma=
ria sola inter Mulieres benedicta, quia sola Mater Dei esse
meruisti; Ego sibi hæc omnia et atque dixeram, quæ es et benedicta
inter omnes homines, quia sola nunquam maledictioni subiecta;
sola benedicta inter omnes Creaturas, quia sola super omnem Crea=
turam prælecta; sola benedicta inter mulieres; quia sola, ut
Deum conciperet, electa. Sed Evangelista non omnia expressit, neque
omnia in scriptis reliquit. Addidit iam Helisabeth informata,
et instructa: Et benedictus fructus ventris tui: quia in hoc

benedicentur

benedicent tibi omnes gentes, ut promissum fuerat Abraae: sic ergo Eli=
zabeth locuta est per modum Cantici.

O Virgo nunquam maledicta, inter omnes homines sola benedicta, super omnes
Creaturas exaltata; omni virtute decorata, inter Mulieres sola
benedicta, Filii Dei sola Mater electa; fructus Ventris tui est bene=
dictus, et ipsi Abraae patri nostro promissus, sine ipso nemo est benedi=
ctus; ipse benedictus à solo Deo. Unde hoc mihi Deus concessit, quod
Mater eius ad me se contulit, nullis hoc factum est meritis meis, neque
virtutibus ullis, Domini mei ad me Mater venit, et cor meum
gaudio implevit; benedicta, quae credidisti: adimplebuntur in te,
quae mihi dixisti, super omnes Creaturas exaltaberis, et Regina
Angelorum vocaberis. Tunc in maxima cordis exultatione lin=
gua humana per modum Cantici Maria dixit.

Magnificat Anima Mea Dominum, et exultavit Spiritus meus, pro
ut habetur in suo Evangelio contentis. Hi fuerunt tres dies fe=
de tribus diebus felicissimis. licissimi; Primo desponsationis, secundo Incarnationis, ter=
tio Visitationis, de qua Visitatione cito, cito fiat à Pontifice hoc
primi malorum, et multorum bonorum patratore, Virgini tamen devo=
to novum officium, cui Pastor electus, et singularis plerumque ad=
det ex ista revelatione, et ut solemnius fieri possit, fiat post
Octavam Requiem, ut Apostolorum Petri, et Pauli, quorum Octa=
vam solemniter fiat omnino, et aliorum omnium Apostolorum Oc=
tavam non habentium, fiat Octava, ut nunc est ipsorum Apostolo=
rum Petri, et Pauli, maiori reverentia sunt prosequendi.

Apostoli

Apostoli domini nostri Iesu Christi, qui pro salute omnium tanto
tempore laborauerunt, Astabat Anna, astabat et Joseph, lin-
guas humanas audiebant, Angelicas non uidebant, pleni tamen
et ipsi gaudio erant, et mirabantur de his, quae dicebant; Ma-
riae mansit cum sua Cognata Helisabeth, quo peperit filium,
et Maria docebat ipsam Elisabeth legem Dei, et ipsa eius despon=
satione, et in templo anteà conuersationem narrauit, et saepius
cum Joseph lingua [illegible] loquebatur; Zacharias gaudijs omni-
bus interfuit in domo magnorum, sed non plusquam Anna, quae
Joseph uidit; tandem Joseph Christo inspiciente, et benedicente
aeterno Virginis, egressus est ex utero Mariae [illegible], et Maria
cum Anna eum inspiciente, atque haec uerba dicente, hoc modo cantici —

Egrediatur mater ante Regem suum, terra progrediatur ante dominum suum
Praeco Iudice spiritu, uox uerbo annuntiabit.
O Filius uerè beata, et in tanto filio multum sublimata.
Concepisti iam purgata, peperisti omni dono ampliata.
Reginae uinum, neque siceram bibet, omnia quibus inebriare potest
abijciet.
Mel et locustas in deserto comedet, et cum Deo semper intererit.
Nomen eius pater ab Angelo audiuit, mater a filio suo eum uocari
uidit. Pater quia non credebat, obmutuit, Dei [illegible] lingua eius aper-
uit. Magnificemus Deum omnes, praecursore eius inspiciente.
Reliqua dilectissimae ad Natiuitatem eius pluquam prophetae per-
tinentia, ex Euangelio didicisti. Mirabilis fuit natiuitas

huius

[illegible] pueri, et gaudio adimplevit Angelos, et homines admira=
tione, et letitia; Unde cum fuerint qui omnes in nocte illa gauderent, et
Joachim magis gaudebant: Manente Maria in domo Zacharie Joa=
chim vir sanctus solicitus de filia venit post illam, et quando natus
est Joannes, simul cum Joseph interfuit, Nato puero, et ps triduum leti=
tia expleta: Maria cum quibus venerat, et cum suo patre Joachin
reversa est in domum suam, [et tanto tempore, quanto venerat] et
scito, quod Maria sola sine ullo dolore peperit; Helisabeth cum
partu; Annos cum minore. Morante itaque me: Joseph, condu= [illegible]
xit Mariam in domum suam sine pompis ullis, cum timore dei, in
sanctitate, et iustitia ambulabant, coniuges latronibus, et bonis
operibus iugiter coram deo vacabant, propriis manibus pro=
priis laborabant, et de suo labore vivebant. Nos Angeli assi=
due aderamus, et inserviebamus Regi futuri, ipsi et Regi=
ne nostre. Tandem dum impleretur tempus pariendi Marie, [illegible]
edictum, ut describeretur universus terrarum orbis; Joseph cum Ma=
ria, et propinqui Joachin cum alijs multis ascenderunt in Jerusa=
lem. Quia et Joseph, et Joachin erant de Tribu Juda, et de do=
mo David, et quia multitudo populi confluxerat, et hora
tarda erat, remanserunt in diversorio civitatis Bethleem,
et media nocte peperit eo modo, pro ut Regina revelavit
[illegible] mulieri devote [illegible] in [illegible]
Laurentio de [illegible], ubi moniales ordinis sui [illegible]
vivunt, Cui Mulieri devotissime nomen erat Brigida de

de 5.ta parte Dei pare, ... [illegible] temp.

Revelatio facta ... mulieri B. Virgini pe-perit [illegible]

Mesia

-brizia, quae plurimas revelationes habere meruit. Tamquam fideli-
ter Pastor veniens dilatabit, oravit enim diu, ut sibi revelaretur
modus Nativitatis Christi domini, et dum accessisset ad Civitatem
Bethleem vidit Virginem, quo stabat, quo vultum vertebat, ubi bos
et asinus posti erant, quo Christus ex utero exivit, quo ipsa
eum adoravit, et Joseph similiter, quae ita fuerunt sicut sibi
revelatum fuit, et in eius libro conscripta sunt, quae ad latebant
Pastores a Deo mittendos, neque alias revelationes nisi Dei. Clauso
itaque Virgo peperit, clauso eius Utero Dominus exivit, sicut
et clausis Januis ad discipulos intravit. Maria nihil molestiae
aut gravaminis sensit, sed gaudio indicibili, et exultatione inexcogita-
bili Dominum peperit, videndo, et intuendo eius divinitatem,
similiter, et humanitatem, et adorando puerum egressum, modo
ineffabili adorabat, ipsumque nominando Jesum meum puerum, nunc
natum, Ingenitum, facturam et factorem, et dum eum adoraret, dum
mundissimis et novis pannis illum mundissimum, et nitidissimum
Corpusculum ipsum et, nec aliis vestibus indueret, sic Domino placu-
ebat, Virum atque nos Angelos incubabat, Beatissimus Mariae natus
eius filio.

Venite adoremus Deum, qui ipse est dominus Deus noster.

Hic est aeternum verbum, quod nec tempori nostro est subiectum.
Hic ante omnia tempora genitus: hic post multa saecula genitus;
Filius est solus aeterni Patris: Filius est solus temporalis Matris.
Genitus est Creatura omnium, genitus in fine multorum temporum;
quo nulla natura est prior; ipse omni natura est posterior.

qui

Qui plasmauit hominem, ipse, nunc ~~non~~ factus est ab homine.
Venite adoremus eum, quia ipse est Dominus Deus noster.
Qui creauit omnes Angelos, ipse factus est, annuntiantibus Angelis.
Qui Angelos, et Celos condidit, ipse ministerio eorum indiguit.
Qui Calores creauit, et alijs inseruit: ipse à me nunc ~~non~~ fouetur, et calefit,
qui omnia complectitur: ipse brachijs meis nunc ~~non~~ attingitur.
Quem nullus tangere potuit, ipse osculo meo nūc ~~ad~~ suscipit.
Qui omnia mouet, et portat: hunc pono, effero, et moueo.
Qui Celum, et terram pugillo continet; ipse stricta fascia ligatus iacet.
Venite, adoremus eum, quia ipse est Dominus Deus noster.
Qui Celum, sicut pellem extendit, ipse super genua mea extenditur.
Ille manus, quae omnia ambiunt, nūc fortiter ligatae existunt.
Per quem omnia aluntur, et nutriuntur, ipse paruo lacte pascitur, et nutritur.
Quem Celi capere nō possunt, inter arcta presepia conditur.
Qui fouet, et vestificat omnia, vagit nunc, et ab Asino, et boue fouetur.
Venite adoremus eum, quia ipse est Dominus Deus noster.
Interim, quia iterum conuenerat militia Celestis exercitus, misi ego
Gabriel Angelo, qui Dñi natiuitatem nuntiaret pastoribus, sicut
et nunc ipsa annuntio futuro pastori. Pastoribus precipue nuntia=
ta est, quia Pastores Ecclesie Dei secreta scire debent, et alios ea
docere. Et postquam Maria reposuerat puerum Jesum in presepio;
Pastores accesserunt, quorum aduentum Maria preuiderat; Dauid
Psalmum suum continuabat, dicendo.
Bos cognouit possessorem suum, et Asinus presepe Domini sui; Po=

pulus

Populus suus eum non cognovit, neque ipsum recipiet.
Cum venit Deus noster visitare, et redimere plebem suam.
Et interim pastoribus, atque quaerentibus praesepium Domini, Joseph
et Maria illud eis ostenderant, et visis signis ab Angelo datis ipsum
humiliter adorantes, laudabant, et magnificabant Deum, et qui a-
miserat eis salvatorem, gratias agebant, et cum laudibus reversi sunt
unde venerunt; nos autem Angeli iterum adoravimus omnes, Regem,
et Reginam, et utrique obedientiam, et subiectionem promisimus: gaudium
hoc ingens annunciavimus; Gloria in Altissimis Deo, cecinimus:
Deum laudavimus, benediximus, adoravimus, glorificavimus,
gratias egimus: alii recesserunt: plures mecum in societate Re-
ginae nostrae remanserunt. Tres deinde viri sapientia humana (De Magorum adoratione et Stella)
pleni, qui populos orientales regebant, ad Mariam, et Iesum
venerunt: nam etiam Caeli exhibuerunt testimonium adventus tan-
ti Regis, et in Caelis scripto erat maximi, et divini prophetae
nativitas: et ut Iudaeos, et gentibus coniungeret Deus, ipsa die
Nativitatis, stellam creavit novam, quam Magi videntes, aperte
intellexerunt, Regem illum, quem nasciturum sciebant, esse natum.
Nam et prophetiam ad hoc acceperant: sed haec apud vos iam scripta
sunt, et de ipsorum adoratione, ideo praetermitto, similiter et de Domi-
ni circumcisione; quando Magi adoraverunt Dominum, fuerunt
interius a Christo instructi, atque in his, quae ipsis necessaria erant,
edocti: Quare Herodes, et quomodo timuit, nec tamen subito
pueros occidit, apud vos scriptum reperitur. Mansit Maria

cum

cum Joseph ibi usque ad dies quadraginta. Propinqui Joachim adduxi-
ti sunt in Nazareth, et ut legem impleret, impletis diebus purgatio-
nis Mariae, ascenderunt in Jerusalem (ut Lucas scripsit) Audivit
Herodes ea, quae dicebantur, et cogitabat, dicens, hic est Rex ille, quem
Magi quaerebant. multa enim de illo a Simeone, et Anna prophe-
tissa praedicabantur. et tunc voluit edictum facere de Nece puero-
rum; Joseph cum Maria fugerunt in Egiptum, et multa mirabi-
lia in illo itinere fecit puer Jesus, quorum quaedam, et apud nos scripta
sunt. ut de arbore, cuius fructus Maria colligere volens, se sibi inclinas-
set; et de leproso quodam puerulo, qui mox, ut lotus fuit in lotura
de latrone cum Xpo crucifixo
pueri Jesu, sanus factus est; deinde factus est latro, et Crassator, et
captus cum Domino Crucifixus, in ipsum credidit, audire meruit
hodie mecum eris in Paradiso; similiter ubicumque per Egiptum tran-
sibat, Idola Egipti cadebant, scito, et animadverte puerum Je-
sum a principio suae Conceptionis omnia genera, et species, et varie-
tates linguarum scivisse, nec in cognitione unquam a Carne, vel tempo-
re impeditum fuisse. Unde semper loqui poterat, et aliquando cum
Matre sola loquebatur, sed coram aliis primo anno nunquam lo-
cutus est; secundo anno, etiam coram Joseph, et cum ipso loqui coepit;
tertio anno coram omnibus, et sine omnium admiratione loquebatur
expedite; Manente Jesu, et Maria cum Joseph in Egipto, et Hero-
de mortuo; missus est Angelus qui moneret Joseph, ut rediret ad patriam
suam, quia mortui erant qui quaerebant animam Pueri: venit enim

Joseph

Joseph assiduè videbat Angelos, sicut Maria; sed sæpius in somnijs
Angeli apparebant ei. Intrauit ergo Jesus in Nazareth ad Joseph,
qui putabatur pater suus, et Mariam vero Matrem suam: docebant
ignaros, consolabantur mæstos, et afflictos; compatiebantur animo,
et corpore infirmos, et sæpius Jesus orando, vel tangendo, curabat
infirmos, et pauperibus succurrebat. Canulas itaque replebant
unde, vel illi sanabantur, vel hi triticum, aut vinum, aut oleum
haberent; quia in eius potestate erat posita omnis Creatura:
poterat solo Verbo, quia ipse verum est verbum, facere omnia; et
quamuis pauper esset, nemo tamen ipso ditior erat. Quia omnes
Mundi thesauri erant in potestate eius, volebat tamen, et fa=
mem pati, et sitim, ipse, et labores corporis suffere, ut pro nobis me=
reretur, et satisfaceret; Unde et orationi atque contemplationi
iugiter insistebat, et vacabat, ut thesaurum immensum nobis
hominibus congregaret: Crede mihi Carissime, quod si mille milia
annos mundus duraret, nec quidem merita Christi hominis enu=
merari possent: Tantum enim valent opera nostra, quantum a Deo
acceptantur, tanto autem magis acceptantur, quanto a persona
magis dilecta offeruntur; Unde minimum bonum opus illius pueri illi=
usque hominis gratius erat, maximis operationibus aliorum
quorumcumque. Istis meritis multas mansiones in domo pa=
tris sui hominibus preparauit, ipse esuriebat, ut nos comede=
remus, sitiebat, ut biberemus, laborabat, ut quiesceremus, vigilabat

ut

vel dormiret, contemplabatur, ut decet, eos nos ... quot me-
ritos fecerint Mariae Matris suae, plurima certe; multum et Joseph
meruit; Puerulus tamen Jesus ipse esurientibus, et sitientibus compatiebatur
Matri compatiebatur, et nutritio suo, et subveniebat eos sui gratia,
ne esurirent, aut sitirent, satiando eos absque cibo corporali, modo
sibi noto, et de piis cibis ex ministerio frumentorum Angelorum affer-
ri praecipiebat; et quandoque illo, quo sciebat, eorum velle vel aspectu,
ad esse faciebat, et quando ascendebant in Jerusalem, et ipsis et
omnibus propinquis Joseph, et Joachim, atque Annae, consanguineis,
plurima praestabat solatia et consolationes, ita ut fatigationem itineris
non sentirent. Quandoque Maria ipsum puerulum in ulnis tenendo, et Dolor Virginis et consolatio a filio
grandiorem factum faciem inspiciendo in sinu suo, vel juxta eam
sedentem, et manus eius pulcherrimas et pedes et totum corpusculum
inspiciens, plorabat, cogitando illos dolores, quos in membris illis
sentire tempore passionis debebat, et vehementer dolebat, fle-
bat, turbabatur, dicebatque secum in corde suo: hae manus, hi pedes
dirissimis clavis perforabuntur: hoc latus lancea transfixum erit, hoc ca-
put acutissimis spinis pungetur; tunc Jesus cognoscens dolores Geni-
tricis suae, consolabatur eam, et quandoque sibi divinitatem suam osten-
debat, ad hoc ut omnis dolor, omnisque poena cessaret, et gaudium im-
mensum in cor eius descenderet. Ingerebatque menti gloriam Corpo-
ris futuram post Resurrectionem, et tunc Mariae cor laetitia et gau-
dio implebatur. In tota pueritia sua nihil puerile gessit,
quod erat [illegible] teneri, et si quando cum pueris conversaretur,

in

in illa conversatione virilem maturitatem ostendebat, nullae fa-
tuitates, aut puerilis stultitiae erant in eo, immò in omni actione suos me-
rebatur, quia bene actiones debitis circumstantiis ornabat, et in Deum diri-
gebat et quemadmodum puerum decet, dum puer esset, et sicut infantem, dum infans
esset et sicut non natum, antequam natus esset, neque in utero Mariae frustra
stetit, quia a primo instanti Conceptionis mereri cepit; et dum erat
Adolescens, et Juvenis ea quae decet Adolescentem, et Juvenem exercebat.
Unde et Matri, et Nutritio obediebat, et eis condignam reverentiam
exhibebat, immò et ad [illegible], sed in [illegible] ipsi eum ducebantur, prae-
sertim Maria, quae divinitatem eius certius viderat. Cum autem factus
esset Jesus annorum XII [illegible] Civitate Jerusalem
[illegible] ostendens coram [illegible] doctrinae [illegible], ut [illegible]
[illegible] in quem [illegible]. Intravit igitur cum magna gravitate, et ma-
turitate inter doctores, qui intuebantur faciem eius, tanquam faciem
Angeli, eique locum in medio, Divinam quandam reverentiam erga ipsum
moti, dederunt. Intrando enim, dixit eis: Pax vobis Divinae legis
eruditi Principes; valde cupio audire, atque interrogare; quae verba
admirabantur omnes, et aspectus simul; sedens ergo Jesus, ita loqui
cepit: Magnus Deus noster, et magna virtus eius, sapientiae eius
non est numerus, neque magnitudinis finis. Deus vivus, et verus, non
solius est noster Deus, sed omnium hominum, omnium Angelorum, immò
omnis Creaturae; Dictus tamen est Deus noster, quia nos solus
[illegible] peculiaris populus eius. Nostris patribus locutus est, ipsisque
legem dedit; Heber, a quo Hebraei dicimur, fuit ille, a quo Abraham
descendit.

Sermo Jesu Domini pueri.

De [illegible] disputatione in templo

V. [illegible] Jesu in Templo

descendit (ut nobis notum est); Abram autem tantum familiaris fuit Deo, ut ami-
cus dei appellari mereretur, cui Deus propter perfectam obedientiam (quia etiam
proprio filio nolebat parcere, quem eum iussu Dei occideret) promisit in semine
suo benedicere omnes nationes; quia enim ille unicum filium, dei manda-
to occidere non renuit, quo facto se paternitate tanti filii, qualis Isaac
fuit, spoliabat, Idcirco Deus dixit: Quia non pepercisti unigenito filio tuo pro-
pter me, benedicens benedicam tibi, Et unicum filium meum tibi donabo, ut
sis pater eius, et multiplicabo semen tuum per ipsum unicum filium meum,
(qui etiam tuus erit secundum carnem) sicut stellas celi, et sicut arenam que
est in littore maris, quia nullus saluabitur, nisi medio illius filii tui, et
meritis eius; Ideo amauit Deus patres nostros, quia uoluit uocari Deus
Abram, Isache, et Jacob; ex hoc tertio descendit tota gens, et natio nostra,
in xii. tribus diuisa, elegit post Jacob, et Joseph, Moisem, et Aaron, et
posuit in eis signa, et prodigia sua: multi[illegible] secuti sunt eos usque ad Samuel
et David cui etiam pollicitus est dare filium qui esset etiam filius David et filius
Dei. Suscitauit deus in populo nro tot prophetas, Isaiam, Hieremiam, Ezechie-
lem, Danielem et alios multos, sed duodecim nominatos: Hac ergo causa noster
deus dictus est quia non fecit taliter omni nationi, hoc est nulli nationi taliter
fecit, talem gratiam [illegible] talia dona concessit: unde sequitur, et Iudicia sua,
legem uidelicet suam et uoluntatem suam non eo modo manifestauit eis: Ipsis
enim legem scripsit in cordibus propriis, nobis autem aperte locutus est
deus, et multa, quae non sunt scripta in cordibus nostris reuelauit. Vere
itaque nr[illegible] potest, uerum quia potius nre, quam Angelorum, locum magnam
ingerit difficultatem: Angeli enim sunt filii eius similiores sibi, et nro
propinquiores: hic magnum misterium est, hic admirabile sacramentum
incognitum erat legis doctoribus, notum prophetis, et Patriarchis; hic nobis non
potest solui, nisi concedamus, homini maiora, et amplissima dona Deum con
cessisse, quam Angelis: Audistis et legistis Messiam, quem [illegible] uentu-
rum, ille homo est, et Deus, quem uirgo concepit, et peperit, et eius no-
men est Emanuel, nobiscum, inquam, Deus: Deus in [illegible] nostra, Deus
in humanitate nostra, Deus, et homo est; Paruulus enim natus est nobis.

[illegible]

et filius datus est nobis, uocabit. nomen eius Tetragramaton: hoc Angelis non fuit concessum: nullus Angelus est Deus, homo uerò est Deus, et Deus homo, noster ergo magis, quàm Angelos; et quia omnia opera dei magna sunt, hoc tantum maximum est, et hoc ita fecit Deus; magnus ergo Deus et noster est Deus, magna uirtus eius, uirtutis enim uirgam misit ex Sion, dnabit. in medio inimicorum suorum, uirtutem populo suo iam dedit, Virtus autem dei Deus ipse est; sed quo hec possunt fieri? Sapientia dei, Deus est: ipse nouit, quo uirtus sua, et sapientia sua facere potuerit, ut uirtus, et sapientia dei facta sit homo; Sapientie eius non est numerus, non est mensura, neq. magnitudinis eius est ullus finis. Homo enim dicere potuit, hanc perfectionem habet Deus, uel has perfectiones tantum habet Deus, in quo omnium rerum, que sunt, fuerunt, et erunt perfectio continet. Maiestas eius eterna est, principio, et fine carens, et omnia potentia simul totaliter habet. Nunc ergo quero ex uobis, an putatis Messiam in lege et prophetis promissum, uenisse? Unus doctorum Respondit: Quis es tu, ò, formose, sapientissime, atq. diuine puer, qui tanta miranda loqueris? deinde ad tuam interrogationem respondebimus. Respondit Jhesus; quis ego sim, facile scieris, si ad illud, quod inquiro respondere scieris: Tunc unus eorum dixit: credimus, eum cito uenturum, quia secundum sententiam Regis Nabucdonosor, iam aduenit quartum regnum, quod ita habet plantas pedium fictiles, sed lapis non dum est abscissus de monte sine manibus, qui est percussurus statuam in pedibus fictilibus, et confruet, et lapis ille erit mons magnus (ut Daniel dicit) In diebus Regnorum illorum, hoc est quarti regni: primum enim fuit Assiriorum, secundum Persarum, et Medorum, tertium Macedonium, et Grecorum, quartum est Romanorum, suscitabit Deus celi sibi regnum, quod in eternum manebit: et regnum eius alteri populo non tradetur, quando ergo uidebimus lapidem de monte abscindi sine manibus, tunc erit signum aduentus nostri Messie. Tunc sapientissimus puer dixit: Tu intelligis de lapide re insensibili: propheta ille non ita intelligit, sed lapis ille est ipse Messias; ipse enim per lapidem figuratur, unde alibi

scribitur

scribitur; lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput
Anguli. dixit doctor, immò de lapide ad literam intelligitur, qui de mon-
te abscindetur sine manibus, nam homines non abscindunt: de monte.
Respondit Jhesus: spiritus est qui uiuificat: opportet intelligentiam esse in
uisione: Mons ille, de quo abscindetur lapis, immò abscissus est, est mons altus,
sublimis, excelsus, diuinus, inmaculatus; Genetrix messiæ est Virgo,
iuxta uaticinium Isaiæ prophetæ; quia ergo diuina uirtute conce=
=pit, et peperit sine operatione uirili; ideò sine manibus abscissus
dicitur. tunc Doctor dixit: si abscissus esset, et iam (ut ais) uenisset,
propheta magnus, iam percussisset statuam, quia dicis, abscissus est, et
percussit: Respondit Jhesus: abscissus est, et percutiet tempore suo, non dicit
propheta, quod statuam, ut abscissus fuerit, percutiet. Alius doctor
dixit: si iam uenisset Messias, domus ista, et templum hoc, in quo
sumus repletum esset gloria, ita enim scribit Aggeus propheta 2:
Adhuc unum modicum dicit dominus, et Ego mouebo Celos, et terram, mare,
et arida, et ueniet dies desideratus cunctis gentibus, et replebitur gloria
Domus domini, et sequitur: magna erit gloria Domus istius nouissimæ, plusquam Pri-
mæ: hæc propheta; hanc gloriam non dum uidimus: Dixit tunc Jhesus: quomodo
ergo uera erit prophetia Jacob patris, qui benedicendo Judæ, dixit: Non auferetur
sceptrum de Juda, nec dux de femore eius, donec ueniat Messias, et ipse erit=
expectatio gentium, sceptrum à Domo nostra ablatum est, iam sunt circiter
quadraginta anni; nonne Daniel per septuaginta hebdomodas apertè discripsit
tempus, et aduentum Christi diuis; et multa mala uentura super ciuitatem istam,
et templum; amen amen dico uobis non relinquetur lapis super lapidem hic, propter
obstinationem gentis nostræ: stupebant quidem omnes in responsis eius, et in ampla
et aperta doctrina eius, dicebantque; quomodo literas scit, cum non didi-
cerit, uel ubi didicit eas: Alter dixit; si centum annis studuisset num

quid tanta adiscere potius ser. Res diuina est, opus dei est istud, et quia hora tarda erat cum stupore, et quadā extasi recesserunt in propria; et multi eorum inter se dicebant, forsā ipse est Messias, et diligenter inquerebant, cuius esset, idest de qua stirpe, uel generatione, et inuenerunt, quod erat à Nazareth, filius Joseph, et Mariæ; et nomen eius fuit dictum, quod erat Jhesus. Tunc alij dixerunt: nomen illius non debet ita uocari: alij sic ita; et distulerunt in diē sequentem. secunda ergo die conuenerunt Doctores in locum consuetus; et quia Maria et Joseph abrecesserant, Jhesus illa nocte, ut faceret uoluntatem Patris æterni, remansit apud sacerdotes templi, qui Mariam uenerabantur, et Putabant Jhesum esse Messiam, sequenti die conuenerunt, ut dixi, Doctores, ut audirent melisflua uerba illius Sancti Pueri Jesu, sed unus dicebat: nomen Messiæ deberi uocari Emanuel, uel admirabilis, uel consiliarius, uel comprendendo omnia unico uocabulo: Angelus magni consilij, Alius dicebat: Messiam nasciturum in Bethlem, non in Nazareth, Tertius, Messias quando ueniet, nemo sciet; quartus, Messias non habebit patrem, nam Virgo eum concipiet; Quintus, tempore Messiæ animalia siluestria, et feræ, mansuetæ, et domesticæ efficientur; sextus, dixit: Messias ponet Monte domus dni in uertice altorum Montium, si iste hoc fecerit ipse est: Septimus dixit: Messias edificabit Templum ingens dño, si hoc fecerit ipse est; Octauus dixit: Ad Messiam confluent res gentes; si ad ipsum confluxerit ipse est; Nonus dixit: una ratio quare ipse esset, quia tempore pacis nasceretur, nunquam autem fuit tanta pax in mundo, quanta hodie est; Decimus dixit: non potest ipse esse, quia messias uenturus est in nouissimis diebus; non sunt autem adhuc nouissimi dies: Primus inducebat in Testimonium suum, Esaiam dicentem, et uocabitur nomen eius Emanuel, et alibi uocabitur nomen

eius

eius Admirabilis, Consiliarius, uel ut alij dixerunt, hęc omnia unico nomine complectentes, uocabitur nomen eius Angelus magni consilij, quod concordat cum illo Malachię, statim ueniet ad templum sanctum suum Dnator, quem uos queritis, et Angelus testamenti, quem uos uultis:
Secundus inducebat pro se Micheam prophetam dicentem: Et tu Bethlem ephrata paruulus es in millibus Juda, sed supple; non erit paruulus, ex te enim egredietur qui erit Dnator in populo Jsrael. Tertius induxit rationem, quia res magnę trascendunt ingenium nostrum, et hęc est maxima: Quartus inducebat Esaiam, Ecce uirgo concipiet, et supple, Virgo existens Pariet filium. Quintus similiter inducebat eundem prophetam dicentem; Habitabit lupus cum Agno, et Pardus cum ędo accubabit, uitulus et leo, et Vrsus simul morabuntur, et puer paruulus minabit eos, Vitulus, et Vrsus pascentur, simul requiescent Catuli eorum, et leo quasi bos comedet paleas; delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, et qui ablactatus fuerit, in cauernam reguli mittet manum suam.
Sextus quoque inducebat testimonium eiusdem prophetę, dicentis similiter: Octauus, et decimus: erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dni in uertice montium, et fluent ad eum omnes gentes.
Decimus fundabat se in uerbo illo: erit in nouissimis diebus, dicebatque nunc non esse nouissimos dies. Sextus uero dicebat: quod uerba prophetę expresse dicunt: montem Sion eleuandum super montem Sinai, et Carmelum, et Tabor, ita quod Mesias super Montem Sinai ponet Carmelum, super eum uero Tabor, et super uertice Thabor collocabit montem Sion, et sic Sion stabit in uertice montium, et elleuabitur super colles: Octauus uero dicebat: Ecce prophetia clara est, dicens: confluent ad eum omnes gentes, iuxta illud Jacob Patriarchę; ipse erit expectatio gentium: et illud Aggei:

ueniet desideratus cunctis gentibus. Septimus inducebat inter alios, Zachariam, et Esaiam de Templi edificatione, et Semine longeuo:- Alij doctores inducebant Jacob patris prophetiam de ablatione sceptri, et dicebant: messiam iam uenisse; alij quoque idem confirmabant Testimonio Danielis:- cui ego apparens dixi: septuaginta ebdomades conscriptę sunt super populum tuum, et super Ciuitatem tuam Sanctam, et delebitur iniquitas, et peccatum abolebitur, et adducet. iustitia sempiterna, et ungetur Sanctus Sanctorum; scito ergo, et animaduerte, quia ab exitu sermonis, et regię concessionis, ut iterum ponit edificari Hierusalem, et Templum, ab illa in qua concessione usque ad xpistum ducem fluent ebdomodes sexaginta nouem, et in medio septuagesime ebdomodę occidet. xpistus, et non erit populus eius iste, qui nunc est, quia non credet in eum, sed negabit eum. Addidi que destructione Ciuitatis, et templi, que facta est per Romanos propter perfidiam Judeorum; induxi tibi prophetiam in sensu, quo ego tunc eam dixi Danieli, quia in computatione ebdomodarum illarum multis modis dicitur; sed incipienda est earum enaratio a licentia data a Rege Arthaxerse, que ponet ciuitas destructa non solum inhabitari, sed et reedificari, usque ad predicationem Christi. ultima ebdomoda comprehendit predicationem ipsius, et mortem, et resurrectionem, Legis suę Institutionem, et premulgationem, et pretenditur usque ad conuersionem pauli, et premulgationem legis ab ipso magnifice factam: Ideo ebdomoda una, idest, illa ultima confirmabit pactum multis, quia premulgabit Legem nouam, non per totum mundum, sed multis ex iudeis, et gentibus, etiam in medio ebdomadis deffeciet sacrificium, et hostia, quia tunc xpistus, qui se pro nobis obtulit, et qui est sacrificium, et hostia tunc defecit, et mortuus est: quia prophetia illa media est, uolui eam tibi declarare; per ebdomodam intellexi (ut crebri bene exponunt) septem

de expositione prophetię Danielis

Annos

Annos; sed redeamus ad Doctores, qui Jhesu audiente, et in medio eorum sedente disputabant: dicebant ergo: tempus messie iam quasi aduenisse, quia computabant illas ebdomadas, quidam uno modo, quidam alio. Tandem concludebant ipsum iam natum, uel saltem cito nasciturum, et aliqui dicebant, si natus est, quis alius potest esse quam hic Puer, uel ille, qui in deserto moratur, et mel, ac locustas comedit, cuius patri in hoc Templo Angelus apparuit (qui eram ego); et ita scisma erat inter Doctores, et uehementer cupiebant omnes, ut Jhesus aliquid diceret, sed uerecundabantur eum interrogare: Tunc ille uultu graui, et diuinitatis uirtutem rutilante, et ardente, ita loqui cepit: Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam; De nomine Messie primo disputatis; deinde, an uenerit, uel cito, an tarde uenturus inquiritis; corticem scripture accipitis, medullam eius, nec uidetis, nec gustatis. Deus enim dixit: In domibus istis, et in templo hoc, et in patria ista cognoscetur, audietur, intelligetur, cum humanitatem induet, et suscipiet, quam iam suscepit; Consuetudo est, unum hominem uno nomine proprio nominari; tamen aliquando eidem plura nomina solent atribui, si binomius sit, uel et plurium nominum solet unus homo ab aliquo effectus, casu, uel conditione sibi acquirere nomina, sicut prima mater hominum appellata fuit Virago, quia de uiro sumpta; et Abram, Abraham; et Jacob, Israel, et Salomon [illegible] et Ecclesiastes, et non nulli [illegible] sua cognitione, uel patria, eorum nomine accipient, ut Sunamitis, et Thesbites, et alijs pluribus modis nomina uni, et eidem imponi solent: Non ne Deum ipsum celi multis nominibus appellamus et uocamus: consuete tamen uno nomine magis utimur, maxime quando illud est proprium et sibi primo in circumcisione imponitur. quid ergo mirum, si messias multis nominibus in scripturis nominetur: non ne ipsum Messiam uocatis, neque tamen scriptura ita aperte dixit, uocabitur nomen eius Messias, multis tamen nominibus appellatus est, et appellari potest quamuis consuete, et ex impositione unico nomine nominetur. Ipse uoca

tur

ueniet desideratus cunctis gentibus. septimus inducebat inter alios, Zachariam,
et Esaiam de templi edificatione, et semine longeuo:- Alij doctores indu
cebant Jacob patris prophetiam de ablatione sceptri, et dicebant messiam
iam uenisse; alij quoque idem confirmabant testimonio Danielis:- cui ego appa
rens dixi; septuaginta ebdomades conscriptę sunt super populum tuum, et
super ciuitatem tuam sanctam, et delebitur iniquitas, et peccatum abolebitur,
et adducetur iustitia sempiterna, et ungetur sanctus sanctorum; scito ergo,
et animaduerte, quia ab exitu sermonis, et regię concessionis, ut iterum
ponit edificari Hierusalem, et templum, ab illa in qua concessione usque
ad Christum ducem fluent ebdomodes sexaginta nouem, et in medio sep-
tuagesime ebdomodę occidetur Christus, et non erit populus eius iste, qui nunc
est, quia non credet in eum, sed negabit eum. Addidi quod destructione ciui-
tatis, et templi, quod facta est per Romanos propter perfidiam Judeorum; Indu
xi tibi prophetiam in sensu, quo ego tunc eam dixi Danieli, quia in com:
putatione ebdomodarum illarum multis modis dicitur; sed incipienda est earum
enaratio à licentia data à Regè Arthaxerse, quod ponet ciuitas destructa non
solum inhabitari, sed et reedificari, usque ad predicationem Christi. ultima
ebdomoda comprehendit predicationem ipsius, et mortem, et resurrectionem,
Legis suę institutionem, et premulgationem, et pretenditur usque ad con-
uersionem pauli, et premulgationem legis ab ipso magnifice factam: Ideo
ebdomoda una, idest illa ultima confirmabit pactum multis, quia pro=
mulgabit legem nouam, non per totum mundum, sed multis ex
iudeis, et gentibus; etiam in medio ebdomadis deficiet sacrificium, et =
hostia, quia tunc Christus, qui se pro nobis obtulit, et qui est sacrificium,
et hostia tunc defecit, et mortuus est: quia prophetia illa media est, uolui
eam tibi declarare; per ebdomoda intellexi (ut crebri bene exponunt) septes.

de exp-
-sitio
prophe
Dani

Annos

Annos; sed redeamus ad Doctores, qui Jhesu audient, et in medio eorum sedente disputabant: dicebant ergo: tempus messie iam quasi aduenisse, quia compu-tabant illas ebdomadas, quidam uno modo, quidam alio. tandem concludebant ipsum iam natum, uel saltem cito nasciturum, et aliqui dicebant, si natus est, quis alius potest esse quam hic Puer, uel ille, qui in deserto moratur, et mel, ac locustas comedit, cuius patri in hoc templo Angelus apparuit (qui eram ego); et ita scisma erat inter Doctores, et uehementer cupiebant omnes, ut Jhesus aliquid diceret, sed uerecundabantur eum interogare: tunc ille uultu graui; = et diuinitatis uirtutem rutilante, et ardente, ita loqui cepit: Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam; De nomine Messie primo disputatis; deinde, an uenerit, uel cito, an tarde uenturus inquiritis; corticem scripture accipitis, medullam eius, nec uidetis, nec gustatis. Deus enim dixit: In domibus istis, et in templo hoc, et in patria ista cognoscetur, audietur, intelligetur, cum humanitatem induet, et suscipiet, quam iam suscepit; Consuetudo est unum hominem uno nomine proprio nominari, tamen aliquando eidem plura nomina solent atribui, si binomius sit, uel et plurium nominum solet unus homo ab aliquo effectu, casu, uel conditione sibi acquirere nomina, sicut prima mater hominum appellata fuit Virago, quia de uiro sumpta; et Abram, Abraham; et Jacob, Israel, et Salomon [illegible] et Eclesiastes, et non nulli a sua cognitione, uel patria, eorum nomine accipient, ut Sunamitis, et Thesbites, et alijs pluribus modis nomina uni, et eidem imponi solent: Non ne Deum ipsum celi multis nominibus appellamus et uocamus: consuete tamen uno nomine magis utimur, maxime quando illud est proprium et sibi primo in circumcisione imponitur. quid ergo mirum, si messias multis nominibus in scripturis nominetur: non ne ipsum Messiam uocatis, neque tantum scriptura ita aperte dixit, uocabitur nomen eius Messias, multis tamen nominibus appellatus est, et appellari potest quamuis consuete, et ex impositione unico nomine nominetur, Ipse uocatur

uocatur Admirabilis, quia mirabilium operum patrator; Ipse Consiliarius, quia eterni Dei Patris ars, Sapientia, et Consilium: non ergo dei, sed Deus nomen eius, quia nomen eius Tetragramaton est, iuxta illud Hieremię prophetę: Suscitabit Dauid germẽ iustũ, et regnabit Rex, et sapiens erit, et faciet Judiciũ et iustitiam in terram, et hoc est nomen quo uocabitur ipse Messias Tetragramaton; Nomen ergo eius, utroq; propheta attestante erit Deus, quod nemo ex uobis allegauit: ipse uocat^ur^ Fortis, quia leo de tribu Juda uincet, superabit, et capita innimicos suos. complanabit; ipse uocatur pater futuri seculi, quia legem nouam condet, et caput erit populos credentiũ; Maior Abram, Maior Moyse, maior Dauid, ipse uocabitur Princeps pacis ęterne, Conciliabit homines cum deo, et qui erant disiuncti ab eo, coniũget; Duos parietes multum separatos copulabit, timorem extinguet, Amorem augebit, tranquilitatẽ tamquã ipse mitis, humilis, et mansuetus docebit; pacem pdicabit, annunciabit, et p^r^ saluationẽ, ordinabit: Recte igitur uocabitur Princeps pacis, et Rex pacificus; p Salamonem filium Dauid prefiguratus, qui, et si multa mala pperrauerit, penitentiam tamen egit: et librum ecclesiastes, Spiritu Sancto instruente, composuit, et Cantica canticos. multis sensibus decorauit; quia ergo uocabitur Deus, et cum hominibus conuersabitur, Ideo dixit propheta, Vocabitur nomẽ eius Emanuel; et quia spoliabit Infernum, et peccata detrahet, et extirpabit, et adiuuare hoĩes festinabit, Ideo alibi dicit^ur^ uocabit^ur^ nomen eius detrahe, spolia accelera; et alia eodem modo in pphetis posita, possent induci, et exponi, que pretereo; Alibi dicit^ur^ uocabitur nomen eius quod os Dñi nominauit, ex ore humano duo procedunt, flatus, seu spiritus, et uerbum; ex ore etiam Dei patris ęterni pcedit uerbum, Ipse ito enim ęterna mente gignit filium sibi p omniam ęqualem: quia uerbum eius, et imago substantię suę est:

Salomonis pęnitentia.

est, produeit et alium, qui Spiritus est, et ~~non~~ nunc uerbum oris Dei nuncupatur.
Nondum nomen Mesiah salutare dicitur. prophetia perhibente, uiderunt omnes
fines terrae salutare dei nostri; et alibi, exultabo in Deo salutari meo; quia
ergo ipse est salus populi, et per ipsum delebitur preuaricatio, peccatum, et
iniquitas, recte saluator nominatur; in illo namque nomine uident omnia alia no
mina contineri. si enim non esset Deus, et fortis, et Consiliarius, et mi
rabilis, quomodo saluaret; si quoque non spoliaret infernum, et peccata detraheret, et
ad adiuuandum festinus esset, quomodo saluaret, nisi esset saluator; quomodo di
citur spolia, detrahe, et accelera; et ut uos sciatis, me legisse illos septua
ginta interpretes, qui legem ueram gentibus interpretantes, loco illorum no=
minum: admirabilis, Consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps
pacis; posuerunt unum nomen Angelus magni consilij, in quo uerbo=
conclusserunt omnia circumstantia, ac si dixisent, dicamus obscurius,
Regi gentili; non nominemus eum tot nominibus, Dicamus, Angelus =
magni consilij, sicut et Malachias dixit, Angelus testamenti noui, et ue
teris: utrumque enim testamentum de illo scribit, utrumque in illo fundatur,
et utriusque author est ipse; non sit uobis nomen impedimento, nec
scripturarum concordissima ueritas uobis salutem, et spem adimat. Alius =
ex uobis dicebat; Mesiam in Bethleem nasciturum, ex prophetia Micheę; i
et uerum est quod oportebat Mesiach egredi ex utero matris sue in Bethlee,
Ideo Propheta; ex te, inquit, egredietur, non in te egredietur: in Nazareth ingres-
sus est, tanquam Sanctus Sanctorum, in loco sancto, in Bethleem egressus est, tam
quam panis, et refectio, et substentaculum, et firmamentum Domus Israel=
et totius mundi: est ergo Nazareus, et Bethlemiticus Mesias: quando autem
dicitur quod nemo sciet unde sit Mesiach, id non est benedictum, quia ueniet
de tribu Juda, et de Domo Dauid; et de ciuitate Nazareth per conceptionem

et de Bethleē[m] nativitatem: et uerum est quod o[mn]ium, quae Deus fecit, hoc est maximum: et mens ho[min]is propter peccatum, quo ignorantia[m] erronea[m] incurrit, non potest comprehendere, neq[ue] scire conceptionis et nativitatis modū: potest tamen per testimonium scripturę intelligere, ubi nascit[ur], et ex quibus parentibus. Messias et habebit unum p[at]rem, uidelicet, Deum, iuxta illud, ipse inuocabit me, p[ate]r meus es tu, et ego p[ri]mo genitum ponam illum, quae de Messia dicunt[ur], cuius figuram in multis gessit Rex Salamon; habebit et matrem sine p[at]re; quia mulier sola circumdabit uirum, et Virgo concepiet, et pariet; sed quod habeat patrem putatiuum, qui tamen et ipse sit uirgo, purissimus, nihil obstat; et ita tacitè ostendebat, se non esse filium Joseph; qui uerò dicunt animalia siluestria, domestica tunc fieri, methaforicè, et per quandam similitudinem loquuntur, sicut, et ibi: et erit Justitia cingulum lumbor[um] eius, et fides cinctorium renum eius; quia ergò Messias coniūget Lupos cum Agno seipso, et coniunget gentes cum Judeis, quas gentes uos lupos, et Vrsos, et Aspides, et Regulos uocatis, ideo ita scriptum est, quamuis et Messias dabit uirtutem suis calcandi sup[er] Serpentes, et Scorpiones, ita ut nihil eis nocere possit, nam serpentes tollerunt, et si mortiferum quid bibere uoluerit, nihil eis nocebit. Ad quid autem oportet mōtem domus D[omi]ni collocare in uertice montium? Amen, amen dico uobis, quia plura operabit[ur] Messiach in monte isto, in quo nunc sumus, quam sit operatus in monte Sinai; et quam operabit[ur] in alijs montibus Carmelo, et Tabor: et iam misteria ceperunt in hoc monte fieri, et nunc in oculis uestris fiunt, sed non percepistis. quando autem granum fr[umen]ti mōtuum fuerit, tunc multum fructum affert, antea uerò solum cum populo suo, et in illo ualde pauco manebit. Ipse certè est expectatio gentium, et desideratus earum: quia populus suus

negabit

negabit ipsum, et sic uocabit non plebem suam, plebem suam, et non
populum suum, populum suum; ipse tamen primum uenit pro oues, quae
perierunt Domus Israel. Edificabit autem Templum ingens ex lapidibus=
quadris, et uiuis atque electis, et eius semen in aeternum manebit, et
multiplicabitur, et ideo erit longeuum, et innumerabile sicut promissum
est patri nostro Abraam, quod multiplicabitur semen eius sicut stelle celi, et
arene que est in littore Maris. Dies quoque Messie nouissimi dicunt; quia Legi caue
alia Lex a' Deo data non succedet; nouissimi quoque dicunt, quia longo
tempore post uisiones prophetas sic dicentium adimplere, pro eodem cur cito
statua in pedibus fictilibus et cadet: et hec Domus, sicut et hic mons
iam incepit impleri gloria, et adhuc maiori implebit, et qui coepit im-
plere uidistis eum, et ille idem implebit quem et uidetis: Sed dolendum
est quia uidentes non uidebunt, et audientes non intelligent. Superbia
et presumptio sunt pessima peccata, et pessima, excecantia corda hominum,
et faciunt eos incurrere in multa que non licet. Si ergo Patres confere hu-
militer uolueritis dicta prophetarum, inuenientis prophetam illum Patribus
nostris promissum, iam uenisse, qui recte dictus est Messiach, quia Vnctus
in Sacerdotem, et Regem, non oleo oliuarum, sed omnibus donis, et gra=
tiis. Aperiendi sunt oculi, uidenda est ueritas: ne ut caecambuletis, sed
lumen, quod apud uos est, cernatis, et cernendo uitam habeatis. Hec =
Jhesus 12.a die; Maria credente, ipsum esse in comitatu uirorum,=
Joseph uero in in comitatu mulierum, et Domino permittente, ne mater
subito ad inquirendum eum pergeret. Admirabantur Doctores =
Sacerdotes Templi, et alii circumstantes, uidentes Sapientiam Dei in
puero: Multique Sacerdotum, atque Doctorum ceperunt credere in ipsum, et=

ita expleta est secunda disputatio.

Tertia die Doctores iterum conuenerunt, et nimium mirabantur, et intra se dicebant
aut Messias, aut Angelus est puer iste. et quia tempus aduentus Messie
à Daniele predictum iam aduenit, non Angelus, sed Messias est. Quidam
sacerdotes, qui sanctitatem Marie agnoscebant, et ab ea multa didicerant
qui et sciebant uotum uirginitatis eius, et miraculosam desponsationem
viro iusto, et sancto, dixerunt Doctoribus omnia, que nouerant. Addide-
runtque non obstante tali disposit.º posse esse, imo, et sic esse intel-
lexerant quod Maria sit Virgo, nunquam polluta, sed intacta: et quod
plus est, quod quamuis genuerit filium, ita tamen clausa erat, sicut
puella septem annorum. Multi ex Doctoribus crediderunt, ipsum esse
Messiam, sed ne ab alijs deriderentur, tanquam leues corde, quia cito
credidissent, occultabant fidem, et credulitatem suam. Alij cogita-
bant quomodo possent scire, an Maria esset Virgo (ut dixerant sacer-
dotes) quod et postea perscrutati sunt, et testimonio honestissimarum,
et senum Mulierum, que cum Maria diutius, et frequentius con-
uersabantur, que hoc pro certo nouerant illud quod sacerdotes dixerant,
uerum esse didicerunt: uoluit enim Dominus, ut illud scirent, ne ullam ex-
cusationem haberent in eum credendi. Multi ergo sacerdotum, et Doctorum
credebant in Jhesum. In hac ergo 3.ª disputatione, cum maiori reue-
rentia, et ueneratione locuti sunt Doctores cum puero Jhesu. inqui-
rebant ergo, an messias esset allaturus aliam Legem nouam, uel con-
firmaturus esset legem ueterem, inducentes illud Danielis: ebdomas
ultima confirmabit pactum multis: Alij contra dicebant, legem Mosaicam
eternam esse, sicut Dominus per suos prophetas dixit: Alij querebant

an lex

an lex prohiberet aurum, et pectum cordis, aut solum manuum, et spectum ex-
terius, uite operis: et cum altercarentur, omnes inspiciebant in Jhesum cu-
pientes aliquid audire ex ore eius. Ista ergo Jhesus puer omni sapien-
tia plenus, electus est. Deus uirtutum conuertere respice de celo, et
uide, et uisita uineam istam, et perfice eam, quam plantauit dextera tua,
et super filium hominis quem confirmasti tibi; Vinea Domini sabaoth, Domus
Jsrael est, ad quam nunc Deus uirtutum conuersus est,: et quia potentia
sua nunquam maior apparuit: plurimasque ac stupendas uirtutes
quando uerbum caro factum est, fecit, ideo recte Deus uirtutum uo-
catus est, quoniam uultum sue infinite Clementie ad nos conuertit, et faciem
suam, et imaginem uiuam ad nos misit, et nos pio, et benigno oculo
respexit, nos uidit, et uisitauit ut et uos uideatis, et cognoscatis tempus
uisitationis uestre, et Audientes audiatis, et intelligentes intelligatis;
Visitauit ecce Deus Vineam, perficiet eam, et non exterminabit, nam
exterminauit eam aper de silua postquam impleuerat terram, et
singularis ferus depastus est eam, postquam extenderat palmites
usque ad mare, et propagines suas usque ad flumina, et sic iratus
Dominus destruxerat maceriam eius, et uindemiabant eam qui preter-
grediabantur uiam: ita nunc misertus perficiet eam, legemque perfec-
tam dabit, que erit noua, et uetus, eadem, et alia: decalogus
ille a principio fuit, et usque in finem durabit: nec decalogus est,
sed bilogus: quicquid enim precipitur dei, aut proximi dilectio est,
et quia sola dilectio precipitur, monologus potest dici, cuius pre-
ceptum eternum manebit, eterna ergo lex, eternus populus
dei, eterna Domus Jsrael, semen Abrae nunquam defficiet:

quod lex noua et uetus eadem sunt.

lex Domini non solum est decalogus sed bilogus et monologus.

Electi dei in ęternum uiuēt: Sabbata neomenię, atq. Ceremonię legis
figurę sunt: signa sunt in suis significatis, conseruabuntur et ita
non ꝓhibunt omninò: ęterna ergo est Lex Dei et eadem Lex: dilectio
semꝑ ꝓcipitur, sed qn, et ubi potius Deus sit diligendus, est extra na-
turam ꝓcepti, accidit q. dilectioni: Accidentia Legis mutabunt: Lex ipsa
manebit, eadem est Lex in natura sua, alia in illis, quę accidunt na-
turę: Vetus est in substantia, noua in accidentibus, et quia mēt dilectio
minis, et timore obseruat, ex nunc amore pręceptum amoris electi
Dei obseruabunt: lex ergo noua lex amoris, lex uetus lex timoris
nuncupabit: imò dico uobis, quod lex amoris dicet illa lex, quę prius
timoris dicebatur; quia, et si semꝑ dilectio fuerit sub ꝓcepto, nunc
erit multo magis: et multo maior dilectio sub xpo: et longè am-
plior gratia, et Charitas in cordibus fidelium abundabit, adeo
ut pōr gratia in comparatione posterioris non uocabitur grā,
neq. Lex grō qualis usq. nunc fuit, et ex nunc ꝓ multitudine
grę, non dicet. quasi lex, sed grā, et Charitas, et quia Deus maxi-
mā gratiam contulit hominibus, et maxima Charitate usus
est erga homines, quos ex seruis fratres suos, et ꝓpinquos, ac
consanguineos fecit, et in natura eoz. apparuit, Ideo maxima
Charitatem hominibus ostendit: ~~ideo~~ dicere ꝓcepta ipsius nunc sunt
pręcepta amoris, quia ꝓcipit ut frater: et similis factus homi-
nibus, non ut Dns, cui debet. potius timor q amor; iudicialia
non sunt necia, ubi amor ꝑfectus est: illa tamen conseruabun-
tur in amore, et in aliquo ęquipollenti. Sempiterna itaq. =
est Lex, quo ad xpa: necia: Sempiterna quo ad alia in suo ęqui-

pollenti =

aequipollenti; si ergo illa precepta sempiterna sunt, semper prohibuerunt et manum, et animum; sed lex illa, quam Moijses dedit uobis dicitur prohibuisse manum, non animum, quia pro malo opere penam temporalem instituit, Oculum pro Oculo: dentem pro dente: pro peccato animi nullam penam inflixit: non enim cupiens, uel uolens occidere, occiditur, nec oculus eruitur cupienti eruere, nisi occiderit uel eruerit: plectuntur et signa aliqua sue praue uoluntatis ostendentes: sed pro sola uoluntate nulla pena a lege est inflicta: longe tamen maior est iniquitas cordis quam solius operis: = immo tota iniquitas operis a corde procedit: una lex est, et due eadem et alia, utraque cohibebit animum et manum, sed illa, quam expectatis cohibebit utramque magis et auxilia faciliora, et potentiora parabit.

maior est iniquitas cordis quam operis

Hec eo loquente Ecce Joseph et Maria cum turba propinquorum, et affinium. Potior pars Doctorum credidit in eum, et multi sacerdotum, sed ipso precipiente, quia tempore suo, et etate conueniente uolebat coadunare discipulos, non sunt secuti eum. Ipse autem descendit cum Joseph, et Maria in Nazareth; et filius Dei, atque Rex hominum subditus erat, non solum matri, sed et Joseph putatiuo patri, sua itaque profunda humilitate, patientia, longanimitate, orationibus, contemplationibus, obedientia, et subiectione assidue construebat mansiones electorum suas in Domo Patris sui: et inter in anno ascendebant in Urbem, et multis diebus ibi morabat, Doctores, atque sacerdotes instruebat, qui credebant in eum [ut tibi dicam in sermonibus Domini] et quia uitia fariseorum, et quorumdam scribarum publice arguebat, multi eum odio habebant, non solum qui nesciebant eum esse messiam, sed etiam qui ex scripturis conijciebant quod ipse esset, unde aliqui dicebant, sit Messias centies ego non accepto ipsum

nam non erat hoibus manifestum, quod Messiah esset Deus, sed solum propheta magnus, qualis fuerat Moijses: si enim ipsum dnm gloriae, hoc est, deum uerum cognouisset, nunquam crucifixissent: tamen plurimi inimicorum suorum credebant, ipsum esse Messiam, et prophetam magnum, sed odio, et inuidia ducti persequebantur eum, de his ipse dixit, nunc autem et uiderunt, et oderunt: Multi enim agnitam ueritatem inpugnant, que est summa peruersitas hominum. Tunc ego dixi: mi dne, quomodo ille sanctus, et benedictus puer sapientia crescebat coram deo, et hominibus, qui semper fuit sapientia plenus? Respondit Angelus; notum id etiam apud uos est, quod sapientia illius aiae quod uniformis semper fuit, non fuit aucta, neque creuit sed multa per sensus accepit, multaque expertus est, quae antea expertus non fuerat: Creuit ergo non cognitio incognitorum, sed cognitio earundem alio modo cognoscendi: non enim uia sensus cognitionem omnium semper habuit; imo multorum nunquam cognitionem per sensus habuit: multa enim sunt quae oculus eius non uidit, neque auris audiuit, neque sensus alius sensit, et ita neque a sensibus accepit. Tunc ego quid opus fuit aia xpo? non ne diuinitas poterat supplere uice aiae? Respondit, subtilis es in ista interogatione: An ignoras Deum partem esse non posse? quia omnis pars, eo quo pars dicitur, imperfecta est: informare mam, et inherere, imperfectione dicitur, omnis autem imperfectio est a Deo relegando, et forsam ad ista responderi posset, quod Deus posset supplere uice partis, neque tamen pars esset, sed dic mihi, quomodo fuisset homo uerus sine anima? Homo enim non requirit ad suum esse Corpus, et deitatem, sed corpus, et animam, sine anima uerus homo non fuisset, et ita nec similis nobis extitisset. et ego iterum; Angele Dei, dic, an

xpus

quomodo xpi crescebat sapientia coram deo [illegible]

xpus ante passionem suam usque in celum ascendit ad patrem suum etc.

Respondit: Aliqui opinati sunt, xpum dominum, stante facta unione dilectione, a sua matre licentia reverente habita, ipsaque in templo domini dimissa, in celum ascendisse, ibique usque ad tempus baptismi Johannis mansisse: inducuntque ipsum dominum de se loquentem, nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo: et alibi scribitur: qui de terra est de terra loquitur: qui autem de celo venit super omnes est etc.

Sed isti non intellexerunt misterium Redemptionis humane: filius enim Dei factus est homo, postquam homo peccaverat, ut nos a penis et miseriis eriperet, et a culpa et potissime a pena peccati. Unde in paupertate venit, non in divitiis, et servire, non serviri, ac ministrare, non ministrari aut serviri, non venit, ut laute, et otiose, ac splendide viveret, et delitiis celestibus abundaret: sed cum dives, et delitiis affluens esset, propter nos egenus, et inops factus est. Si autem in celo tam diu mansisset, et in paradisi delitiis decem, et septem annis vixisset, videretur venisse pro quadam sua Maiestate, et pro glorificando absque doloribus illo homine assumpto, quod ante peccatum fuisset, post peccatum fieri non decuit: sed oportuit, ut iniquitates omnium nostrum ponerentur in illo homine, qui omnibus nobis meruit: Ex hoc videre potes quam stulte illi loquantur, qui animam in xpo negant: nam corpus solum mereri non potest: Deus solus nullo pacto mereri potuit, quia militum est mereri, Regis vero concedere pro meritis premium, qui ergo meretur, ab alio premium postulatur: poterat tantum Deus quodcunque opus dei hominis acceptare pro expiatione peccati humani generis: et ita ipse potuisset ante annum xii.mum et post trigesimum, vel quasi trigesimo primo; quia trigesimum iam compleverat, sed trigesimum primum nondum expleverat mereri sufficienter

Dominum subiectus absque peccato Dominum a penis, et miseriis!

Dominum sub... absque pecc. ... a penis et m...

et abundanter absque illis annis decem, et septem miserias nostras subijret, non tantum ita fuit: quia non est congruum ut miser aliquo modo fiat felix, et deinde iterum miser: quia quamuis a miseria congruum sit transire ad felicitatem, quia licet ascendere, sed transire a felicitate in miseriam non congruit, neque licet: sicut neque apud nos in gradibus dignitatis licet descendere: semper ergo usque ad mortem, et post Resurrectionem, usque ad ascensionem, sub celi limitibus et corpulentia mansit, et tunc primum ascendit: erat tamen in celo Empyrio intus, quia illud uidebat in diuina essentia, ac si in illo esset: et ita fabricabat mansiones in celo uidendo illud ita perfecte, et magis, quam si in illo esset et illud in deo non uideret. Illa enim uisio, qua res in deo uidet, precellit omnem uisionem. semper ergo erat in celo, et in terra, non solum in illis annis decem et septem, sed in diebus alijs antea, et post: et quia uidebat limpide et clare celestia, in celo erat semper, et quia humana curabat, de celo descendebat: et quia ista humana in celum dirigebat, Ideo post descensum in celum iugiter ascendebat: cura itaque et prouidentia humanorum descendebat, et quia sursum omnia reducebat, ascendebat: et quia semper celestia illa uidebat, Ideo in celo semper erat: nemo ergo hoc modo descendit de celo, nisi qui ascendit, non solum ut iuuaret, sed ut homo fieret: et iste est filius Dei primum, deinde hominis: qui semper erat in celo, illud intuendo, et in eo Domum dei edificando: ipse quoque de celo descendit propter uestram salutem, non mutatione loci, sed assumptione humanitatis, quia exinaniuit semet ipsum formam serui accipiens, Ideo descendit: deinde Deus eum exaltauit, et dedit ei nomen super omne nomen. Ideo Ascendit, et tamen semper in celo erat in diuinitate

Verum est [?] ante ascensionem in celo usque ascenderet [?]

Patri

ascẽdit exaltatus Deus homo Patri equalis: descendit ergo per effectum incarnationis, Deus non homo;* ascendit, exaltatus Deus homo;
in Celo semper erat ille filius hominis, qui semper beatus, semper celum, et omnia
uidens: qui ergo de Celo uenit super omnes est, quia ille qui carnem huma-
nam assumpsit est Dominus universorum. Quid autem de his tenendum est
relinquitur determinationi Pastoris electi; qui hec declarabit, et alteram
harum opinionum reprobabit, nunc sileo, et pertranseo, quis agnoscerem possis
cui ego magis adhereo:. His dictis, subito reductus sum ad locum, unde
raptus fueram, Multis me expectantibus, et ubi essem querentibus.

Raptus Sextus

Paucis post modum reuolutis diebus iterum raptus sum, et cantica
Angelorum, atque nostri generis Sanctorum audiui: tunc Angelus accessit mihi, qui
dixit, qualiter Deus futura agnoscat, neque tantum uestrum liberum
arbitrium ullo pacto impedit, satis tibi ostensum est: similiter qua-
liter Verbum carni uestre, fuerit unitum abunde diximus: nunc duo
alia difficillima declarare oportet, Videlicet de potentia corporis Christi in altari, *de potentia corporis Christi in altari, et de mist.° Trinitatis, longa e subtilis declaratio.*
et de mysterio supreme Trinitatis, ut pastor futurus sciat inter tot uestros
opiniones quid sentire, et docere debeat: Nam Dominus noster Jhesus Christus
unus cum patre, et Spiritu Sancto Deus, uoluit corpus Assumptum,
sicut et animam uniuersis decorari donis, et muneribus, atque priui-
legiis insignire: hoc admirandum instituit Sacramentum innumeris *De Sacramento Eucharistie*
miraculis plenum, ex quo secuta sunt plurima bona; primo diui-
ne potentie, et eius inmensitatis, et infinite magnitudinis ostensio: ut
que impossibilia omnibus hominibus uiderentur, illa iam facta esse et fieri cre-
derentur; secundo gloria ingens inde concessa est Corpori Christi ut
in tot et in tantis locis simul esset, et tam paruulo loco contineret: et
cum alio corpore simul esset, et multa alia, que si aliquis non consideraui

nunc quando ea tibi reserauero Considerabis. B. Orta est ex hoc, gni ues
tro gratia, et utilitas maxima: hoc enim cibo, et hoc potu uitam adipisci
mini eternam, et gratiam acquiritis ampliorem: Deus autem Primo dee
hoc sepius locutus est ad discipulos suos, et alios fideles, quos plerique ab eo
propter talia dicta, recesserant, quia capere non poterant qua
litas homines carne sua et sanguine suo cibaret et potaret: quemad-
modum ergo creditis corpus xpi esse ibi reali presentia, et non solum
in figura quadam: sed in ueritate, ita firmiter et credatis, neque parui
tas loci sit uobis impedimento: nam dictis illis uerbis, Hoc est corpus
meum super pane triticeum coctum cum aqua comuni, et naturali
congulatum, subito ibi fit Corpus Christi: sed non sufficiunt illa sola
uerba, sed aliqua sunt premittenda, sic ut intelligi posit, sacerdotes
non loqui in propria persona, sed impersona Christi: ueputa Dominus
Jhesus xpistus accepit panem, et benedixit, atque dixit: hoc est corpus
meum, uel alio modo, pro ut uolueris. Similiter super uinum Vuarum
uitis fluibile cuiuscunque coloris fuerit, dictis his uerbis: hic est
sanguis meus, uel Calix sanguinis mei subito Aderit ibi sanguis
Christi: sed illa uerba sola non sufficiunt, nisi aliqua preponant;
per que intelligatur, sacerdotem loqui impersona Christi: et Latinus
dicat illa uerba super panem Azimum: Grecus uero super fermentatum,
ad hoc ut sine damno proprio conficiat Vnde Dominus permisit grecos in
pane fermentato conficere, ut sciretur, quia in utroque confici potest,
uerum tamen si minister sine suo damno hoc Sacramentum con
ficere uoluerit, oportebit omnia illa obseruare que in uestro Missali
Continentur: et in statutis, quo ad locum, tempus, indumenta, aquam
Limen, Socium, Altare, Calicem: et ipsius quo ad Jeiunium et animi
dispositionem pertinet, et spectant. inter consacrationem una, et altera
in sacerdos nulla Verba interponat, neque his, que sibi a patribus conscripta

Deus permisit grecos in fermentato pane et nos uero in azimo corpus xpi conficere

sunt

sunt quicq; addat: quedam tantum pastor ille addet, et noia quorundam sanctorum ex deuotione apponet: et quod nunc non licet, tunc eius Decreto licebit. Proferantur quoque illa uerba sic, ut ab aliquo prope existente audiri possint, quia Sacramentum est signum sensibile. Nemo autem, quantumcunque christianus, conficere potest ordinarie, nisi fuerit sacerdos rite ordinatus.

Nota Sacerdos uero quilibet potest quantumcunque malus, hereticus, scismaticus, dum modo uelit, et intendat ea intentione illud facere qua ordinatum est a Christo, uel qua utitur Christiani. Item si sacerdos non intenderet consecrare, uel alia intentione intenderet, nihil faceret, intentio namque conferentis quodcunque Sacramentum requiritur, uidelicet, ut tunc ita uelit ut animo uoluerit: quam uolitionem contraria uolitione non interrumpit: Sed si Baptizans baptizare non intenderet neque ea intentione qua christiani baptizant, baptizaret, Deus supplebit, quia ingnorantia illa homini baptizato est inuincibilis, ideo excusat a peccato; Scito enim, et firmiter crede, hominem numquam damnari pro eo quod non fecit id quod facere non potuit, uel scire non ualuit. Prolatis ++ itaque illis uerbis in momento, uel (ut nostri dicunt) in ultimo instanti terminanti, totum tempus, in quo uerba proferebantur, adest ibi Corpus Christi: Dum ergo uerba profert nondum est ibi: prolatis, illico est ibi. substantia panis, quam uos neque uidetis umquam, neque tangitis, neque olfacitis, neque gustatis, neque auditis, neque ullo sensu percipitis, prolatis illis uerbis abscendit, non est amplius ibi, remanet illa longitudo, et latitudo et altitudo, que prius in substantia panis erat sine ullo subiecto: neque enim est in pane neque in alia substantia, sed manet per se diuina uirtute: et in illa quantitate remanet odor panis et sapor et color, et omnia alia accidentia que in pane consequebantur quantitate panis: sola quantitas est sine subiecto, omnia alia accidentia

sunt in quantitate. Scribe ut tibi dico: quia et si tu non bene percipis ille percipiet. Scribe q.q. dubitationem illam. Utrum quantitas coloris sit alia res a colore, ut sit ipse color, suis partibus coextensis: quia apud nos aliqui tenent quod quantitas est alia res a substantia et qualitate, Alij uero quod eadem res sit quantitas cum re illa quae dicitur quanta. illam questionem nolo tibi declarare nunc, neque quis perfecit uera determinare, sed tempore futuro dabitur Pastori illi gratia, et sensus. quo intelliget hoc, et multa alia que quotidie altercamini: Quia ergo ibi omnia panis accidentia remanent, uos putatis [iudicium sensus sequentes] ita ibi esse panem post consacrationem, sicut et antea, sed non est amplius ibi panis: = sed cum illis accidentibus est Corpus Christi simul et in eodem loco cum illis. sed quo modo id possit fieri, postea declarabitur. Corpus itaque dni elegans et pulcrum totum est ibi, ubi post consacrationem, illa acci=dentia panis cernis, neque putes, illa accidentia esse in Corpore Christi, sed ipse sine subiecto existere: de quo uestri philosophi ualde mirantur, et nota dilectissime quod si Corpus dni esset sine anima, et sine sanguine, tunc prolatis consacrationis verbis, ibi presens fieret caro xpi sola sine anima, et sine sanguine, et si diuinitas non esset carni unita ibi sola caro esset: ita quod diuinitas, et si ubique sit, non tantum tunc ibi esset gratia consecrationis, uel rationem unionis, cum uero diuinitas est unita, ut nunc, tunc esset si ubique non esset, fieret ibi rationem talis unionis: quia ergo diuinitas ubique est: et nullibi proprie ipsa incipit esse, nil de ipsa ulterius hic dicamus: Virtute consacrationis huius, et dni institutionis, ibi primo est Corpus, cui si anima fuerit unita, et sanguinis fuerit unitus: concomitabuntur Corpus, sicut et nunc sunt omnia simul in Sacramento illo, eodem modo nunc sunt omnia illa in Calice sub

speciebus uini, sed alio ordine, nam per vi prolatis illis Verbis, primo est ibi sanguis: qui si non sit in corpore, ut tempore mortis, solus ibi erit sine corpore, et anima: si uero fuerit in Corpore mortuo, ibi est erit Corpus mortuum cum Sanguine; * Adueniet illud tale Corpus cum anima. In consecratione itaque panis, primo est ibi Corpus Christi sanguinis, et anima: et ipsosque accidentia concomitatur: et non solum accidentia animæ, aut Sanguinis: sed et ipsius Corporis sunt ibi per concomitantiam. Vnde si corpus Christi nullum accidens haberet, sine ullo accidente ibi esset, uidelicet sine quantitate, et sine qualitate: et quamuis omnia accidentia quæ adueniunt sint ibi per concomitantiam: illa tantum, quæ sunt accidentia ipsius Corporis, prius intelliguntur aduenire, quam accidentia animæ, et Sanguinis: in consecratione uero Vini: primo ibi est Sanguis, ex consequenti Corpus, et anima, et omnium trium accidentia, et inter accidentia omnium trium, prius comitantur accidentia sanguinis, quam Corporis, et animæ. Totus ergo Christus sumitur nunc sub utraque specie accidentium panis, et uini. Reuertamur Carissime, quia uideo te admiratione plenum. Sunt et alia in hoc Sacramento admiranda: Nam panis, omnibus accidentibus spoliatus, nudus de illo loco recedit, omnia ipsius indumenta, et ornamenta remanent, ipse solus discedit: Nota bene, quia placebit summè illi, cuius gratia hæc scribuntur: Discedit uero in tempore totius prolationis uerborum: et illo discedente, in ultimo ipsius discessus, hoc est quando ibi panis non est, tunc simul cum non esse panis esse panis est ibi esse Corporis Christi: et hoc est quod inspirati à deo, nescientes quid dicatis, dicitis Panis transsubstantiatus in Carnem Christi; non quia aliquid panis ibi remanserit, uel in corpore Christi: sed quia panis abscessit inde, non per motum localem, sed diuina uirtute non est amplius ibi; Corpus Christi est ibi, non deserendo locum priorem incipit esse in hoc, uel in illo loco [uide mirabilia] in Cælo est, et in altari, Cælum non relinquendo

*si autem fuerit in corpore mortuo, ut in cæna, et immortali, ut nunc est ibi cum sanguine

*si autem fuerit corpore viuo, talis, ut in cæna, uel immortali, nunc est ibi cum sanguine,

incipit ee in uno altari, imo in mille est, et illa omnia non reliquendo in alio incipit esse, Acquirit noua loca, et uetera [illegible] hoc non amittit. est ergo hec panis in corpus Christi transsubstantiatio quedam, ut bene Aliqui uestrum dixerunt, substantie translatio, ut ubi, et cum quibus erat antea substantia panis, cum eisdem sit postea corpus xpi. Dicunt et uri, et recte, panem in hac conuersione non annihilari, qui tamen totus desijt esse. quomodo ergo non est annihilatus? hic uestri uarie respondent, et nesciunt modum inuenire. Habeto sic a me, et conscribe. Panis non dicitur adnihilatus, quia ipsius accidentia remanet, sicut nec aer adnihilatur quando in aquam conuertitur, quia aliquid eius (puta materia) remanet. In uerum est, substantias panis desijsse, sed non omnia, que erant panis desierunt. Dicam
+ tibi amplius, substantia Panis non destruitur, sed quasi cedit, et dat corpori dni locum, quo facto, illa substantia panis extinguitur, quia nuda et spoliata erat; ideo neque sui na sic durare poterat. Desinit ergo esse, et adnihilatur, quasi, post transsubstantione; quo enim panis recedit in tempore [ut diximus] gerendo more phis uestris) subito in instanti recessu panis terminante, fit ibi pns corpus xpi, et in tempore, illud instans consequens desinit esse substantia panis, non itaque rationem huius conuersionis adnihilatur, et si adnihilet, non dicatur adnihilatus. Quo ergo panis non adnihilatur, intellexisti, et quo transubatur, accepisti: et quod ibi sint accidentia sine subiecto, et duo corpora simul, et maius corpus, uidelicet, Christi esse simul cum longe minori, uidelicet, cum accidentibus panis: Non ergo desinit esse in Celo, et hic incipit esse, Quare in pluribus locis simul inuenit, in ipsa itaque consacrationis hora non aperiunt celi, ad hoc ut xpus adueniat, cum de celo non recedat: illa tantum

[Left margin:] d trassubstan[...] atus uel substa[...] atr translatus, ex consequenti[...] ex eis talis [...]anslationis ad[...]ihilatus.

[Right margin:] sed trasubst[...] atus, ut sub[...] tr tran[...]tus, ex cons[...]sequen[...]ti ex [...] talis tr[...]lationis adnihila[...]

dicunt

dicunt Doctores uri, Methaphoricè et misticè, ut ostendant magnā potentiam Dei in hoc Sacram.º, vz Christum, qui in cęlis est, ibi esse ueraciter. neq. ergo comitatur eum Genitrix sua, neq. alij s.ti, q.a hoc priuilegiū est solius xpi, qui est cibus uerus; Quomodo q. s.ti ueniunt secum si ipse non uenit ?, non tamen transit, sed ibi fit, et incipit esse; Potest tn̄ dici, ut cum eo in altari sit mater, et omnes beati, q.a sunt secū semper, sed non ibi: sunt simul cū xpō, qui est in altari, sed non sūt ipsi in hostia illa, aut in altari: est tamen Angelor semper comitiua, non quod descendant de cęlo secum, q.a neq. ipse descendit motu corporali, sed solum incipiendo ibi esse: Sed quia Angeli iugiter uobiscū uersantur, et uos custodiunt, et hęc inferiora gubernant, et ibi statim ut cognoscūt hic, uel ibi Dnm presentem, ipsum adorant, et sibi assistunt; et anima eius ibi manens nos uidet, et nos ipsū uidemus, quem in cęlo existentem nos uobiscū in terra existentes non uidemus; longum est enim interualū, longa distantia. Et nota Dilectissime, quod anima illa uidet omnes uos, qui in Ecc.a estis, et in ciuitate, neq. paries, aut aliud corporale obstaculum impedit uisionē eius; Vnde ipsa in cęlo existens, Vos hic existentes non uidet, nisi in essentia Dei; Apud uos uerò in Sacram.to existens uidet Vos, et intuetur, etiam extra essentiam Dei, sed uestri oculi corporei ipsū ibi existentē uidere nō possunt, q.a ipsa in hostia illa est modo mirabili, non sicut Vos in loco ipsum implentes, et occupantes, sed est ibi, sicut et nos Angeli sumus in loco non implentes, neq. occupantes illum, Qui neq. corpore aliquo sumus circūdati, aut obtecti; imò nec oculus eius corporeus ullo modo ibi existens posset uos uidere, neq. aures eius uocē uestram audire, nisi Deus non dedisset miraculum Miraculo; Miraculū est, Corpus esse alicubi, non localiter, sed solum presentialr, et cū alio corpore sè multo Minore; Tamen posito hoc miraculo, sequitur statim, illud corpus sic existens neq. agere, neq. pati posse, nec tangere, neq. tangi, neq. uidere, neq. uideri, q.a omnia ista fiunt per medium aerem, ut aquam; et oportet sè tangentia esse localiter, et circūscriptiuè in illo medio, itaq. per illud deferantur similitudines rerū ad sensus; et q.a sic existente oculo, rerum similitudines ad ipsū deferri non possunt, ideo sentire eas non potest. Addit huic miraculosę Corporis Domini presentię aliud miraculū, q.a uirtute sua Dn̄s facit, ut species illę et rerū similitudines perueniant ad oculos, et aures Dn̄i, et ita Dei uirtute instidante, Vos ibi uidet, et uocem uestrā audit, et sic

Vos uidet, uerog. oculo mentis, et corporis; Vos autē ipsū uidere nō potestis sine miraculo nouo, quod comaniter Deus non facit; Vnde qdo ibi aliqui uestrū uident carnē, aut Sanguinem, aut puerulum, illa caro non est caro xpi, neg. ille Sanguis eius, neg. puerulus ille xpus est, sed Sacramentū xpi; nam sicut non est xpus illud, qd uos uidetis, olfacitis, gustatis, tangitis, et palpatis, sed sunt accidentia panis, et Vini sub quib, et in quib est xpus, sic neg. illa caro, quę tunc miraculosè producitur à Deo, siuè Sanguis, siuè puerulus, ille est xpus, sed ibi est, ubi est caro illa, uel Sanguis, uel puerulus; Sicut g.o Vos adoratis illud, qd non uidetis, neg. sentitis, et non illud qd uidetis, aut sentitis, sic et in casu illo faciendum est, Vt nō puerulus ille, aut caro illa, aut Sanguis ille adoretur, sed xpus Dn̄s latens sub illis, apparuit quandog. caro, aut Sanguis, ut dubium aliquoz excluderetur; nam sicut uident tunc loco hostię, carnem, loco Vini, Sanguinē, sic deberent credere qdo hostia ibi est, hoc est accidentia illa, tunc ibi esse carnē xpi, et Sanguinē eius; Quia ig.r xpus est in Sacram.o, tanq. latitans sub quodā indumento, ideo uos uidentes accid.a illa, sub quib latitat xpus, et ea tangentes, masticantes, deglutientes, comedentes, potestis dicere, xpm uidere, tangere, comedere, masticare, uel dentib atterere, et inglutire, sicut qui uident uestē, sub qua Rex est, possunt dici, vidisse Regem; Similiter potest dici, quod Sacerdos Mouet, fert, et eleuat corpus Dn̄i, quod tamen nō fertur ab eo, neg. mouetur, neg. eleuatur, nā Dn̄s pactū uobiscū fecit, Vt ubicug. accid.a illa posueritis, et collocaueritis, ibi erit ipse propria uirtute sua presens, propria uolūtate se transfert ipsemet; etiā quandog. xpus Dn̄s propria uirtute mouet, et transfert hostiā illam eo motu, quo anima corpus mouebit post eius glorificationē, Sicut Vni ex fr̄ib presentib Ordinis tui [ut ostendebat deuotū Bonauenturā] semel hostia ab altari Mota intrauit in os, eam xpo Dn̄o eo modo mouente. Si queris, quid frangitur, et quid ibi rumpitur, interdum cū sonitu? Dico tibi, qd quantitas, proprium enim quantitatis est diuidi; omnis autem diuisio, aut est sm̄ longitudinē, aut latitudinē, aut altitudinem, et ibi sunt hęc tria in accidentib, g.o potest diuidi tripl.r, et frangi; Imò dico tibi, panis ipse non potest frangi, nec diuidi, remota quantitate, et ipsa sola persistente, potest fieri diuisio; Frustra g.o mirantur homines, quid ibi frangatur, Non panis, q.a nō est, non corpus Dn̄i, q.a incorruptibile est, et ibi eo modo existens intangib.e;

quid

Quid ergo frangitur? Iam dixi tibi, franguntur accidentia illa, uel secundũ longitudinem, uel latitudinem, uel profunditatẽ, si Hostia illa esset spissior, & altior, uel si panis usualis grossus, & altus, consecraret͡ur:.
Quid ergo intelligendum sit nomine Transubstantiationis, iam intellexisti, quia duas substantias translationẽ intelligimus: Panis abscedit, uel

Quid sit trãsubst°. desinit esse ibi, et Corpus xpi accedit, uel potius incipit esse ibi, & hoc modo nulla est difficultas intelligere aliquid conuerti in aliud, quod aliud præfuerat, & præexistebat; Imo esse creatũ potest conuerti in quodlibet, quia ubi unũ est, potest illud ibi desinere, & aliquid aliud incipere esse: Verbi gratia, Vbi est aqua, potest ibi desinere esse, & ignis incipere esse, & sic de omnibus alijs; Sed nihil potest sic conuerti in Deum, quia Deus non potest incipere esse alicubi, qui ubiq; est; neq; potest Deus conuerti in aliud, quia non potest locũ deserere existentem; Quando ergo Creatura, uel locus desineret esse, tunc Deus in illo, & cum illo non esset, quia ipsũ non est, non quia ipse abscedat; Similiter quando locus nouus fieret, Deus cũ illo, uel in illo inciperet esse, non quia ipse Deus aduenerit, sed quia locus esse cœperit: Conuersio, ut dixi, ista non est, nisi translatio; Vnde non debetis dicere, Panis est, aut erit Corpus xpi, neq; dicere potestis, Panis poterit esse, uel fieri Corpus xpi, neq; quo panis est, neq; fit, neq; fiet Corpus xpi; Sed dicere potestis, de pane uel ex pane fit Corpus xpi, sic intelligendo ex pane, idest post panem, hic existit illicò Corpus xpi, sicut ex nihilo aliquid fit, quia post nihil, nam prius non est, postea est; & ex nocte fit dies, quia post noctem; Dicere etiam potestis rectius, panis conuertitur, uel transubstantiat͡ur, uel transit in corpus xpi, hoc est, Panis cedit, & dat locũ Corpori xpi; Sic potestis loqui, Nulla tamen aliaꝝ locutionũ est propria, quãuis magis accedat ultima, scilicet: Panis cedit Corpori xpi, tamen bonæ sunt illæ, quas dixi, accipiendo eas in bono sensu, qualem, Dilecte, tibi ostendi, & qualem Dominus inspirabit cito illi, quẽ præsidere suæ Eccl͡e statuit, & ordinauit. Cogitare iam potes quot mirabilia, & stupenda concurrant in hoc dignis° Sacram͡ti, adhuc tamen, & alia tibi reserabo.

de effectu accidẽtiũ in sac°. Accidentia illo modo à Substantia separata producere possunt eosdem effectus, quos producerẽt quando inhærent substantiæ, Vnde color ille imutat visũ, sonus illoꝝ imutat auditũ quando franguntur, Odor eoꝝ agit in olfatum, & in eo suã similitudinẽ causat, hoc enim est imutare sensũ quod est in sensu causare suã similitudinẽ, quã vos speciem uocatis; Sapor quoq; ille imutat gustum, & si in illis accidentibus calor, aut frigus, aut humor fuerit, imutabunt tactũ, agunt ergo sicut, & antea agebãt.

Simili modo, & agens naturale, ut ignis, uel aqua, uel qd traijciuntur ad stomacũ, uirtus nutritiua agit in accid.a illa sic ab omni substãtia separata conuenit quo accidentib. agere, & pati propa natura, & uirtute, qd nõ sunt talia ratione substantiæ soliũ; uerum difficultas est, qualiter homo nutritur his accidentib., nã in nutritione acquiritur substãtia noua, & materia alimẽti suscipit formã sanguinis, ibi autẽ nulla est materia, aut forma substantialis; & uerum est, qd Philosophi dicunt: ex non substantia non fit substantia, non enim potest generari substantia una, nisi corrupta alia, Hic uerbo nulla substantia corrumpitur, & tamen sanguis, & caro generatur, ut experientia patet; Quo pacto g.o ex accidentib. panis, & uini nutritur homo, & ex illis sanguis, & caro generatur? Dico tibi; audi, & considera uerba mea: P.o dicam tibi; Quãdiu, uel quãto tẽpore Corpus xpi manet in accidentib. illis; Deinde, quomodo ex illis potest generari substan.a Quo ad primum, dico; Corpus xpi tamdiu ibi esse, quãdiu illa accid.a stant in uigore suo, idest quãdiu sunt aptũ alimentũ, & conueniens homini nutrimentũ; Quando uerò fuerint ita alterata, qd iam, & odore, & saporẽ, & alia, quæ reddunt panẽ conuenientẽ homini cibum, amiserint omninò, tunc Corpus xpi desinit ibi esse, Quia tamdiu manet ibi cibus animæ, quamdiu manet cibus idoneus, & conueniens corpori; Ideo .n. in tali materia Sacram.m instituit, ut se cibum animæ uestræ præberet, & ostenderet, ut cibus corporis esset signũ cibi animæ, Sicut & ablutio corporis uti in Baptismo significat ablutionẽ animæ à maculis peccator.; Desinente aũt signo desinit significare, & si non sig.cat non est sacramentũ, & si non est amplius ibi Sacram.m, ibi non erit amplius xpus, Qui statuit eo modo nõ esse ibi, nisi in sacram.o; neq. tamen quilibet cibus est sacramentũ, sed principalis est cõmunis, qui est panis, & Vinum; Vnde si uinum conuerteretur in aquã, esset benè potus, sed nõ illd, & si panis conuerteretur in carnem coctam esset cibus, sed non ille, qui requiritur in hoc sacram.o, Dixi uerò, si accidentia illa sint omninò ad nutrimentũ humanũ inepta, nam si aliquãtulũ alterentur, & à perfectione cibi recedant, non tamen totaliter, non desinit ibi esse Corpus xpi, Qdo uerò omninò mutata sunt, itaq. non solũ nõ sunt alimentũ conueniens, sed potius disconueniens, desinit ibi esse xpus; Vnde si fiant in tantũ uetusta, & putrida, seu fetida, quod gustus omninò ea abhorreat, tanq. sibi omninò repugnantia, Scito etiã, xpum ibi nõ esse; quia suauissimus panis, qui de cœlo descendit, non stat cũ cibo putrido, fetido, &

horrido

horrido, horridũ cibũ uoco, non illũ, quẽ infirmi, & male dispositi abhorrent, sed illũ, quẽ & benedispositi, nullo uitio bestiali laborãtes abhorrerent, comuniter nimia quoq; durities, quę mollificari nequeat, reddit panem ineptũ ad comedendum, Quod potest facilius accidere apud Grecos, qui in pane fermentato, & grossiori conficiunt; Similr si vinum sic inbiberetur alicui rei, ut ligno, uel terrę, qd iam fluere nõ posset, non est potus conueniens. Si quoq; accidentia panis sic reddantur mollia, quod uideatur esse pura pasta, itaqd sint inepta, & inconuenientia ad comedendum, desinit esse ibi Corpus xpi; & breuiter; Quoties amittunt rationẽ cibi conuenientis, toties amittũt rationem Sacramti; & si nõ est ibi sacramẽtum, non est ẽtiã res Sacramti comuni ordinationi. Qdo g. uidetis uermiculos natos in talib accidentib, scitis tũc ibi corpus xpi nõ esse, nisi esset hostia illa uel obleta, adeo magna, quod in una eius parte esset putredo, alia uero sana consisteret & incorrupta, itaqd posset ab illa putrida separari, & sine horrore sic separata comedi; Tunc sub illa parte solũm erit xpũs; sed si ab illa putrida nõ posset separari, et sine illa comedi, iam non est cibus conueniens, & per consequens non est Sacramẽtum.

Eodem modo qdo accida Vini sumitis, quia illa, subito ut sũpta sũt, alijs humorib permiscentur, itaqd iam redduntur inepta ad cibum p os iterũ sumendum, subitò desinunt esse Sacramentum; Accidentia uerò panis nõ ita subitò alterantur, ideò diutius, quàm illa Vini, retinent ratione Sacramti; tunc dico, aliquid habere ratione cibi, qdo illud, nõ solũ potest nutrire, uel in nutrimentũ conuerti, quia sic humores qui sunt in stomacho possent uocari cibus, sed quod sit conueniens homini ore sumere, & per guttur in stomacum traijcere; Qdo g. non est talis cibus, nõ potest esse Eucharistię Sacramentum, & quãuis homines subitò ut cibum habent in ore, abhorrent eũ iterũ sumere, ille tamen horror nõ impedit Sacramentũ, sed sic si iam in stomaco imissus fuisset; Vnde existentib in ore accidentib, & per pectus transeuntib, damnũ secũ retinent, ad stomacũ uerò peruenientes, quasi subitò desinunt esse Sacramentum. Intellexisti iam quanto tempore illa accida retinent rationẽ Sacramti, & quanto tẽpore xpũs in illis est. Nunc autẽ, quatr ex illis fiat aliqua substantia, intelige: Accidentia illa duobus modis alterari possunt, Vno modo tali alteratione, quod solum amittut formam cibi conuenientis, non cuicunq;, sed soli homini, quę alteratio

interdũ fieri posset, non corrupta substantia panis, si panis sub illis esset; altero modo accid.a illa alterari possent tali, & tanta alteratione, qd substantia panis, si sub illis esset, corrũperetur, & destrueretur, & ex illa aliquid aliud generaretur. Si g°. (nota bene) priori modo accidentia illa alterarentur, qd amittatur natura cibi hominis convenientis, possent tamen stare cũ pane: tunc Deus virtute sua infinita reducit substantiã panis illius qui recesserat, vel vini, qd abierat, & illa accid.a iterũ afficient substantiã panis, & ita ibi erit iterum panis, sed non cibus hominis conveniens, & durabit quousq. ab Agẽte naturali corrũpatur, sicut fuisset, si nunq. inde discessissent. Si autem altero modo accid.a illa alterentur, sic, quod si panis tunc ibi esset, corrũperetur in aliquid aliud, in tali casu Deus nõ reducit amplius substantiã panis, quæ desijt esse, sed inducit substantiam illam, in quam panis tunc conversus fuisset, si ibi esset, sive illud sit sanguis, vel caro, ut fit qdo comeduntur, vel ignis, ut fit qdo comburentur accid.a, vel vermis, ut qdo putrefiunt; sed quare priori illo modo, quãdo accid.a non sunt tantũ alterata, qd panis corrũperetur, si sub illis esset substantia panis revertitur, & ex quo tunc nihil generaretur? Dico tibi: propterea id fieri, quia Deus statuit semel accid.a nunq. sine subiecto esse, nisi qdo sunt Sacramẽtũ Corporis, & Sanguinis xpi; & quia tunc qdo desinunt esse conveniens cibus hominis, desinunt esse Sacramentum, ideo, ne sint sine subiecto, reducit eis Deus propriũ subiectũ. Qdo vero alterantur posteriori modo, tunc nõ est opus, ut panis revertatur sed satis est, ut substantia illa ibi ponatur, in quã panis converteretur qdo ibi fuisset. (Vide, & considera, qualiter ego plura scio, (dixit subridendo) quã omnes Doctores vestri.

B.A. (Tunc ego, certũ est mihi S.me Angele: Grãs ago providentiæ Divinæ: ego simplex, & idiota nunq. talia intelligere potuisse sine Divina illustrat.ne.

Inocentius. (Iterum Angelus fari cœpit: Adhuc nõ percipis quæ dicere volui: Aliqui vestrũ, quorũ unus fuit Sumus Pontifex: Dixit, non ut Pontifex, sed ut Doctor, In utraq. alteratione, quæ fit illis duobus modis prenominatis, reverti substantiam panis, quæ abscesserat; Alij vero, inter quos fuit unus Doctor Ordinis tui, qui hic est plenus sanctitate, quia primus gladiũ suum exemit pro Conceptione imaculata Virginis Matris, & Reginæ nostræ,

Io: Scotus. [dr. ostendebat Ioannem, Scotum nuncupatum) pro quo decertantur Scotij, & Anglici: Dicunt, quod in utraq. alteratione subiiciatur alia

sub

substantia, & quod substantia panis, quę desijt, nunq. amplius revertitur. Ego dico tibi, quod aliquando revertitur, ut in priori alteratione, aliqdo non revertitur, ut in posteriori alteratione, & hoc ideo qđo priori alteratione substantia panis reducitur, propr hanc causá solum, nè accidª. illa, quę iam nō sunt Sacramētum, maneant sine subiecto; & quia substantia dos non fuisset corrupta, si tunc sub illis fuisset, melius est gº. eadem substantiá panis reducere, quàm aliam noviter creare, maximè quia non est ratio, quare magis hanc, quàm illam noviter oportet creare: Vult gº. Deus, ut potius illa redeat, ex quo nulla causa est redditionis, nisi quia non vult, hęc accidª. esse sine subiecto; sicut gº. absentia panis, uel Vini fuit causa, ut hęc accidª. fierent Sacramentū, ita etiá voluit, qđ presentia panis, uel Vini esset causa, ut non sint amplius Sacramentum. Scribe, scribe hoc illi, quia delectabitur in his super omnia. Scribe, dico tibi, hoc modo. Primò intellige accidª. vehementer alterari, sic, ut non sint amplius cibus conveniens, & hęc alteratio fit in tempore. Secundò intellige qđ in ultimo instanti illius temporis dictam alteratioñe mensurantis, Deus reducit substantiá panis, quę amissa erat, & tunc accidª. illa ex tunc ulterius amittunt nomen, & rationé sacramtⁱ; & ita Corpus Dñi ibi desinit esse; Sicut etiá qđo creat substantiam nouá, primò accidª. alterantur in ultimo instanti, aliqua substantia inducitur, in quo instanti verum est talem substantiá ibi esse, & ita negationem Sacramtⁱ. cū illa esse, & ita Corpus xpi ibi non esse; In eodem gº. instanti corpus aliud accedit, & Corpus Dñi discedit, sive, illud incipit esse, & Corpus Dñi desinit esse, sed posterius natura aliud corpus ibi esse incipit, & prius natura Corpus Dñi ibi esse desinit; Sicut qđo peccator de peccatis penitentiam agit, in eodē instanti sibi culpa remittitur, & gratia confertur, sed prius natura intelligitur culpa remissa, quàm gratia collata; intelligᵈᵒ. per culpam, nō solum privatioñe gratię, sed aliqd positivum; Res naq. nō potest intelligi aliquid recipere, nisi intelligatur, aliud, quasi prius, amittere, quando quod recipitur nō potest simul esse cū illo quod amittitur, uel ex incompossibilitᵉ. rez, uel ex ordinatioñe Divina; Scito gº., & animaduerte, & diligenter conscribe, quod Deus potest [ut tibi quę dico sint clariora] in eodem instanti, in quo substantia panis intelligitur discessisse, in eodem Corpus filij sui facere ibi esse, sed prius natura substantia panis intelligitur ibi non esse, quàm Corpus Dñi

ibi non esse; Potest etiã non in illo instanti, sed in tẽpore, minimo illi instanti, ~~propinquissimo, loquendo~~ [ut vestri Philosophi loquuntur] qui nolunt unum instans alteri imediatum esse, neq. punctũ puncto; Quod autẽ verũ sit, & qualiter verũ sit, illi revelabitur alio tẽpore, cui & alia revelanda sunt; Eodem modo alteratis accidentibus in tẽpore aliquo, in ultimo instanti illius temporis Deus potest reducere substantiam panis, vel aliam, & in eodem instanti, prius natura desinit esse Corpus xpi, & accid.a desinunt esse Sacramentũ; Potest etiã Deus, [& facit sicut sibi placet) in ultimo instanti illius temporis facere, ut accid.a illa desinant esse Sacramentũ, & Corpus Dñi ibi desinat esse & in tempore propinquissimo illi instanti [ut vestrorum Philosophorum more loquar) quia & ego opera Aristotelis vestri legi, & intellexi, antequã ipse scripsisset [& hoc dicens subrisit) Creare substantiã panis, vel alterius rei, secundum quod alteratio facta fuerit uno modo, vel altero, & tunc pro uno instanti accid.a erunt sine subiecto, & sine presentia Corporis Dñi; & sic verũ esset dicere, tunc accid.a sunt sine subiecto, & non sunt Sacramentũ; pro instanti, nõ pro tẽpore. Posset etiã Deus in ult.o instanti alterationis substantiã panis, vel aliam ibi ponere, neq. tamen Corpus Dñi amovere pro tunc, sed in tempore illi instanti imediato, quia sicut Corpus Dñi potest esse simul cũ quantitate panis, ita potest esse simul cũ pane: eodem modo qdo fit consecratio posset panis manere, adveniente Corpore Dñi, deinde desinere, & sic pro aliquo instanti verum esset dicere, In hoc Sacramento accid.a sunt in subiecto; Posset etiã pro tempore, & pro semper Deus panem ibi conservare cũ Corpore xpi; sed tunc nõ posset dici panis transubstantiatur, vel transit, aut convertitur in Corpus xpi; & an omnibus modis predictis Deus utatur, vel tantũ uno illorum qdo fit hoc Sacramẽtum, alias dicetur illi, de quo toties diximus; & an eodem modo, vel alio, & alio fiat apud vos, & alios, ut puta Grecos, Armenos, & huiusmodi, tunc declarabitur tibi; Credendũ est firmiter, quia verũ est, qd Ecc.a vera tibi dicit, vz: Panem transubstantiari, & transire in Corpus xpi, itaut prius natura panis abscedat, & tunc posterius in natura Corpus Dñi ibi incipit esse, & in tempore imediato panis desinit esse, ne sequatur quod in conversione sit anihilatus, non enim in conversione anihilatur, sed quasi post conversionem, quãvis etiam post conversionẽ non sit omnino anihilatus, q.a remanserunt accidentia, quibus ipse panis est aptus natus affici; sicut

si

si alicuius rei, verbi gra, Aque materia desineret esse, forma verò remaneret, tunc materia illa non esset anilillata, q.a remaneret in forma, qua nata est perfici, sicut & vos qd aqua corrupitur, nō dicitis, formam aque anilillatā esse, quia remanet in materia, quā perficere, & informare potest, & in qua potest agens formā inducere, nō tamen illam, que destructa est, sed aliam similem; Sed differentia est, q.a destructa materia, & remanente forma, agens creatum nō potest facere, ut forma illa ullam materiam informet, sed bene potest facere Deus: Similiter destructa substantia, & remanentib. accidentibus, Agens creatū nō potest facere, ut illa informent ullā substantiā, sed benè potest facere Deus; Satis g.o est, ut sit in accidentib. aptitudo informandi substantiā panis, & ita panis non est omninò annilillatus, ut diximus; Intellexisti iam tu aliquatr, quomodo nunq. ex non substantia generatur substantia, & qualiter substantia panis destructa multoties revertitur, & multoties alia substantia ibi ponitur, illa vz que tunc ex pane sic alterato generaretur, si panis ibi esset; & oportuit ita facere Carissime; vz ut iterum, vel panis, vel alia subst.a producerentur, nè materia prima, ex qua generarentur omnia, periret. Nam si mundus longo tempore esset duraturus, & hoc Sacramētum frequentaretur in toto Mundo quotidiè, magna pars materie destrueretur, & in decem anīs maior, & in centū, ac mille, adhuc maior, & materia corrupta nunq. reverteretur, neq. alia noua crearetur, posset in processu tēporis horū inferiorū materia deficere, & ita generatio impediri; Sapientissimus g.o Dns omnia vidit, ac omnib. prouidit, ideo tantā materiā iterū reducit, quanta destruitur.

Am. Tunc ego: Dnē mi, ex quo posset esse in hoc Sacram.o panis simul cū Corpore xpi, & esset signū efficacius Corporis xpi, quia panis est cibus efficacior accidentib. solis, efficacius g.o significaret cibū animę; & non oporteret materiā destrui, neq. destructā reparari; Cur g.o panis destruitur?

An. Respondit: Benè scio, vobis valde difficile esse, & Philosophi respuunt illud, & est prauis, & ostinatis, seu proteruis occasio non sequendi fidem xpi, sed valde congruū, & utile fuit bonis ingenijs & probis hominib. ut acuerent ingenia sua investigando possibilitatē tot mirabilium, que sunt in hoc Sacram.o, & etiam, ut captivando

intellectu proprium, merita magna sibi accumularent apud Deum; Quia ergo totus Mundus credebat, hæc impossibilia esse, quæ fuit deceptio, et error; Sicut autem Veritas est bonum intellectus, et Sanitas eius, ita error est malum et infirmitas eius; Vt ergo Deus uos eriperet à tantis erroribus, et illuminaret, et erudiret, reuelauit uobis, se hæc omnia facere posse, et ut firmiter crederetis, dum illa posse facere, uoluit ea facere ut uos crederetis, et nos Angeli experientia comprobaremus id fieri, quando illud fieri uideremus; Multum profuit etiam Nobis, mirabilia quæ facere potest Deus, uidere, videlicet illa fieri, et facta; Vnde assiduè quando talia facit Deus, hoc est quotidie, (Cantamus canticum coram Domino) quotidie uidentes tanta mirabilia, incendimur, inflamamur, magnificamus, et gratias agimus. Quod quidem Canticum tibi postea reserabo; Vt itaque Deus ostenderet potentiam suam, et ut vos homines a tanta infirmitate animi, et à tantis erroribus liberaret, et ut nobis Angelis id experientia demonstraret, ut dum extolleremus, et potentiam suam infinitam magnificaremus, et ut uobis merendi occasionem præberet, Voluit in hoc ineffabili Sacramento accidentia sine subiecto conseruare, et ut sciretis, ipsum etiam Materiam primam creasse, ideo in hoc Sacramento solum eam destruit, et in nihilum redigit, et quandoque tandem redire facit, interdum consimilem creat; hæc numquam homines credidissent esse possibilia, Nunc autem, et credunt, et tanquam uera tenent, et affirmant, parati proprium sanguinem effundere pro tali ueritate, Propterea ergo Deus sine destructione panis poterat Corpus suum ibi ponere simul cum pane, sed rationibus prædictis uoluit huic miraculo plura alia annectere, ut posset omnis creatura infinitam Dei uirtutem extollere, et sublimare; Qui ergo dicunt, Deum sine conuersione panis non potuisse Corpus Christi facere ibi esse, hi purgati una ignorantia, retinent aliam, credunt enim panem ibi non esse, et hoc rectè credunt, sed quia Corpus Domini aliter ibi esse non posse, nisi panis conuerteretur in illud, putant, alio errore inuoluuntur, Hi enim tantum ea posse fieri affirmant, quæ fides eos affirmare compellit; Quid confert desitio panis, ad hoc ut Corpus Domini sit ibi? Non ne sicut nunc est cum quantitate panis, ita tunc esset simul cum ipso pane? Tantum enim repugnat duas substantias esse in uno loco, quantum duas quantitates, imò quia causa essendi in loco circumscriptiuè est quantitas, et tota repugnantia, ne duo corpora essent simul, prouenit à

quantit.

quantitate; Certu est, panem non remanere in Corpore Dni, nec quicquã panis in Corpore illo esse, q.a illud Corpus hac conuersione neq. augetur, neq. in aliqua sui parte generatur; Si g.o panis maneret unu miraculum esset, v3. quod duo quanta essent simul; Pane abscedente, fiunt plurima miracula, primu est, quia duo quanta sut simul, secundum est, q.a accid.a remanent sine subiecto, Tertium est, q.a panis desinit esse, itaqz etiam Materia eius destruatur, & desinat esse; Omnia g.o miranda, que tunc essent, & nunc sunt, & multo plura, remoueantur illa plura, stent illa comunia, facilius intelligitur unu miraculum, quàm plura, inter que cadit illud unum? Quando g.o dicebas, si panis ibi esset, q.a est cibus efficacior solis accidentib, tunc esset signum efficacius cibi anime. Dico tibi, qd ueru est, panem melius nutrire, quàm accid.a, imò accid.a nõ nutriunt, q.a non conuertuntur in nutrimentu, tamen accid.a magis ostendunt uobis hominib bonitate nutrimenti, imò per illa sola iudicatis, & approbatis nutrimenti conuenientiam. Sacram.ta uerò uobis data sunt, non Angelis; Melius g.o fuit ea dari in signo sensibili, & hoc sacramentu congruu fuit institui in illis signis, que uobis maximè ostendunt bonitatẽ alimenti, que sunt accid.a panis & vini. Quando uero dicebas: Panis est nutrimentu efficacius, concedimus, imò est solus ipse nutrimentu, sed panis nõ esset signum efficacius bonitatis nutrimenti, imò nullum! Sufficiebat g.o sacramentu hoc in eis rebus instituere, que maximè denotarent bonitate nutrim.ti non que maximè nutrirent; Panis autẽ abscedit propter quatuor rationes paulo ante tibi dictas.

Tunc ego: Fortissime Gabriel, tu dixisti, & ego etiã à nostris audiui; Corpus Dni. nõ esse sub accidentib, nisi in fine prolationis omniu uerbor, qdo g.o accipitur panis, & benedicitur, dicendo. Hoc est corpus meum, similiter, & uinu: Hic est calix sanguinis mei; uel si diceret: Hic est Sanguis meus. Quid mihi notant ille dictiones: Hoc est, & Hic est, quid demonstrant? Quero, si Corpus xpi? g.o ante finem prolationis est ibi; si panem, tunc falsa est locutio illa, vt Hoc, idest panis sit Corpus xpi. Multoties de hoc dubitaui, & aliquos Theologos interrogaui, & uariè mihi responderunt, neq. nunc recordor.

Respondit Angelus: Et ego recordor qualiter dicant, neq. su oblitus; Aliqui ex uestris dicunt, quod ostendit, & demonstrat Corpus Christi,

non quia tunc sit ibi; sed quia statim exit, quia statim accingendus pro accincto habetur, & quando parum deest, nihil deesse uidetur; Alij uerò dicunt idem alio modo: Hoc est; idest, Hoc quantum, quod uides, est Corpus meum, hoc est, sub eo, & cū eo statim erit; Vel Hoc, idest, Ens, est Corpus meum. Alij, quod omninò non significat, nisi pro ultimo instanti totius prolationis; Qdo g°. dicitur: Hoc est corpus meum, sensus est pro illo instanti ultimo est ibi Corpus xpi; qd g°. pro ultimo instanti habes in manibus, illud ostendis, non illud, qd tunc habes qdo dicis Hoc; Qdo enim dicitis: Hoc est corpus meū, Oratio illa, neq. uera, neq. falsa est, sed neutra, prolatis autē oib dictionib illis, concipitur tota simul ut uera; Si g°. non est uera nisi in fine totius prolationis, & in fine totius prolationis non est oratio Sacramentalis, sed antea, Vz dum profertur, sequitur, quod in quantū est oratio Sacramentalis, neq. uera est, neq. falsa nam dum profertur est sacramentalis, quia conficit Sacramentū, qdo prolata est, tunc uera est, sed non conficit Sacramentū quia iā confectū est, Simul enim illa accidā incipiunt esse Sacramentum & oratio illa est uera, & incipit esse uera, quāuis prius natura sit oratio, quàm intelligatur ut uera. Alij dicunt, illa uerba tunc qdo proferuntur nihil demonstrare, Qui enim recitat alterius uerba nihil ostendit, sicut qdo dicitis: Dixit Iesus Matri suę, Mulier, ecce filius tuus; solum recitatis illud, qd Iesus tunc matri demonstrabat, Vz: Ioannē, Vos autē nihil demonstratis. Ita sacerdos dicit, Dnm dixisse, Accepto pane, & iam conuerso in carnem, Hoc est corpus meum; Dicunt itaq., quod cū Iesus accepit panē & benedixit, tunc panis fuit conuersus in Corpus ipsius, ideò ipse uerè dixit: Hoc est corpus meum; quia qdo dixit: Hoc, iam corpus erat ibi; Ingenia uestra subtilia satis sunt, & tota ista altercatio facta est, q°. nescitis, quomodo Dns consecrauit, neq. quomodo uos instruxit, & modum uobis consecrandi dedit; Non enim Apostoli omnia scripserunt; & quia illa erant eis notissā, nō cogitarūt posteror dubitationes. Audi tu Serue Dei, & quę tibi dico conscribe, quia ego interfui Cenę Dni: Ipse post multa alia, accepit panē in sanctas, ac uerè uenerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cęlum ad suū Patrē omnipotentē, grās egit, sicut & qdo Lazarum resuscitauit; Dixitq.; Grās tibi ago Pater, quoniā exaudisti Mē sic, & tunc; Deinde inspiciendo panem, benedixit eū uerbis proprijs,

&

& subitò fuit conuersus in Corpus xpi; & sic xpus Dns seipsu tenebat totum in manib. proprijs; Deinde panis accid.a fregit, me cu Michaele, & alijs socijs intuentib., & mirantibus, q.a etiam nobis sut miranda, & stupenda. Videbamus Jesu xpum sedentem, videbam.s accid.a panis separatim existentia; videbamus panem abire inde, & ipsu totu xpum in suis manibus modo mirabili existente; Circuscriptus ipse loco, & circundatus aere, tenebat se totum ibi incircuscriptum ullo loco, q.a non erat una pars eius in una parte loci, & alia in alia sed totus simul, hoc est, omnes partes corporis sui interse distincte, respectu loci erant indistincte, Quelibet enim particula eidem loco respondebat, & eidem parti loci, imò ad locum solum respectu presentie habebat; Ipse passibilis, se ibi modo impassibili existentem tenebat; Ibi enim existens nô poterat capi, neq. ligari, neq. flagellari, aut crucifigi, & poterat ibi, hoc est in Sacram.o, solum esse, & modo abis desinere esse, & ita nullus eum neq. uidere, neq. tangere, aut capere potuisset; Ostendit g.o se nô fugere morte qui poterat inter inimicos esse, neq. tamen ab eis tangi, aut uideri posse; Poterat tamen & alio modo se facere inimicis inuisibilem, sicut fecit qd abscondit se & exiuit de teplo, quia per mediu illor ibat, neq. ipsu uidebant qui lapides in manib. tenebant, & prope erant, imò aliquos illor tangebat, neq. tamen lapides iecerunt, q.a quò iacerent, nesciebant qd illum, quem lapidare cupiebant non uiderunt; Sed in Sacram.o isto alio modo est inuisibilis, quia hic uideri non potest, eo qd non est in loco, ut alia corpora, quando uerò se abscondit erat in loco sicut & antea, Vnde ambulando, motu progressiuo de loco ad locum exiuit de templo, sed non uidebatur, quia non permittebat species coloris sui transire ad oculos eor. Erat g.o in cena Dns noster duob. modis Vz passibili, & impassibili, & ipsemet & re, & modo essendi passibilis, tenebat seipsu tunc passibilem in se, sed non impassibil. quia à nullo exteriori nocumentu ei inferri poterat; Magna sunt hec, que dico, & nos supremos Angelos admiratione afficiunt.

oia ista dilig considera.

Quando g.o (Vt redeamus ad illa, que dicere inceperamus) Dns Jesus fregit accid.a panis, sub quib. ipse totus erat, tunc uidimus sub qualibet particula ipsu eundem, & totu atq. integru existere. Apostoli panem uel accid.a panis uidebant, aliud non cernebant, Nos Angeli omnia uidebamus; & tunc Dns Jesus dedit unicuiq. Discipulorû portionem accidentium, sed unicuiq. se totum modo inuisibili se préstitit;

Qmo uisus est xp̃s sacram.o ab Angelis qmo ab Apostolis.

et tunc uidimus eu̅ in loco suo naturalr̅, et in multis locis sacramẽtr̅; esse autẽ in loco sacramtr̅ non diminuit realem præsentiã, sed notat aliu̅ modum essendi, qui et si sit realis, tamen est inuisibilis, et insensibilis.

Dixit g.° primò xp̅us Iesus omnibus: Accipite, et comedite; Deinde Vnicuiq. seorsu̅, incipiendo à Petro, dicebat: Accipe, et comede, Hoc est Corpus meum; Itaq. dicendo ipsa uerba, comunicabat eos, sicut Vos dicitis: Corpus Dn̅i nr̅i Iesu X.i custodiat animã tuã in uitã æternã. et expleta comunione, dixit eis: Filioli mei mandatu̅ nouum do uobis, ut diligatis inuicẽ, sicut et ego dilexi uos; et ut hoc, qd ego nu̅c feci, et uos in mei memoriã, et comemorationẽ faciatis.

quibus uerbis usus est Xpus in sacram. conficiend.

Dixit ei Petrus: Magister bone, qm̅o nos ista facere poterimus? Respondit ei Iesus: Scio hæc, neq. Vos homines, neq. Angelos meos [et conuertit se ad nos, Apostol. tamen nos tunc non uidebant] facere posse, ego tamen, sicut nunc feci, ita semper facere potero.

Dixit iteru̅ Petrus: Si nos ea facere non possumus, quare Magister sapientissime iubes, ut faciamus? Respondit ei Iesus; illa uos facietis, quæ potestis, ego faciam illa quæ uos non potestis; Vos ista facietis: Accipietis panem in manib. uestris, vos sacerdotes, [nunc enim dicendo, hoc facite, dedi uobis auctoritatẽ ista faciendi] accipiendo panẽ dicetis: Dn̅s nr̅ pridie quam pateretur accepit panẽ, et eleuatis oculis in cælum ad Patrẽ suum omnipotentẽ, sibiq. grãs agẽs benedixit illu̅, deditq. Discipulis suis, dicens: Accipite, et comedite, Hoc est Corpus meum; Vos ista facere potestis, et ego subitò in fine prolationis illoꝝ uerboru̅ faciam Corpus meu̅ presens ibi esse absq. ulla hesitatione. Non g.° sufficit dicere hæc uerba, Hoc est Corpus meu̅, sed oportet illa, uel consimilia præmittere: Hoc sit memoriale uobis perenne usq. ad consumationẽ sæculi recordabimini Cœnæ huius ultimæ, et amoris mei in homines humanum.

Vide ig.r Dilectissime, quod alijs uerbis consecrauit Dn̅s, alijs instituit, ut vos consecraretis; Ipse .n. usus est propria auctoritate, Vos recitando gestus et uerba eius utimini auctoritate sua; Vnde laudo, et ratifico, Vos debere, consecrando panem accipere in manib. et oculos eleuare primò in cælum, deinde super panẽ, respiciendo ipsum reliqua uerba dicere, uel consimilia usq. ibi: Hoc est Corpus meum. Vtimini tamen modo illo, quam uobis S.ti Pr̅es uestri afflati Spu̅ S.to

reli

reliquerunt; Noluit Dns, ut uos conficeretis uerbis illis, quibus Ipse confecit, non .n. decet ministrũ uti iisdem uerbis, quibus usus est auctor principalis; Quemad.m .n. decuit xp̃um, qui Deus est, dicere; Lazare ueni foras; et, Adolescens tibi dico surge; sic non decuit, ut Ioañes eius uerbis uteretur qdo suscitauit Drusianã, sed istis: Excitet te Dns Iesus xp̃us, et iam excitatę à xp̃o, precepit, ut iret domum, et sibi refectionẽ prepararet.

Tunc ego: Quibus uerbis, Angele Dei (si fas est petere) Dns consecrauit?

Respondit; Quia ualde, et incomparabilr maius miraculum est hoc, quàm Lazarũ suscitasse, ideo Dns, ut ostenderet se aliquid magnificaturum, cui nihil est difficile, Accepit panem, et oculos ad cęlum leuauit, deinde facta paruula morula, dixit: Pater mi omnipotens grãs tibi ago, quoniã exaudisti me; Deinde panẽ inspiciendo, dixit: Vertatur panis terrestris in panem cęlestem, et cibus corporis in cibum Spiritus, et subitò fuit factum. Hęc uerba Euangelistę illo uerbo notarunt: Benedixit; Quid est Benedixit? est qd uerbis illis panẽ benedictũ fecit, sicut Marię ab Elisabeth dictum fuerat: Benedictus fructus uentris tui; Dns enim Iesus est uerus panis uiuus, panis cęlestis, panis benedictus, Iste uerò quẽ uos comeditis est panis mortuus, et morientium, est panis terrestris, est panis maledictus, sicut .n. primo homini peccanti dictum est, Maledicta tra in opere tuo, in sudore uultus tui uesceris pane tuo, Hic nunc factus est benedictus panis; Grãs g.o agens, et illa uerba proferens, panem benedixit, hoc est, benedictũ fecit, et in panem benedictũ uertit; Deinde non panem benedictũ, neq. alium, qui amplius ibi non erat, sed accid.a panis fregit, sub quibus, ut dixi latitabat Filius Dei. Non est uera illa opinio, quę dicit, ibi remanere panem, ut prius, et qd uerbũ Dei illũ panem assumebat, sicut assũpsit humanitatẽ, itaqd per talem unionẽ, panis esset Deus, et Deus panis, et caro esset panis, et panis caro, nam si homo est Deus, et Deus est panis, tunc homo esset panis, et panis homo; Vel ideo panis est caro, quia uerbũ mediante carne assũpsisset panẽ; poterat quidem et sic fieri, sed non fuit congruũ ut toties panis assumeretur, deinde dimitteretur; Sũma g.o gratia, Vz unionis;

Nota xp̃i uerba in consecrando.

fuisset concessa alij creaturę quàm homini, & quod nobis Angelis non fuit concessũ, concederetur insensibili creaturę. Firmiter ergo crede, nulli creaturę, prętergȝ homini illud donum fuisse concessũ, ut esset unita Deitati, & animę eius, atq. corpori eius.
Valde ergo errant qui Corpus Dñi uiuum, & mortuum dicunt nõ fuisse idem Corpus; Si enim ibi fuisset genitũ corpus nouũ, sequeretur, qđ illi corpori unita esset Deitas, & ita alicui esset Deitas unita, quod neq. sit homo, neq. anima, aut corpus hominis, & ita gratia unionis Angelis denegata, tali creaturę fuisset concessa, quod absurdũ est opinari. Qui autẽ dicunt, aliud corpus esse, anima recedente, & aliud, anima uiuificante, hi sensum, rationem atq. fidem negant. Corpus mortuũ nouiter, idem est quod erat uiuum, sed subitò, ut est mortuũ, incipit alterari, & tendere in corruptionẽ, & prius corrũpitur caro, posterius ossa, quę diutius durant, alia est forma carnis, alia ossis, alia cordis, alia epatis, & alia cerebri.
Similiter firmiter crede, nulli alij creaturę fuisse concessũ esse in Sacramento hoc, mirabili modo, nisi homini illi assũpto, & illi Corpori, illiq. Sanguini, quo redẽpti estis; Nullum ergo unquã corpus fuit sub Sacramento neq. erit, nisi illud; & postquã institutũ est, nunquã fuit dies, in quo Corpus illud nõ fuerit sub Sacramento; Si itaq. Corpus mortuum fuisset Corpus illud mortuũ, fuisset aliud, sequeretur, qđ illud aliud Corpus fuisset ibi sacramentr, & sic illud fuisset panis qui de cęlo descendit, & sub accidentibus illis Corpus Dñi esse desijsset, & aliud corpus ibi fuisset, & cibus animas uestras fuisset, quę sunt absurda, & nefanda. Noli ergo ea neq. cogitare. Sanguis quoq. idem fuit in carne, & extra carnem, in corpore, & extra Corpus, & iterũ in corpore.

An Sanguis xpi fuerit unitus Diuinitati.

Vestri hic confliguntur; An Sanguis xpi fuerit unitus Deitati? Aliqui dicunt, qđ neq. existens in corpore neq. separatus à corpore fuit unitus; Alij, quod semper fuit unitus; Alij (ut quidã ex uris) dixerunt: Quando erat in corpore, tunc fuit unitus, qđ extra corpus, tunc non fuit unitus, & quod aliquid sanguinis remansit in terra; Illi alij, quod nihil remansit.
Tu conscribe uerba mea sic: Non est inconueniens, (quia sic fuit) credere in corpore illo fuisse aliquantulũ Sanguinis superflui, erat enim uerus homo, & omnes miserias hominis pati uoluit, pręter

mis

miseriam peccati, quę uera est miseria; & illi sanguini aliqualiter superfluo nunquam fuit unita Diuinitas, & de illo aliquid remansit, imò totus ille sanguis remansit; Sanguini uerò illi homini necess.º semper fuit unita Diuinitas, & illum totũ reassũpsit; & sic sanguinẽ, cui semel unitus erat, nunq. dimisit, ipso persistente; Deus g.º sanguine effuso, & sibi unito nos redemit; & quãuis nunq. illi legerint, Deum fuisse super terrã effusum, fuit tamen per idiomatũ comunicationẽ aliquo modo effusus Deus, quando sanguis ille pretiosus effundebatur; Verum g.º est, qd sanguis, qui remansit in terra, nunq. fuit unitus Diuinitati; Verum etiam est, qd totus sanguis unitus Diuinitati fuit reassũptus; & Verum est, qd Sanguis Deitati semel unitus, nunq. fuit ab ea separatus; & Verum est, aliquam portionẽ sanguinis, vz illam superfluam, nunq., etiam in corpore existentem, fuisse unitam Deitati; non enim omnib. quę in illo homine existebant, fuit unita Diuinitas, quia non saliuę, quam in terram spuebat, non capillis, non pilis: Animę solũ, & Corpori fuit unita, & sanguini, propr id, quia dicitur, sedes esse animę, & quia fuit instrumẽtum redemptionis uestrę, nam redẽpti estis effusione illius benedicti sanguinis. Hoc sanguine uacui hodie pleni sunt; Vacui dico, omni uirtute, pleni diuitijs, & opibus, auro & ense Dñi acquisitis; impinguatus est dilectus sanguine Dñi, impinguatus, incrassatus, dilatatus dereliquit Deum factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo; & hic Pastor, qui nunc est bibit multũ de Sanguine Dñi, & propr disputationẽ balbutientẽ, quę nihil erat respectu horũ, quę nunc tibi dixi, Dignitatẽ Primam adeptus est. & deuotio quã gerit ad Reginam omnium nostrũ, conseruat eum, itaqd nõ peribit. Dico tibi, (Vt reuertamur ad ea, quę dicebamus) Nullum corpus habuit prerogatiuã hanc, nisi Corpus xpi, ut esset tali modo alicubi. Quare uestim.ta xpi, & quęcũq. Corpus eius circũstantia, non erant in eucharistia? quia tunc habuissent res inanimatę priuilegia, quę Regina nostra nõ habet. Illa g.º ibi sunt sacramentalr quę sunt Diuinitati unita, Quęcũq. autem sunt conexa Corpori, vt Crines, pili, indumẽnta, nõ sunt huiusmodi, quarè neq. ibi sũt, aut fuerunt.

Vtrũ xp̃s tẽpore mortis fuerit homo.

Am. Tunc ego: Dñe mi, memini nunc unius questionis, que sepè fit: Verum xpus tempore mortis sue fuerit homo; vellem, qd aperires ueritatẽ; quia aliqui dixerũt, Hominẽ esse illum, qui habet humanã animam, et non est opus alio ad hoc ut sit homo; Qui g.º habet animã hominis homo est; xpus Dñs, uel potius Verbum Patris tunc habebat animam eãdem quam prius sibi unitã, et ita erat homo, ex quo sola anima facit hominẽ; Alij dixerunt, Animã solam nõ facere hominẽ, sed anima simul, et corpus; Quia g.º Filius Dei tunc habebat utrũq. illor. uerè fuit homo. Alij dicunt, illa nõ sufficere, nisi illa duo sint inter se coniuncta; Quia g.º anima tunc erat separata à corpore, Deus habens corpus, et animã huiusmodi non fuit homo.

A. R. Angelus: Homo integer non est ullus, nisi habeat animã, et corpus anima humana animatum; Totus .n. homo est compositus ex anima et corpore, et anima est potior pars hominis, et nobilior, corpus uerò pars uilior, et inferior; Fuit tunc Deus in triduo homo, aliquo modo loquendi, sicut et Sanctus Petrus dicitur in cęlo esse, quia anima eius est in cęlo, Vbi g.º est potior pars hominis, ibi est homo, sicut ubi sunt potiores ciues, ibi est ciuitas; et si habens animã solam possit dici homo, multo magis habens animã, et corpus, sicut habens ligna et lapides, et alia requisita ad domum dicitur habere domum. Sed utrum requiratur eadem caro omninò, ad hoc ut sit idem homo, Pastor ille, cui Dñs dabit sapientiã, et intellectũ declarabit; hoc ideò dico q.a caro ura fluit, et resoluitur, et iterũ recuperatur per alimenta, et quia eadẽ anima informatur, et uiuificatur, eadem caro dicitur, non tamen est eadem, quia non informatur imediatè illâ formã, qua informabatur caro resoluta, nam forma propria carnis est alia ab anima unde etiã caro mortua, est caro. Hec tibi, quasi nolens, declaraui. Sed redeamus: Noli mirari, quare hoc Sacramentum est quasi duplicatũ, et totus xpus est sub accidentib. panis, et totus sub accidentib. Vini, hoc ideo factũ est, quia hoc Sacramtũ est alimentũ Animar., cuius sumptionẽ à penis temporalib. animę liberantur, et uenialiũ peccator. remissionẽ accipiunt, similiter et uirtutũ augmentũ suscipiunt, in bono corroborantur, ab inimicis, maximè inuisibilib., defenduntur, procliuiores ad bonũ redduntur, non ita citò cadunt, et si ceciderint, citius et facilius resurgunt. Quia g.º est alimentũ animar., congruũ fuit illud assimilari alimto corporis, qd constat ex cibo, et potu; sicut .n. cibus, et potus sunt

und

unũ alimentũ integrũ, & perfectũ, quãuis cibus, & potus nõ sint idem, ita in proposito, quamuis hoc Sacramentũ non sit illud, quia accid.a panis non sunt accid.a Vini, & illa accid.a panis significant: primariè presentiam Corporis Dñi, sanguinis, & animę, secundariè, & concomitanter, & per accidens, quia accidit illis accidentib. panis continere alia à Corpore xpi. Similiter accidentib. Vini propriũ est significare presentiã Sanguinis Dñi, alia ideo significat, quia sũt coniuncta suo signato, sicut ista uox, Homo, propriè significat naturã humanã, concomitanter autẽ alia quę sunt in homine, ut animal, & uiuens, uel in quib. est homo, ut Ioañem, & Petrũ; Quãuis g.o hoc Sacramentũ non sit illud, & ita uideatur esse, quasi duo Sacram.ta illa tamen duo sunt una, & integra alimonia, unũ integrum nutrimentũ, per quod anima consequitur Dei visionẽ, quę est quasi cibus, & Dei fruitionem, quę est quasi potus, & ex illis conflatur, quasi perfectũ nutrimentũ. Hęc g.o fuit ratio, ut duo instituerentur, & tamen unũ essent; & si g.o nunc ita sit, ut omnia quę sunt sub accidentib. panis sint etiã sub accidentib. vini, & omnia quę sunt sub accidentib. Vini, erunt etiã sub accidentib. panis, non tamen eodem ordine, neq. eadem significationẽ, & aliqdo, ut tempore Mortis Dñi illa erant seiuncta & diuisa q.a sub accidentib. panis non erat nisi Corpus, & sub accidentib. Vini nõ erat, nisi Sanguis: Fuit & alia ratio talis institutionis., Quia n. mortẽ Corporis, & effusionẽ illius pretiosissimi Sanguinis redẽpti estis, seorsũ instituit Sacramentũ, quo significaretur Mors illius Corporis, & seorsũ, quo significaretur effusio Sanguinis.

Am. Tunc ego: ex hoc pspicio, melius esse comunionẽ accipere sub utraq. specie, ut Greci faciunt, quam sub una solum, ut Latini.

An. Respondit: Conficere oportuit sub utraq. specie ut Grecũ, & latinum sumere non oportuit, nisi conficientem sub utraq. specie; sed quę institutio sit melior Greca, uel latina; Greca in hoc melior est, quia dat xpiano integrũ alimentũ, & integram redẽptionis memoriam, Latina uerò melior est alia rationẽ, quia tanto populo nõ poterat Sanguis tam crebrò dispensari sine periculo effusionis; Satis g.o fuit laicos, & Clericos nõ Sacerdotes, imò & Sacerdotes nõ conficientes, sub speciebus tantum panis sumere, presertim ex quo ibi sunt oĩa.

Duplicem aut modū redēptionis satis est recolere adorando xp̄um sub duplici specie; Qui g. in hoc latinos errare aiunt, ipsi errant, neq; Greci errant, neq. latini. Et certè Pastor futurus ordinabit, quod quilibet xp̄ianus quandoq. sumat hunc cibum sub utraq. specie.
Neq. congruū est, ut Pueruli parvuli omnino ratione carentes hunc cibum sumant, quamvis etiam non sit malū criminale, si ex devotione hoc eis datum fuisset. Peccant tamen qui dicunt etiā Puerulos parvulos comunicare oportere, Aliud est n. eos comunicare propter devotionem, aliud propter necessitatē, quasi aliter salvari non possent; Greci g. sunt in uno extremo, quia etiā Parvulos comunicant, & latini in alio, quia, ut plurimū, nimis tardant Pueris dare comunionē, quia multi expectant annū duodecimū in fęmineo sexu, & annū quatuordecim in sexu masculino, quod peius est. Subito n. ut pueri peccare possunt, confiteri tenentur, & eo anno, quo confiteri tenentur, illo etiam comunicari tenentur, & melius est anō per annū incipere, quā post annos debitū comunicari; Discretio non eodē anō in omnibus est.
Quidam preceptū Comunionis nimis strictè exponunt, & accipiunt, quia dixit Dn̄s: Nisi manducaveritis carnē filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis; Dicunt g. nullū neq. parvum, neq. magnū salvari posse sine comunione, sicut neq. sine baptismo; & nesciūt, quod multi sumunt xp̄um sine sacramento; Sicut n. baptismus est triplex, fluminis, Sanguinis, & flaminis, & multi salvantur in sanguine, & in flamine qui nunq. susceperunt baptismū fluminis, & tamen scribitur; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu s.to nō potest introire in regnum Dei; Qui, videlicet, potest renasci ex aqua, nisi renascatur, non poterit salvari, quia tunc contēneret; Qui non potest, nō tenetur. Qui autē ignorat, & scire non potest baptizatur baptismo flaminis, nam flumen sine flamine nihil valet; Flamen sine flumine valet; Qui non potest scire quid velit Deus, subiciat se Deo, & pro viribus curet facere voluntatē eius, & in ipsum opera sua dirigat, & quantū ratio sibi dictat, exequatur, flamine baptizabitur sine flumine. Sicut g. illa verba de baptismo fluminis habent exceptiones plures, sic & illud preceptū, Nisi manducaveritis; Intelligendum est, Nisi manducaveritis valentes manducare

in

in statu discretionis, & cognitionis, & Nisi manducaveritis spiritualiter, aut Sacramentaliter, non habebitis vitā in vobis. Unde Pueri parvuli, si baptizati fuerint, manducant Corpus xpi, quia uniti sunt corpori suo Mistico, quod est Ecclesia; Quicunq. gratiam Dei habet, ipse in xpo manet, & xpum sumit; & sicut multi Sacramentum sumunt, & non rem sacramti quia non sunt uniti xpo per gratiam, ita multi sumunt rem, & non Sacramentū. Scito, accid.a panis, & vini esse Sacramentū, quia sunt signa sacra presentiæ Corporis, & Sanguinis Dni; Corpus autē Dni naturale est Sacramentū corporis Mistici, & accid.a etiā panis, qui ex multis granis conficitur, similiter & accid.a vini, quod ex multis racemis confluit sunt signa, non solū corporis naturalis, & sanguinis xpi, sed etiā corporis Mistici quod ex multis hominibus constat; Quicunq. hoc sacramentū suscipit, rem etiā Sacramti, vz Corpus, & sanguinem suscipit, sive fuerit dignus, sive indignus, sed si est indignus non suscipit rem aliam, idest significatū aliud, qd est corpus Misticū; ille n. solus suscipit corpus Misticū, qui per fidem, & dilectionē est unitus corpori xpi mistico; Sumere itaq. rem huius Sacramti est unitivū esse Ecclesiæ per gratiā & caritatē. De hoc itaq. corpore Mistico intelligendo preceptū illud est necessarium; Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem; idest, Nisi uniti fueritis corpori filii hominis, quod est Ecclesia, non habebitis vitā in vobis, sed eritis membra amputata, quæ extra totū posita nō vivunt; Ubi vide, qd tam accidentia Vini, quàm accid.a panis designant idem corpus Misticū; Unde in significando remistā secundam sunt Unum; Prima res huius Sacramti est Corpus naturale xpi, qd significant accid.a panis, & sanguinis, quem significant accid.a Vini; Secunda res est corpus Misticū, qd est Ecca, & hoc significant accid.a & panis, & vini, Similiter & Corpus, & sanguis xpi significant hoc corpus Misticū, quia sumenti ea, gratia, & virtutes augentur, quibus magis, ac magis unitur Ecclesiæ, & membris xpi Misticis. Mali q.o sumūt Sacramentū, & rem illam priorem, vz xpi carnē, & sanguinē, sed non sumunt rem illam posteriorem, hoc est unionem membris Ecclesiæ. Boni verò sumunt, & Sacramentū, & utramq. rem Sacramenti, & quandoq. solam rem posteriorē sumunt, nō

sumendo neq. rem priorē, Vz. carnē, & Sanguinē xp̄i, neq. Sacram.ᵐ;
& vnus plus sumit de accidentib, alter minus, secundum quan-
titatē accidentium. Similr vnus plus sumit corporis Mistici,
alius minus, quia vnus plus unitur fide, & gratia, alius minus
secundum dispositionē previam, sed tantum sumit unus, quantū
mille de Corpore, & sanguine Dn̄i, qª quilibet totū xp̄um sumit,
qui tamen non consumitur, sed bene desinit esse tali modo essendi,
qui nunq. desinit esse modo naturali, & secundū quan-
titatē, & qualitatē vnus plus & melius, quam alius.
Hęc que diximus Pastor ille per distinctiones, quęstiones, & exem-
pla facile distinguet. & quia vestri Theologi, maximè iste sub-
tilis (& ostendebat Joannem Scotum cū diademate Beator in capite
& cū laurea Doctor) conati sunt omnia mirabilia huius Sacram.ᵗⁱ
ostendere, esse saltem possibilia, ne Philosophi reprehenderent vos,
eo qd, non solum falsa, sed impossibilia crederetis; Declarant ergo
qualiter possibᵉ sit, duo corpora simul esse, & qualiter corpus ma-
ius in eodem loco cum Minori, & qualiter unum corpus in plurib
locis, & qualiter aliquid potest converti in illud, quod iam est &
fuerat, & est ante illam conversionē, & qualr panis omninò desinit
esse, nec tamen est adnihilatus, & qualiter accidª possint esse si-
ne subiecto, & qualr homo potest ferre, & levare tam magnum
corpus duob digitis tam facile, ac si nulla gravitas in eo esset,
& qualr accidª sola possint nutrire, & ex non substantia fieri
substantia, & qualiter possit tā citò, & in uno puncto tēporis de
cęlo descendere, & qualr ex illis creatur ibi caro noua, & sanguis
nouus; Omnia hęc vestri probant possibilia, & verè sunt possi-
bilia, quia illud solum est nihil, & impossibᵉ quod includit con-
tradictionē.

[Margin: qmo est possibᵉ, ut duo corpora sint simul.]

Sed discutiamus ipsor rationes, & illas, que sunt bone, & que non.
Afferunt namq. arma, non quib offendant, sed quib defendant
ea que credunt; & tota difficultas in hoc consistit, quia Phi-
losophi multa impossibª esse dicunt, que Theologi dicunt esse
possibª & rationes Philosophor soluunt, sed non possunt eis os-
tendere possibilitatē talium veritatum, eo qd Philosophi non
accipiunt illa principia, ex quib ea sequuntur, que tamen sūt
consona rationi. Philosophi n. negant, Deum solum posse oīa
que potest cum alijs, & negant eum agere sicut vult, & sicut

plac

placet liberè, & multa talia, & quod sit omnipotens, qui possit omne illud, qd contradictionē non includit.

Quantum (?) ad Pum mirabile; Quomō est possibe, ut duo corpora sint simul. Dico tibi bonē vir, & capias ut potes, fideliterq. cōscribe.

Duo corpora essē simul, potest intelligi duob modis, Vno modo qd utrūq. sit in eodē loco toto, Vt in loco, in quo tu nunc es, te non existente, sit alius homo æqualis tibi, & quod locus ille utrūq. uestrū circumscribat, & ambiat, & uterq. uestrum superficiē ipsius ambientis, & circūdantis omni exparte attingat, & sensibiliter in loco existat, itaqd & agere possit uterq. uestrū, & pati, & mouere, & moueri. Alio modo, quod unum corpus sit in loco, modo quantitatiuo, & sensibili, attingens ex omni parte circūferentiam corporis ambientis; Aliud uerò sit ibi absq. modo quantitatiuo, non coextēsum partib ambientis, sed sit in loco, non localiter, hoc est non occupans locum, sed habens præsentiā simplicē, tamen realem, eo modo quo habet dum unus Angelus existens in loco eodem, in quo existit aliquod corpus; & hoc 2.º modo est hic Corpus Dñi cum accidentib panis; Accidā n. panis sunt in loco coextensa partib loci, & localiter, quia occupant locum, & circūscripta à loco; Corpus uerò Dñi est ibi sine modo quantitatiuo, quia nō coextensū partib loci, sic, ut una pars eius respiciat unā partē loci, & alia aliam, sed sunt sine ullo respectu ad locū. Esse autē plura corpora in uno loco sine respectu ad locū, Vel unū habendo, aliud uerò nō habendo, non est impossibile; Ratio est, quia tota repugnantia inde prouenire uidetur, quia unum illor occupando, & taliter implendo locū, aliud prò tunc occupare, & implere non potest. Si (?) neutrū implet, & occupat, uel si unū tantū implet, alterū non, nulla repugnātia est. Quod autē corpus possit esse sine ullo respectu ad locū, sic pbatur. Omne prius alio separabile ab illo, potest poni sine illo; Hæc Regula notanda est, quia multa difficilia patebunt clara, illa concessa; Veritas illius Regulæ patet; nā prius nō depēdet à posteriori; & si ab eo, sed, suo posteriori, sit separabile

& distinctũ, habens aliã existentiã ab illo; Cur nõ poterit, saltẽ à prima Potentia, & suprema uirtute, quę est Deus, separari ? Si enim nulla uirtute posset separari ab illo, quomodo prius illo esset, & separabile ab illo ? Regula igitur uera est. Nunc probandũ est, quod Corpus est prius, quã sit in loco, & separabile à loco; habens aliam existentiã ab existentia loci; Quod probatur sic; Si non esset alia existentia corporis, quã loci continentis, sequeretur, quod posito corpore, poneretur locus, illud continens, quod falsũ est, quia primũ Corpus cęleste est, & tamen nõ ponitur locus continens illud, & ambiens, quia tunc nõ esset primũ Corpus: Non igitur eadem res est corpus, & locus eius, sed duę; & corpus est prior res, quã locus eius, hoc est quàm sit positũ in loco; Tunc, si corpus est alia res à loco suo, & est prior illo, igitur separabile est ab illo, & ita aliqua uirtute poterit poni corpus, & tamen nõ poni ille respectus, qui est esse in loco. Est igitur ibi Corpus Dñi hoc modo, quia sine ullo respectu ad locũ, quia neq. circũdatur loco, neq. coextenditur partibus loci, nec occupat locũ, aut implet; habet solumodò respectũ nouum, uidelicet pręsentialitatis realis, quia pręsens est illis accidentibus realiter; omne enim circũdatum à loco, & omne coextensũ loco, & omne replens, & occupans locũ est pręsens loco, nõ tamen omne pręsens loco est replens locũ, & circũscriptũ loco, ut patet de nobis Angelis, qui sumus pręsentes uobis, & rebus sensibilibus, neq. tamen coextendimur eis; Quia igitur pręsentia illa est prior repletione, & circũscriptione, & est alia res, ut patet, quia ut dixi, Nos sumus pręsentes sine circũscriptione; igitur poterit dicta pręsentia poni sine ulla circũscriptione, & repletione. & si poneretur aliquod corpus iuxtà cęlũ empyreũ, illud esset sibi pręsens, nec tamen circundans, aut circũdatũ. Hoc igitur facit Deus in hoc Sacram.to Dat pręsentiã nouã Corpori suo sine illis, quę solent naturaliter concomitari talem pręsentiam ut coextensionẽ, & repletionẽ, & circũscriptionẽ. Hęc ratio benè probat possibilitatẽ; Illa uerò alia nõ ualet, quę dicit,

quod ideo est ibi cũ alio corpore, quia conuersio illa est in substãtiam corporis tantũ, non in quantitate ipsius corporis; Substantia autẽ Corporis xp̃i non repugnat esse cũ illis accidentibus, quia substantia illa ex se nõ occupat, aut replet locũ; Quia g.º quantitas Corporis xp̃i ibi non est per conuersionẽ illã, sed solum concomitanter, ideo non repugnabit sibi esse cũ alio corpore: Sic dicunt sed ratio benè à Vestris improbatur, quia qualitercũq. adueniet illuc quantitas Corporis xp̃i, uel imediatè uel mediatè, semel ibi realr est. Quomõ g.º simul erit ibi cũ aliqua quantitate? nõ sufficiet dicere, quia nõ primò, neq. imediatè aduenit quantitas, ideo potest esse cũ aliqua quantitate. Relinquatur hæc ratio, teneatur illa prior, per quã patet, quod eodem modo corpus magnũ poterit esse cũ paruo, nam & si corpus magnũ nõ possit circumscribi à paruo, neq. ibi comensurari, potest tamen presens esse corpus magnũ corpori paruo; est g.º xp̃i Corpus illis accidentibus presens, sed nõ illis coextensũ, aut comensuratũ, hoc est, ut caput xp̃i sit in capite hostie, & pes in pede, & manus in tali latere, & pectus in medio: &. quamuis Corpus Dñi sit presens illis accidentibus solis, tamen maius est illis, & inequale ipsis.

Alij ex Vestris probant, corpus maius posse esse cũ minori sic: Pars una corporis subintrat aliã, quęcũq. ig.ʳ, etiã minima particula corporis subintrat aliam, & sic, ubi una est, ibi & alię omnes; & quia uni paruę parti Corporis Dñi non repugnat esse cum hostia illa, & omnes alię partes illius subintrent illam, ideo totũ Corpus erit cũ illa hostia, uel cũ illis accidentibus panis. Sed hæc opinio, (si eã sic intelligant, quod una pars corporis sit in alia) perimit, & destruit figurã corporis speciosissimam, & non declarat, quomõ possit una pars subintrare aliam, & sic difficultatis nodus non erit solutus. Si autẽ intelligat, partes corporis esse distinctas, & unã extra aliam, itaquod fig.ʳᵃ corporis nõ destruatur, tamen omnes partes corporis respiciunt eumdẽ locũ simul, itaut illũ locum respiciat omnes alię partes, quem respicit una parua pars Corporis Dñi, itaqd partes sint intersè distinctę, sed respectu loci sint indistinctę; itaqd sicut duo corpora possunt esse simul, sic & duo, immo tres, & omnes partes illius corporis sint simul; Hoc stante,

Quero, aut uolunt, quod omnes partes sint ab eodē loco circūscrip-
tę, & sensibilr in loco eodem existant, aut uolunt quod nulla ibi
sit sensibilr, neq. per circūscriptionem, sed sint ibi modo nō quā-
titatiuo, aut coextenso, & sic hoc secundo modo accipiant, tunc
idem dicunt quod nos diximus, Corpus Dn̄i totum esse ibi pre-
sens illis accidentib, sed non coextensū illis. Si autē p.° modo intel-
ligant, nō benè dicunt, q.ª nulla pars Corporis Dn̄i est ibi sensi-
biliter, aut circūscripta. Sed restat declarare, an id possit fie-
ri, ut duo corpora sint in loco uno utrūq. modo quantitatiuo,
q.ª utrūq. coextēsum, & circūscriptū, & localr existens in loco, quod
est idem, sicut Vetri ponunt de corpore glorioso, qd penetrabit &
faciet se simul cū corpore nō gl.oso ęquali sibi, non minori sē.
& hic uidetur euidenter difficultas, Vt sint duo corpora simul
sensibilr utrūq. coextensū partib loci; illud tamē etiam est possib.e
quāuis imaginatio ura abhorreat, ratio tamen id clarè ostendit,
Si cogitare uolueris, Quid est esse in loco? Esse .n. in loco est cir-
cūscribi à loco, & coextendi loco, & partib eius; Circūscribi uerò
est respectus quidā adueniens corpori, similr & coextendi, hoc
primò notare; deinde considerarè, unū circumscribi nō esse con-
trariū, aut repugnans alteri, q.ª sunt eiusdē speciei. Non g.°
repugnant sicut albū & nigrum. Tertio cogitare, qd qn̄ duo cor-
pora dicuntur esse simul, non dicitur qd duo circumscribi sint in
corpore, & ita illa duo repugnare, non inter sē, sed ratione subiec-
ti, q.ª nō potest esse in eodem subo, sicut neq. duę albedines pos-
sunt esse in eadē superficie. Hęc difficultas remouetur, q.ª ibi nō
sunt duo ubi, seu duo circūscrib., siuè duo extendi in subiecto
uno, sed una extensio est in corp.re uno, alia in alio; nō est g.°
in istis dual coextensionib, aut circūscriptionib repugnantia neq.
ratione ipsar in sē, q.ª sunt eiusdē naturę, neq. ratione subiecti,
q.ª non sunt ambę in subiecto uno; Quid g.° restat? Quarto consi-
derare qd natr loquendo unū circūscribi terminare ad unū locum
circūscribentē, & unū coextendi ad unū locū cui coextenditur, &
aliud circūscribi, aliudq. coextendi, terminare ad aliud locū circū-
scribentē, & coextensiuum; Si g.° possent duo circūscribi, uel duo cir-
cūscripta terminari ad unū locum circūscribentē, tunc possent duo

Corp.ra

corpora circũscribi ab eodẽ circũscribente. Videamus quid est hoc quod dicimus: Talis est sensus; Duo respectus, uel duę circumscriptiones in duob. corporib. existentes nõ possunt terminari ad eũdem terminũ quod falsum uidetur esse, q.a duę similitudines in duab. albedinib. existentes, & duę ęqualitates in duab. quantitatib. existentes termi-nantur ad eãdem albedinẽ, & unã ac eãdem quantitatẽ; Duo n. sunt similes Vni tertio, & duo sunt ęquales alicui tertio. hoc g. est dicere: Duo corpora sunt in loco uno, qd est dicere, Duę cir-cũscriptiones terminantur ad unũ tertiũ; Hoc autẽ ratio ca-pit, & amplectitur, g. & illud, & ita, Quod imaginationi homi-nũ erat ualdè difficile, intellectui apparet facile.

Potest hoc & aliter declarari, accepta tali Regula; Possibile est multiplicari posterius, qd sit alia res, nõ multiplicato priori, sed manente eodem. Hęc Regula est consona rationi, Quia ut sit Vna substantia, & quantitas cũ multis qualitatib. sapore, odo-re, colore, nõ est inconueniens, imò sic est uerè. Similr, quod sit una albedo cũ multis similitudinib. nõ est inconueniens, sed possib.e nã albedo est prior, quã similitudo, & alia res à similitudine; Potent g. esse ut sint multę similitudines, & una albedo, uel scientia, sicunt dicũt illi Philosophi, qui ponunt in una albedine tot similitudines quot sunt albedines extra illã; Patet Regula, neq. potest negari, nisi ab illis, qui dicunt nullo modo duo accidentia eiusdẽ speciei esse posse in eodẽ sub.o simul, Quę opinio benè à Vestris improbata est. Tunc di-camus. Superficies concaua prior est, quã circũscribat cor-pus, & est alia res à corpore circũscripto; patet q.a corpora circũscripta adueniũt & recedunt, manente eadem superficie alicuius uasis; Si g.o superficies alicuius uasis prior est quã ambiat, & amplectatur corpus aliquod, & est alia res ab illo corp.re, & ab illa circũscriptione, Cur nõ possumus intelligere ut sit una superficies, & duę circũscriptiones in eãdem fundatę, & ad duo corpora circũscripta terminatę? Et hoc est, duo corpora esse simul in eodẽ loco, quodest, superficiẽ unam habere plures circũscriptiones ad duo corpora circũscripta: Sed an hę rões benè probentur, relinquo iudicio illius Pastoris in reg.ne illo.

certe

Certū est, qd si duo corpora esse simul nil aliud esset, q. duo respectus in eadē superficie ut illa ratio posterior deduxit; vel esset ratio ista, q.a duo respectus in duobus corporibus existentes terminarentur ad eandē superficiā continentē, facile illud intelligeretur.
Sed alia difficultas, quam ipsi fugiunt, neq. aspicere volunt, quia nec soluere sciunt, & est talis. Inter latera continentis vasis, si nihil esset, tunc inter illa latera uacuū esset; Corpus g.o inter latera positū, facit, ut inter latera sit plenū & non uacuum; Corpus g.o circūscriptū facit latera continentis distare, & implet illa omni ex parte attingendo, & illud corpus totaliter implet, & totaliter faciet latera distare; Si g.o in eodē spacio poneretur aliud corpus, illud etiā totaliter impleret, & faceret latera continentis distare, hoc aūt est impossibile, & contradictionē includit; Nam & si unū corpus totaliter occupat locū, & totaliter implet, aliud nullo modo implebit, aut occupabit, quia si ponatur etiā aliud corpus, impleret locū, aut g.o totaliter implebit locū, aut ex parte, si totaliter g.o illud corpus, qd implebat totaliter, nullo modo implet, g.o exiuit de loco; vel si ibidem est, & nullo modo implet, & nulla ex parte occupat; Ubi uides manifestā contradictionē; Si uero illud aliud corpus ponatur, implere locū ex parte, qui locus alio corpore iam est plenus; tunc primū corpus non implebit totaliter, & ita omnino erit contradictio; Non g.o uno corpore implente, potest aliud simul implere, nisi impleat partem unā, aliud aliā. Esse aūt in loco localiter & modo quantitatiuo, est implere locū, & occupare, & facere latera eius distare, attingendo illa ex omni parte:
Non possunt itaq. duo corpora in uno loco simul esse, q.a tunc utrumq. impleret totaliter, & ita neutrū impleret. Sed quod utrumq. sit in loco, nō implendo locū, & modo non quantitatiuo, quia nō coextendendo partes suas partibus loci, nō est inconueniens; ac etiā si unū sit in loco modo naturali, & quantitatiuo, aliud uerò nō localiter, imò & multa alia non localiter simul cū illo, nullū inconueniens est; prius n. est presens corpus, quàm coextendatur, & prius quā impleat, aut occupet; & presentia corporis est quasi causa talis impletionis, commensurationis, & occupationis.
Potest g.o Deus conseruare presentiā corporis ad locū sine tali impletione, sicut potest conseruare calorem sine calefactione, etiam

dato calefactibili, et approximato, sicut fecit in camino ardenti trium puerorum. Si ergo corpus gloriosum fuerit cum alio corpore, oportebit utrum illorum ibi esse non localiter, et hoc erit propria virtute Dei, non alicuius qualitatis creatae, ut aliqui somniant Corpus gloriosum per dotem subtilitatis se posse facere praesens alicui loco, in quo existat aliud corpus: Divinus Dei est iste: Sed illi qui dixerunt, dotem subtilitatis auferre grossitiem corporis, bene dixerunt, sic intelligendo: Quod corpori talis animae sic merita habenti, Deus dat ut cum voluerit possit esse cum corpore non glorioso sine modo quantitatiuo, hoc est auferre grossitiem, scilicet facere ipsum quantum, existens sine modo quantitatiuo.

Sed quidam qui est nobiscum eiusdem Ordinis arguit contra illum sui ordinis qui dixit: Quod dos subtilitatis aufert grossitiem a corpore glorioso, et arguit sic; Ubi est corpus gloriosum, ibi est corpus sensibile, et ubi est corpus sensibile ibi est locus plenus, quia falsum est dicere, ut locus, in quo est corpus sensibile sit vacuus; Si ergo locus est plenus, sequitur, quod corpus gloriosum implet locum, et habet grossitiem, quia aliter non impleret, aut occuparet locum.

Nos itaque respondemus, quia studio Theologiae multis annis vacauimus, (et hoc dicens subrisit): Corpus gloriosum est corpus sensibile, non tamen semper sentitur; Unde quando cum alio corpore est non quantitatiue, tunc non sentitur, alias tamen sentitur. Accipe quae dico, et scribe: Corpus gloriosum est corpus sensibile; et quando est in loco repletiue, tunc naturaliter sentiri potest, quia potest similitudinem coloris sui transfundere ad sensus circumstantes; Quando vero est in loco non repletiue, tunc naturaliter sentiri non potest, quia eo modo stando, non potest transfundere species sui coloris per medium ad oculos circumstantes, quia non existit in illo medio, ut in loco, cui coextendatur. Deus tamen potest facere sua virtute, ut illae species transeant concatenatim ad oculos circumstantium, et sic potent illud corpus videri. Sed quid si ad momentum non viderentur corpora gloriosa, quando scilicet sunt cum aliis corporibus, Nam in caelo empyreo videbuntur et erunt in locis suis distinctis, neque cum alio corpore, prout tibi dixi, quando de illo caelo tibi sermonem feci. Non ergo Corpus gloriosum caret grossitie in se, sed quando est cum alio corpore habet se per modum carentis grossitie, ex quo non replet locum. Quando ergo Christus natus est, in egressu ex utero, ne claustra uteri Virginis aperiret (exiuit enim

per clausã portã) fuit simul cũ carne Virginis Matris, sed dũ erat in utero, fuit in loco modo quantitatiuo, & egrediendo, usquequo peruenit ad ostiũ Virginale, semper erat in loco, sicut alij Pueri, & eadem uirtute exibat, & enitebatur qua & alij infantuli; Sed qdo fuit cum carne Matris simul, tunc anima sua mouit corpus illud illo motu, qui non est organicus, sicut potest moueri à seipso in Sacramento, imò potest mouere & ipsũ Sacramentũ; Mater g. dum effudit usq. ad locũ illũ uirtute propria; Quando erat in loco non localiter, tunc concurrente uirtute Dei speciali, & animę illius naturali, lumen æternum Mundo effudit Iesũ xpum Dnm nostrũ.

quomo xpus egressus est ex Virginis utero.

Scito quoq., quod Deus concedit Corpori glōso, ut possit in quacunq. figuram, & quantitatẽ redaci, quę non repugnat Corpori organico, & talis figura, uel quantitas non causatur in corporibus illis ab aliqua passione nimia, Vt quod à nimio calore rarefaciat & à nimio frigore condensetur, sed uirtute Diuina, Vnde talia corpora possunt transire per ualde strictiora loca, quã corpora nra, & hoc potest dari cuicunq. corpori, etiã nõ glōso.

Discutiamus nunc, quomodo unũ corpus possit esse in pluribus locis; & est Vna ratio illorũ, qui dicunt, hoc fieri posse, qdo in tale corpus aliquid conuertitur, aliter non, sicut in hoc Sacramento, in quo in Corpus Dni conuertitur panis; Quę ratio nõ ualet, quia, ut iam dixi tibi, nihil panis in corpore Dni translatũ est. Quid g. iuuat potentia Dei, ut cũ conuersione possit, sine conuersione nõ possit? forsan presentia panis impedit diuinã potentiam, & absentia eam iuuat, & ei confert? Certè nihil. Sicut g. Corpus Dni incipit esse cũ accidentibus panis virtute Diuina ita uirtute illa potest esse, & incipere esse cũ ipso pane. Vnde absolutè concedendũ est, Diuina uirtute, Vnũ corpus in pluribus locis simul esse posse, & modo quātitatiuo, & nõ quantitatiuo, stante ueritate Regulę superius dictę, Vz. rem priorem, quę sit alia res à re posteriori, posse conseruari eandem, multiplicata, & plurificata rẽ posteriori; Sed corpus in se est rẽs prior quã sit presens loco, uel impleat locũ; patet, quia non esset presẽs neq. impleret, nisi prius esse intelligeretur; & est res alia, patet,

quomo Vnũ corpus potest esse pluribus in locis.

quia, manente re illa, talis presentia, & repletio amitti potest; sequitur, quod Deus possit facere, ut manente eodē corpore multiplicetur pñtia eius, & repletio; Quando n. replet, tunc est in loco natr, & sensibilr; qdo solum presens est, Vt in Sacramēto, tunc est in loco, nō localiter, neq. sensibilr; neq. facere corpus in pluribꝫ locis sensibilr habet euidentiorē difficultatē, quā facere illud presens pluribꝫ locis insensibilr; Imō hoc posterius ad cogitandum uidetur difficilius, Vt sit in pluribꝫ locis, & nō localr. Hic n. sunt duo difficilia, Vz, esse in pluribꝫ locis, & 2.° esse in loco non localiter; in alio est solum una difficultas, Vz esse in pluribꝫ locis; Non immerito mirari potestis, quomō aliqui docti Viri concedunt unum corpus posse esse in pluribꝫ locis non localiter, & nō posse esse in pluribꝫ locis localiter; & omnes rationes eoꝝ, & oīa inconuenientia que adducunt possunt facile solui, & soluta sunt, imō possent concludere contra pluralitatē locoꝝ, in quibꝫ ponitur Corpus Dñi nō localiter, nisi q.ª tali modō existens non est in loco localr, tamen presentie eius sunt multiplicatę; & quia Vestri bene hoc discusserunt, pretermitto, quia & ille, pro quo hęc facimus, ea in uestris libris uidebit.

Quantū ad quartā difficultatē superius satis ostendimus, qualis sit conuersio ista. Quo bene intellecto, nulla difficultas est intelligere aliquid posse conuerti in preexistens; Sed unū est hic uidendū, Verum, Vz posset teneri illa opinio, quę istā conuersionē sic declarat. Dicit n., Deum posse agere in materiā primam ut est prior omni forma, itaut eam in se attingat ut nudam, & hoc clarū est; Deinde dicit, quod materia sic nuda accepta est omninō in se distincta; 3.° dicit, qd sicut Deus potest formā destructā in eadem materiā iterū inducere, ita pot eādem formā in quacunq. materiā inducere. Ergo anima xpi, in proposito, potest inducere in materiā panis huius, & illius, & cuiuslibet alterius, nō educendo eā de corpore suo, & sic anima Dñi informabit plures materias simul. 4.° dicit, qd ad eādem formam numero sequitur eadem materia numero, hoc est, in quibꝫ est una forma in illis est una materia; q.ª materię distinguuntur per formas; Sed aīa xpi est una forma, & est in materia sui Corporis, & in mat.ª panis, & sic illę Materię sunt una mat.ª, Vbi g.° est una forma, & una mat.ª, ibi est unū corpus. Sed hęc opinio est bene improbata à Vestris, q.ª materia panis, etiā nudè accepta, est alia portio materię ab illa, quę est in Corpore xpi, & quę est in alio pane, ideo si

4.ᵐ conuersio inequalis si[...]

si forma, etiã eadẽ, inducatur in matª panis nuda, nõ erit ppter hoc hęc portio materię, illa alia portio, & ita nõ omninò hoc corpus erit illud corpus; Deinde nõ sufficit huic materię uniri animam sed oportet sibi coniungere formã carnis, & ossis, & nerui, aïa .n. non est forma imediatè perficiens materiã, sed praesupponit alias formas perfectibiles per eam, quę est forma corporis organici ad uitã tendentis, nõ a uita recedentis; qª natª ita fit, qd nunq. corpus organicũ ad uitã tendens manet sine aïa per aliquod tempus, quando tamen a uita recedit, tunc manet per tempus corpus organicum sine anima. Si gº matª panis remanet, quomodo dicitur panis transubstantiatus totus, ex quo aliquid substantię eius remansit? Et quomo saluabitur, ut aïa xpi nõ sit mutata quę incipit esse forma huius materię, quam prius nõ informabat? Et quomo saluabitur, quod nihil panis remansit in Corpore Dñi? Et si dicat, qd illa matª est omnino eadẽ cũ matª Corporis xpi, tunc in illa non inducitur anima xpi, qª iam inducta est; Quomo gº iã diu inducta, nunc in illud inducitur in quo manet? Non sunt intelligibilia ista.

Teneas gº & conscribas; Hanc transubstantiationẽ aliud non esse, nisi, ut tibi dixi, substantiarũ translationẽ, potestate diuina; Ut ibi sit Corpus xpi cibus animę, ubi erat panis cibus corporis, quod xpi Corpus est etiã panis; qª noïe panis omnis cibus intelligi potest. Quia gº Corpus xpi est cibus, ideo & panis est. Et quia cibus animę est, ideo & panis spūalis est; Et quia uirtute illius cibi peruenitur ad regnum cęleste, ideo panis cęlestis est. Et qª coniunctus est Filio Pris, qui in cęlis est, ideo est panis, qui de cęlo descendit; Et qª unitus est illi qui solus ęternaliter uiuit, & homines sui sumptione per grãm uiuificat, & gloriã, ideo panis uiuus est, sicut Ipse ait: Qui manducauerit ex hoc pane uiuet in ęternũ; Et qª non sicut panis corpus nutrit ad uitã mortalẽ, sed ad imortalem, & non auget uentrẽ, sed mentẽ, ideo panis uerus est; Quod .n. ad momentum confortat, nõ uerè cõfortat, quod autẽ perpetuò confortat, illud uerè confortat.

[margin: ...nuenientię ...minũ Eucharistię.]

5m

[margin: ...io panis ...on anihi- ...atur. ...ª ratio.]

De quinto scilicet: Quare panis nõ sit adnihilatus, satis abundè dictum est: Et tres Rationes assignari possunt. Pª est, quia qdo alicui succedit melius, nõ dicitur illud destructũ, sicut & uni Philosophi dicunt;

Id

qdo ex aqua fit aer, tunc esse generationē & non corruptionem; qdo uero ex aere fit terra uel aqua, tunc esse corruptionē. Ita in proposito; si ubi Corpus xpi desineret esse, ibi panis inciperet esse, tūc Corpus xpi fuisset adnihilatū, q.a nō melius, sed deterius sibi successisset. Ita nunc; Quia pani succedit melius, panis nō est destructus, non q.a aliquid eius remansit, sed q.a melius successit; & secundū hunc modū loquendi, ad hoc ut aliquid sit adnihilatū, nō sufficit ut nihil eius remaneat, sed oportet, ut ei melius nō succedat. 2.a Ratio est quod panis ille nō est adnihilatus, q.a ipsius accid.a, quib. informabatur & erat aptus informari, remanserunt. 3.a Ratio est, q.a & si panis desineret esse totaliter, itaqd etiā accid.a desinerent esse una secum, nō tamen desineret esse ratione istius conuersionis, ut diximus. 2.a ratio 3.a ratio

Videamus aliquid de 6.o mirabil. Quomo accid.a possunt esse sine subiecto ullo. Aliqui ex Theologis qui nobiscū fruuntur Deo crediderunt, qd accid.a haberent idem esse quod habet subiectū eorū; & nō perpendebant, qd essentia, seu natura alicuius rei non est aliud quam suū esse; & esse rei nō est aliud, quā natura ipsius rei, ita qd esse nō addit homini, seu naturę humanę, nisi respectū ad causā hoc est, q.a illud solū dicimus esse, quod est in rē productū; uel melius; Illa natura dicitur esse, cuius essentia est extra causā, & extra intellectū, Unde esse hominis nō est aliud, quā corpus tale uniri formę tali, quę unio sit extra mentē & causā. Res n. dicitur esse in causa sua, sicut filius in lumbis patris sui, in mente per similitudinē sui; qd g.o est extra mentē, & causā, dicitur habere esse simpliciter & absolutē; Si g.o esset idem esse subiecti, uz substantię, & accidentis, sequeretur, qd esset eadē essentia & natura substantię, & accidentis; quod est falsū. Dicunt g.o aliqui, qd destructa substantia, destruitur esse ipsius, & itaetiā esse accidentis destruitur, ex quo illud esse totius substantię erat esse accidentis aliquo mō, q.a illud esse subst.ę nō primo conuenit accidentib. sed ex consequēti; Destructa g.o subst.a deberet destrui accidens, sed hic nō destruitur, q.a Deus dat accidenti non unū esse, per qd tunc est sine subst.a & quia hęc dixit amicus nr, quę etiā exponi possent pro honore eius, ille tamen, qui hoc adducit, quem Regina nra multū diligit q.a eam publicē defensauit, illa iunxit solum, quę reprehendi poterant, nō illa quę comendari possunt, & non sine ratione, nā rationes bonę dimittuntur tanquā bonę, malę, uel minus bonę reprehenduntur, ut pretermittantur.

6.m mirabi Q.mo accid.a nōt sine st

Thomas gaudet de uictoria Scoti.

Ille etiā Doctor etiā decretus Virg.is (qui quāquā sic ea dixit, et corde ita tenuit, tamen cū suspicione, ne forsan fidei repugnaret, quod non repugnabat, Qui nunc non minus gaudet de uictoria illius; imo semper desiderauit illam uictoriā) adducit alias uoces, quo pacto sit possibile accid.a persistere sine substantia, et ratio sua est talis, Quia Quicumq. facere potest causa 2.a uel 1.a per secundam, facere potest 1.a sola. Hoc si aliqui Philosophi negauerint, tamen uerū est, et à multis conceditur, et credo mihi, ab omnibus est concedendū. Quia 1.a causa nō indiget uirtute alterius causę. Tunc n. nō esset Deus sumā et perfectis.a res in se, si indigeret alia rē a se; Si g.o accid.a persistunt in substantia creata ea conseruante, quarē nō poterūt manere, solo Deo conseruante; qui potest solus omne qđ potest aliud, uel Ipse cū alio? Et hęc ratio sufficit in ea parte, qua dicitur accid.a conseruari, uel foueri à substantia. In quantū uero subst.a est subiectū et causa materialis accidentiū, adhuc nulla est impossibilitas, ea esse sine substantia. Hoc patet, presupposita Regula superius dicta. Omne prius alio, si sit alia res ab illo, conseruari potest sine illo; Sed accidens, ut albedo, uel superficies est prius aliquid in se, quā inhereat subo. Non n. potest intelligi ut inhereat, et nō preintelligatur illud quod inheret. Et albedo est alia res ab inherentia; quia albedo est qualitas, inherere est relatio; poterit g.o albedo et linea esse, neq. tamen inherere alicui substantię; et hoc, illa uirtute, cui nullum uerbū est impossib.e potest, ut probauimus, accidens sine subiecto esse. Qui g.o dicunt, qđ Deus dat accidentib. quādā uirtutē supernatem, per quā possunt per se, et seorsū esse; si intelligunt de aliqua uirtute i. forma supernali eis impressa, nō bene sentiunt, q.a sicut substantię nō potest dari aliqua forma, ut inhereat subiecto, sic neq. accid.a ut per se subsistat, sine ut sit substantia. Si autem intelligant qđ accidenti datur uirtute Dei supernali, ut possit existere sine subiecto, nō quod sit substantia, sed qđ ab illa seorsū existat, uerum est et bene dicunt.

7.m De 7.o mirabil. satis dictū est, Vos nō mouere, neq. eleuare Corpus Dni; sed uirtute ipsius xpi mouetur ex pacto, hoc est quia pepigit fędus uobiscū, ut ubicumq. uos posueritis accid.a, ibi Ipse faciat presens esse Corpus suū et sanguinē, Vnde Vos nō mouetis, cū per se, neq. proprie per accidens, sed ualde improprie per accidens, quia solo beneplacito uoluntatis Diuinę se illo modo transfert.

De 8.° ^quoq. mirabil. multa dicta sunt circa, et sufficienter, et que aliter dicunt repetantur. 8.m

De 9.° mirabili patet, quod nd transit per mediu, neq. amittit locum naturale, et acquirit aliu nd localem, simeltr manens cu his accidentibus incipit esse cu illis, plurificantur partie, corpore manente eode. 9.m

De mirabil. X.° dictu est, Quod aliqdo propter consolatione hominum Deus accid.a illa convertit in carnem, que stat in loco localr sicut et accid.a stabant, et aliqdo in sanguine, neq. tamen caro illa est caro xpi, neq. sanguis ille est sanguis xpi. Quomo aut ex accidentibus illis fiat substantia, dictum est. Neq. dicendu est, quod ibi appareat caro et non sit caro, q.a in multis locis apud Vos talis caro, et sanguis remansit, et adhuc ostenditur; nunq. tamen creavit, aut formavit puerulum, qui vere puerulus esset humane speciei. Omnia q.e que miranda videntur, et sunt, Divine virtuti sunt possibilia et facillima, nihil sibi difficile, neq. per consequens difficilius. X.m

Multa sunt mirabilia in hoc Sacram.to, que nos Angeli etia admiramur, et Deu potentissimu magnificamus. Et Dum Gabriel hec mihi diceret, audivi subito vocem Angelor multor hoc canticu cora Deo canentiu, Michaele precipue ita incipiente: V3.

Quis ut Deus nr; quis tibi Deus potest esse similis? Angelor cantus et Dulcus Jug... [illegible]
Magnus nobis apparuisti, quonia oia ex nihilo creasti,
Imensa virtus illa fuit, que Dei verbu carnem fecit,
Magna est Deus tua potentia, infinita est tua sapia
Laudamus te, et exaltamus, confitemur, et magnificamus,
Beati nos qui te diliximus, et luciferi monita contepsimus
Te adoramus in seculu, te glorificamus in eternum.

Quis, ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Qui propter homine humanitate assupsisti, et ea pro ipsu deposuisti,
Qui tuos semper dilexisti, et in fine eis nimiu amore ondisti,
Cena lautissima preparasti, et miranda nobis ostendisti,
Cui cu Aplis, et nos interfuimus, et virtute tua conspeximus,
Stupenda, et incognita vidimus, et Te Dnm nostrum magnificavimus,
Teq. iugiter laudamus, et in eternu glorificamus.

Quis ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Cum suis Discipulis sedebat, venerandis manibus panem tenebat,

Oculos ad celos leuabat, Patri omnipotenti grās agebat,
Panē deinde aspexit, & clara uoce dixit:
Vertatur panis terrestris in celeste, cibus corporis in cibū spūs.
Panis sudoris & maledictionis uertat. in panē quietis & benedictionis;
Ipse mandauit & creata sunt, ipse dixit, & facta sunt.
Quis ut Deus nr.? quis tibi Deus potest esse similis?
Dictis illis uerbis, ecce uidimus mentib. nostris,
Panem inde abscedere, Corpus Dni illuc sine motu accedere,
Panem esse desinere, accid.a oia integra remanere;
Soluta est ingens collatio, dissuta est mira connexio;
Totū xpum uidimus simul cū illis accidentib.;
Rex inclitus uestitus sedebat, seq. ipsū sine uestib. tenebat.
Quis ut Deus nr.? quis tibi Deus potest esse similis?
Presens accidentib. totus erat, neq. eū locus claudebat,
Magnus cū paruo manebat, nec loco coextensus erat,
Adstabamus, & mirabamur, obstupebamus, & uenerabamur,
Accid.a illa frangebat, sub qualibet particula totus erat,
Angelis [illegible] Se totū unicuiq. dabat, & manu propria porrigebat,
Accipe, & comede singulis dicebat, hoc est Corpus meū asserebat.
Quis ut Deus nr.? quis tibi Deus pot. esse similis?
Calicem vini limpidi accepit, & uenerandis manib. strinxit,
Oculos sursū erexit, iterū Pri omnipotēti grās egit,
Calicē statim inspexit, & uoce aperta dixit:
Vertatur vinū uitis terrestris in sāguinē uitis celestis,
Potus cordis letificatiuus in potū anime uiuificatiuum,
Dixit & factū est, mandauit, & conuersū est.
Quis ut Deus nr.? quis tibi Deus pot. esse similis?
Prolatis uerbis illis, mox affuit totus Dei sanguis,
Corpus, in quo erat unitus, nec animam suam sedē deseruit,
Sed prius uinū recessit, statimq. sanguis accessit,
Vinum esse desijt, accidens eius integrū remansit,
xpus totus ibi erat, neq. vini accidens discedebat;
Accid.a uini ibi erant, nulliq. substantie inherebat.

quis

Quis ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Accidentium plus unus q. alius sumebat, sed totū xpum in se traiiciebat,
Unicuiq. de Calice dabat, singulis ita dicebat,
Accipe, et bibe, Hic est Calix sanguinis mei, vide
Nunc in Calice manet, et Corpore, cito pro nobis effundetur,
Remissionē peccator. accipietis, et in omni uirtute crescetis,
Corroborabit vos, non cadetis, cadendo uelocius surgetis;
Quis ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Ex adipe frumenti hominem cibasti, panē Anglor. eos satiasti,
Sacerdotes discipulos instituisti qd eis ita dixisti:
Hoc quod ego nunc feci, vos in memoria mei facietis,
Audiuimus Petrū dicere, ista homines nō posse facere,
Cui Tu respondisti, et nulla creatura id facere posse dixisti,
Solus Deus hęc miranda facere ualuit, nulla creatura unq. potuit
Quis ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Petrū corā omnib. instruxisti, sed prius interrogationē eius expectasti,
Si nos ista facere nō possumus, ig. Magister sapientissime iubes ut faciamus,
Illa vos facietis respondisti quę potestis, ego perficiā quę uos nō potestis,
Panē in manib. accipietis, et ita, accepto pane dicetis:
Dns pridie q. pateretur panē accepit, et oculos ad cęlū leuauit
Gras Pri egit, dicens: quęcunq. dixi et feci, facietis.
Quis ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Totum xpum Dei filium in pectorib. singulor. cernebamus,
Accida. illa Altari uidebamus, ex eis Sanguinē gnari inspiciebamus,
Sanguinē seorsū uidimus, et corpus mortuum sub accidentib. inspeximus,
Sanguinem iterū copulari, et glorioso Corpori uidimus uniri,
Corpus anima iterum ornatum et oī gloria et honore uidimus decoratum,
Hęc sut admiranda, et oī ueneratione prosequenda;
Quis ut Deus nr? quis tibi Deus potest esse similis?
Stupenda et incognita uidimus, et te Dm nostrū magnificamus,
Laudamus te, et exaltamus, confitemur et glorificamus,
Beati nos, qui Te diligimus, et Luciferi monita contempsimus,
Beati nos qui obediuimus, quia in Exultatione semper erimus,
Te Deū omnipotentē adoramus in sęculū, te glorificamus in ęternum,
Tibi nos iure seruos submittimus, ciuem nobiscū hominē tibi comendamus.

Hoc auribus meis suauissimo cantu expleto, Gabriel ad me iterum accessit (nam et ipse cum Michaele et alijs canebat) dixitque mihi: Tu audisti canticum hoc admirandum in quo huius Sacramenti omnia, quasi præcipua, et mirabiliora mysteria ponuntur; et quamuis Deo ex laudibus nostris nihil accedat, quia Ipse sibi est bonum sufficentissimum, accedit tamen nobis qui Ipso in omnibus indigemus. Laudamus Deum ingentia mirabilia opera eius recitando, explicando, et more nostro cantando; illa non conferunt ad lætitiam nostram, sed lætitia illa quæ de Visione ac eius fruitione procedit, nulli comparanda est lætitiæ. Quando Deum glorificamus, placet sibi, non ut ipse intumescat, aut inflatur, et exaltetur, sed ut nos intumescamus virtutibus, inflemur donis eius, et exaltemur muneribus; Non dico istud, carissime, ac si virtutes, dona, et beatitudines essent alij et alij habitus in nobis, ut aliqui hominum, etiam illorum, qui nunc sunt nobiscum beati, putauerint, sed quia idem habitus in gradu tali est solum virtus in ampliori donum, et in ampliori beatitudo, aut fructus Spiritus; semper tamen ille habitus, in quocumque gradu capiatur, virtus est; Omnes quia illi habitus sunt habitus virtutum. Sic ergo nos de uniuersis mirabilibus, quæ fecit Deus, Ipsum magnificamus, et glorificamus, et tibi hæc sunt reuelata ut ea conscribas, ad hoc ut omnes homines magnificent Deum nostrum eisdem psalmis, et hymnis, et canticis, quibus et nos Angeli Ipsum magnificamus, et in sempiternum magnificabimus. Sed ualde delectabiliores sunt in lingua nostra quam vestra, et in uestra etiam fient delectabiliores tempore illo felici quando apparebit Pastor bonus, qui hæc omnia cantica distinguet in Psalmos et hymnos, et quando cantari debeant, ordinabit. Venient enim nuptiæ Agni, in quibus exultabitis lætitia inenarrabili.

Ecce audisti miranda, quæ fecit Deus in hoc altissimo Sacramento; quod omnibus alijs sine comparatione excellentius est. Primum, et maximum Mysterium est Incarnationis, 2^m^ est hoc; et uere hic etiam tot miranda occurrunt, quod uidetur æquale Mirandis Incarnationis: Bene actum est, ut sollemniter feria V. post octauam Pentecostes celebraretur, quia propter Domini passionem in suo die celebrari sollemniter non poterat. 3^m^ Mysterium fuit Resurrectio Domini; Tunc enim anima Corpori reunita, et Sanguis corpori coniunctus, et Deitas humanitati copulata permansit; Tunc iterum Deus factus est homo, sepulchrum penetrauit, suum Corpus dotibus beatitudinis decorauit. 4^m^ locum inter Mysteria fidei occupat

tenet Ascensio Dni; Tunc .n. conscendit super oes celos, & humanitatē suā in regionem longinquā conduxit, quę tamen regio, ut alias tibi declaraui, est corpori nro conuenientissa; sic .n. eā disposuit Deus sublimis & benedictus in secula. 5.m locum tenet Mysterium Natiuitatis Dni; de qua superius diximus; sed uos illud maiori ueneratione celebratis, quia tunc ad mentem, totā Filij Dei incarnationē reducitis. Vobis .n. de manifestis iudicāđ est, nō de occultis; Incarnatio uobis fuit occulta; Natiuitas uerò manifesta, ideo in 2.a natiuitate manifesta recolitis, & priorē natiuitatem imanifestam; sed nobis Angelis, ita fuit manifesta incarnatio, sicut, & Natiuitas. Recolite igr. hęc Mysteria & facite in xpi Dni comemorationē hęc omnia; Non poterat quicq. Vobis donarē maius se ipso Ipse donator, Ipse, & donū est. Grās agite Deo Trino, & Vni, qui tantū genus uestrū amauit, tam diligenter salutē uestram procurauit; Tam mirabilr uos dignificauit, & exaltauit.
Nunc tu reuertere ad locū undē raptus es, & cibum corporis sumē, quia nondum uenit tēpus resurrectionis tuę; sed omnia, quę Deus disposuit tibi reuelare conscriptis, & in Volumine uno redactis, puluis tuus reuertetur in terrā suam, & spūs reuertetur ad Deum qui fecit illum; Deum adora, & genitricē eius, toti Societati Cęli reuerentiam exhibebis, quia omnes te amant, tibi bonum operant. Vale vir Dei. Dum (g.o adorarem, Angelum nō uidi; & subito me uidi esse in cellula mea, & Cauernę aperui ostium; Fratres comparuerunt, quia dies Dominicę Resurrectionis erat, Meq. ad Refectorium ad sumendum solito cibum inuitauerunt, & adhuc quasi attonitum, & in extasi positum, Conduxerunt.:.

Finis Cęlis (?) Raptus.:.

Caputs septimus

De S.ma Triade.

Octaua Resurrectionis Dñi nri Iesu xpi, dum feruenter orarē in camera mea Deū meū, Raptus fui in spiritu, et uidi Dñm sedentē super solium excelsū, et eleuatū, et uidebam in eodē loco tres personas, S. Patrē et Filiū, et Spūm sanctū, itaq non tenebat Pater Filiū in sinu, aut gremio, neq à dextris, aut sinistris, sed ubi erat Pater, ibi et Filius, atq Spūs S. pariter erat; Quod à nobis intelligi potest, figurari et fingi non potest. Nos n. ipsas Personas pingimus separatas loco; illę autē, quādis in nullo loco sint circumscriptiuē, tamen in omni loco sunt presentialtr, et ideo ubi est Pater, ibi est Filius, et Spūs sāctus.

Erant autē in circuitu Throni duo Seraphim, et erant sex alę uni, et sex alę alteri: duabus caput uelabant, duabus pedes, et tibias, et duas quasi ad uolandū extensas habebant, et uoce magna clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus sabbaoth; et erant illi duo Seraphim, Uriel, et Barchiel. Stabam itaq stupefactus, sentiens tamen non paruā consolationē intus in anima mea. Tunc accessit ad me Gabriel Angelus, dixitq mihi: Hęc uisio ideo tibi monstrata est, ut hominibus per tuam scripturā notū facias Mysteriū absconditum S.me Trinitatis, ut Pastor futurus sciat determinare quid, et qualiter tenendum, atq credendū sit, et Quę uestras opinionū uera sit, quę uè falsa; ut remoueantur a uobis altercationes et schismata, et uarietates opinionū. Et in hac die Deus hęc tibi reuelare uoluit, in qua apud uos in Missa legitur: Tres sunt qui testimoniū dant in cęlo Pater, Verbū et Spūs S., et hi tres unum sunt.

Firmiter itaq credendū est, et nullo mō dubitandū, Quod sicut uidisti, Deus omninò unus est, et in sua Deitate nullo modo diuisus est, aut plurificatus, tamen ipsa sūma unitas Deitatis stat in trinitate, immò necessario coniuncta est trinitati personar. Tres sunt Personę, et omninò unica Deitas; Et quia Deum esse et unū Deū esse, satis apud uos notū est, neq in hoc est altercatio, nil tibi de hoc dico: Dicā illud, in quo uestri confligunt et decertant, De unitate Deitatis; postea tibi declarabo magnū Mysterium Trinitatis.

Dico tibi magnam altercationē inter uros Theologos esse, Quomō

Deus

Deus sit omninò una res in se, & tamen in Ipso ponitur veritas, bonitas, Sapientia, æternitas, imensitas, & plura huiusmodi? Quomodo hæc oia, hæc tot, & tanta, quæ dicuntur de Deo possunt esse una res omninò, indistincta omninò, unica omninò?
Aliqui ex hominibus dixerunt illa esse plura nomina idem omninò significantia, sicut apud latinos, idem est dictu, Abditu absconditu, & celatum: Quæ opinio falsa est, quia tali opinione stante, sequeretur, quod qđo dicitur: Deus est bonus, sapiēs, æternus, imensus & nihil aliud diceretur, quam Deus est Deus; quod absurdū est, qª tunc non fuisset facta tanta investigatio hor. quæ attribuuntur Deo, & quæ non, quia omnia nomina possunt imponi Deo, ut dicantur de illo & significent illum, sed nō potest fieri, ut omnes res dicatur de Deo. Si igº illa nomina solū fuissent imposita ad significandū idem quod sigcat hoc nomen Deus, Ita potuisset imponi Deo hoc nomen, lapis, & hoc nomen, ferrum, & hoc nomen formica, & ita de omnibus alijs; Non sunt igº illa solum nomina eiusdem rei omninò, quia tunc nulla ratio esset, quod illa potius dicantur de Deo, quam alia nōia: nisi quis diceret, illa fuisse imposita Deo, alia non, ideo illa dicuntur, alia non; Hoc autē dicere omninò, falsū est, quia tunc nō magis diceretur Sapientia de Deo, quàm lapis; si ego vellem imponere illud nomē Deo, & sic, ut suprà dixi, idem esset dicere Deus est Sapiens, & Deus est lapis, quod est dicere, Deus est Deus, & sic dicendo, est sapiens, nihil aliud dicitur, nisi Deus est Deus. frustrà ergo tot libri fuissent confecti de attributis Dei, & sequeretur absurdius, quia tunc idem esset dicere: Deus vult, & Deus intelligit, & Deus creat, & Deus potest, & Deus generat, & Deus spirat, quod est dicere, Deus est Deus. Illa igº opinio est omittenda, quæ tamen postmodū, quomodo possit esse vera, declarabitur. — Pª opinio

Alij dixerunt, Illa nō esse unam rem omninò, sed differre ratione inter se, & illa vocabula, dicunt, non esse Synonima, sive idem significantia, quia alia est ratio Deitatis, alia Bonitatis, alia Sapientiæ, alia imensitatis, & æternitatis; sed dicunt, quod istæ rationes sunt, vel in nostro intellectu considerantur, vel in Divino, — 2º opinio

quid, opinio etiam est falsa, & benè à Vestris improbata, nam tenendo illam opinionem, sequeretur, quod bonitas & sapiētia non essent aliquid in Deo, sed tantum in mente Dei, uel in mēte Ang.ca, uel humana, sicut Logici dicunt Entia rationis dici solum de rebus cognitis, & prout habent esse cognitū, non autem prout habent esse reale. Vnde dicunt etiam benè, qđ dicitur, Homo est species, illud non esse uerum, prout homo est res quędam existens in suis indiuiduis; imo quando dicitur, Plato est homo, tunc homo non est species; similiter, qđ dicitur, Homo est animal, tunc neq. homo est species, neq. animal genus; animal q.o, ut seorsū cognoscitur, & consideratur, genus est, & homo inquantū consideratur, species est. Sic à simil., si Deo sapientia conueniat, & intellectus, & uoluntas solum secundum considerationē, tunc qđ dicitur, Deus est spiritus, uel Pater est Deus, tunc non competit sapientia, aut bonitas, aut intellectus, aut uoluntas, quia Entia rōis non conueniunt rebus, scilicet secundum esse reale, sed sm esse consideratū, quod esse habet in mente considerantis, & sic Deus reipsa non esset sapiens, neq. intelligens, neq. uidens, aut uolens, uel fruens, sed solumodò secundum consideratione, & ita, remota consideratione, non esset sapiens, neq. uolens, vel si esset, tunc illa essent synonima idem omninò significantia ut prior opinio dicebat. Singularis ratio est contra illos qui dicunt intellectum diuinum confitere ista entia rationis: et habere distinctionem rationis fieri per intellectum diuinum. Nam quero à te aut ista pluralitase rationum et distinctionum est in natura diuina, aut non est in natura, sed in intellectu diuino. Si ista pluralitase est in ipsa natura Dei: tunc non est secundum considerationem sed secundum rem quod est contra opinionē tuam: Si autem ista pluralitas est in ipso intellectu considerante, et non in re: sequitur quod intellectus iam intelligitur distinctus à natura ex quo ipse: facit pluralitatem; Non autem eam facit natura; et confirmatur, nam hęc pluralitase presupponit considerationem, consideratio presupponit intellectum: Ergo intellectus iam est ibi distinctus à natura si ante considerationem intelligatur ibi esse, nam si in illo priori considerationem est iam ibi intellectus, sequitur quod non ibi per considerationem solam, si autem ante considerationem non sit ibi intellectus ullo modo sed tantum à natura, tunc natura erit illa, qua hec distinguentur, et plurificabuntur: Sic =

Ergo pluralitas rationum fiat ibi per solam considerationem intellectus, et non per naturam, sequitur quod ibi est pluralitas ante considerationem, et sic est contradictio dicerem per solam considerationem in Deo est pluralitas quia sequitur, ergo= ~~ante~~ considerationem est ibi pluralitas. Alij dicunt quod sapientia esse ali= quid in Deo ante omnem considerationem cuiuscunque intellectus, ita quod in re sapien tia est alia entitas a natura, et intellectus alia, et voluntas alia, sed hec om= nia sunt una res omnino, nam natura divina omnia illa perfecte unit, et coniungit, ita quod sine illis esse non potest: omnia ergo sunt una res, sed non omnia una entitas sive formalitas, sive realitas, ut vtar eorum vocabulis, neque ~~[illegible]~~ aliud, neque perficitur, neque informat, neque informatur, neque ~~ex illis aliquid~~ componitur aut constituitur: Quod sic declarant: Sapientia in creaturis perficit naturam et inheret ei, tanquam subiecto, et subiectum perficitur, et informatur: Et ex illis fit unum aggregatum per actus, ut homo sapiens: et ultra hec omnia, sapientia denominat hominem, uel Ange- lum, quando dicitur Angelus est sapiens, uel homo est sapiens. Dicunt ergo et bene, quecunque attribuuntur Deo, resecatis omnibus imperfectionibus, de- bent in eo poni. Et quia inherere, et informare, et perficere notant imper- fectionem: similiter perfici, et informari, et aggregari, et componi eodem modo: denominare uero, et denominari nullam imperfectionem dicunt. Remoueantur ergo a sapientia, et ab alijs, que de Deo dicuntur omnia, que imperfectionem significant, remaneant illa, que perfectionem dicunt. Sapientia erit in Deo solum denominans, non componens, neque perficiens. Dicunt aliqui quod sapien- tia Dei, et natura non sunt omnino idem ex parte rei, sed aliquantula inter ea est distinctio, et differentia, sed hec opinio contrariatur simplicitati Dei, ac etiam ex ea sequeretur quod nulla entitas sit in Deo perfectissima formaliter: sed so= lum quod omnes simul iuncte complent unam rem perfectissimam: Et ita natura divina non erit per se sumpta pelagus infinite perfectionis: neque oportet dicere ut ipsa, prout distinguitur ab attributis, contineat omnia attributa eminenter, quia tunc non oporteret ea continere formaliter: quod enim ~~[illegible]~~ habet aliquid eminenter, non oportet ut illud habeat formaliter, sed superfluum est illud habere alio modo. Deinde si sapientia Dei formaliter sumpta sit in- finita, ipsa non poterit in alio contineri eminenter, quia tunc nobi- liori modo esset in alio, quam in seipsa, et ita non esset infinita in se ipsa ex quo exceditur, et excellentius in alio haberetur. Tunc ego dixi: Domine mi ego nunquam audivi theologiam, neque didici: tamen

3.o opinio

B. Amad.s

omnia q̄ de Sacramento illo maximo et excellentissimo dixisti, intellexi quia intus, et ext. simul doctor, nunc et q̄ dicis percipio; Sed miror, quid finaliter dices: Si enim in Deo non est tantum pluralitas nominum, sed significator: Ergò illa significata aliquo modo distinguntur, et non realiter, ita q̄ sint plures res, quia et hoc falsum est, et nemo dixit tantam fatuitatem: Ergò distinguntur aut ratione, Videlicet secundum considerationem intellectus: aut ratione quid ditatiua, et formali: et tu utramque opinionem improbasti, et aliud dici non potest, ut mihi uidetur, nullus enim alius dicendi modus restat. Angelus

Angelus. subridens ait: Et ego Theologiam diu didici, et alium modum dicendi bene noui: Intellige nunc homo Dei, et erige aures. Natura Dei, Intellectus, uoluntas, Sapientia, et reliqua omnia, que dicuntur de Deo, et q̄ uestri attributa uocant, sunt omnino unica res, unica realitas, unica formalitas, unica entitas, simplicissima entitas: Nos uidemus Deum, et nullam pluralitatem, nisi personarum intuemur, et hoc est uerum: Noli ergo credere plures entitates, quasi simul connexas, et colligatas esse in Deo; Sed omninò unicam entitatem; cum Ergò dicitis: deitas, sapientia, uoluntas, intellectus Dei, eandem entitatem dicitis omninò, non aliam, et aliam. Scito tamen et animaduerte, unam entitatem posse equiualere pluribus: Et hec dicens, uocauit Thomā

Ang. uocauit hic Thomā, & Scotum. Aquinatē, et Joannem Scotum, qui ante me simul cum Angelo in medio eorum stante, steterant. Repetijt Angelus uerba sua dicens: scito unicam entitatem posse equiualere pluribus; Quod, et uos docuistis, dixit ad illos, nam uterque uestrum posuit elementa non esse formaliter in mixto; Sed q̄ forma mixti sit equiualens formis elementorum, tamen uos nunc scitis, tunc nesciebatis istam ueritatem: sunt enim forme elementorum in mixto formaliter: quod sensus, et experientia docet, nam mixta resoluuntur in elementa, et mirabilis est mixtio illa, mirabilior illa, quam uos in uestris electuarijs facitis; Ad propositum sufficit hoc q̄ res una potest equiualere multis rebus; q̄ autem elementa remaneant aliqualiter secundum naturam propriam,

Petrus Aureolus. Petrus aureolus inter alios aperte probat, uideat pastor rationes eius, quia aliquę illarum ostendunt aperte propositum. Similiter uterque uestrum posuit unicam animam in hominem, tamen equiualentem tribus, uel duabus alijs, Videlicet uegetatiue, sensitiue, et secundum locum motiue, ita ut una res equiualet pluribus, de quo Et si uerum sit, discutiet ipse pastor tempore suo: Videlicet an sit unica anima in corpore humano, non sunt omnia simul aperienda ut, et illa tempora

gaudere

gaudere possint revelationibus proprijs intellect.; deniq. qui in nobis est = Angelis, imò, et in anima ura unicus est, Qui tamen equivalet omni sensui: Nos enim intellectu videmus colores; Intellectu audimus sonos, intellectu olfamus odores, Itellectu gustamus sapores, Intellectu tangimus primas qualitates. Ecce unica res equivalet multis rebus = et tanti valet nobis intellectus noster, quanti nobis omnes sensus = simul cum intellectu uestro in isto sito tenebris involuto; Non ne = etiam aureus unus equivalet pluribus nummis communibus, et tantu est bonum habere illum unum, quantum omnes illos, imo, et melius = quam habere omnes illos nummos; Deitas est talis res, que omnibus perfectionibus equivalet, imò melior est valde, et incomparabiliter = illa unica res quam si ponerentur omnia bona et omnes perfectiones simul non sic unite. Illa deitas equivalet intellectui, equivalet voluntati, equivalet sapientie, scientie, artis, et prudentie, Immensitati, eternitati, et omnibus talibus. Tantum ergo potest de unica re illa quantum pont creature illis multis imo multo amplius, unde et uos dicitis: quesunt sparsa inferioribus, sunt unita in superioribus. Accipe talem regulam, que nunquam excidat à corde tuo: Quando aliquod omnino unum in sè perfecte equalet pluribus, tam illud unum pot, quantum, et illa plura possunt, immò plus, et melius. Hec regula non potest negari, quia si non posset tantum quantum illa plura =, ergò non perfecte equivalet illis pluribus; addidi immò, et plus et = melius, quia uirtus unita perfectior est se ipsa dispersa. Hoc de Deo dicite quod nunc doceo, Hoc scribite, hoc predicate, et uterque uestrum [dixit, et Thome, et Scotho] hoc dicere uoluit, sed exprimere tunc non potuit. Tu enim Thoma dixisti unicam rem omninò, et simplicissimam Deum esse, et si aliqua distinctio sit inter illa, illa erit per considerationem non in re, quia in = re illa nulla pluralitas entitatum est; Sed dicere debuisses Illa = tamen res in sè ante omnem considerationem cuiuscunq. intellect. est equivalens omnibus illis, que illa verè dicunt. Tu quoq.

multa reseruant tempore felici.

Regula memoranda.

Opinio Thome

opinio Scoti — Joannes idem dixisti, Videlicet: illam rem omnino unam esse, et illa plura non esse eadem ex natura rei, neque eadem formaliter, sed non declarasti, quod esset intelligendum per illam distinctionem, sunt plura ex natura rei, uel sunt in Deo plura formaliter, non enim est intelligendum q. ibi in re illa sint plures entitates in se distinctę, et ad inuicem quasi connexę, uel colligatę, sed q. illa unica res omnino est equiualenter illa plura. Nam duplex est equiualentia, una uoluntaria, alia naturalis; (de duplici equivalentia) Exemplum prioris: aureus ualet tot numos coes, quod est sancitum est uoluntate legis latoris; Exemplum posterioris, Intellectus angelicus equiualet omnibus potentijs cognitiuis, quę sunt in homine naturaliter, non uoluntate, aut statuto, uel decreto cuiusque. Dicere igitur uoluisti, illa esse plura ex natura rei: hoc est, illam unam rem equiualere pluribus non uoluntate alicuius, aut statuto, sed ex natura rei, hoc est naturaliter, ita q. remota consideratione cuicunque intellectus sic est in re, q. illa res ualet tot et tantis rebus, et intellectus considerando potest rem illam unicam distinguere in multa, ex quo ipsa ualet quantum illa multa, Ideo illa re ostensa, uerum est dicere: hęc res est sapientia, et bonitas, et immensitas, et paternitas; similiter potest dici: hęc sapientia est, hęc bonitas, et hęc paternitas, Immo, et hęc res paternitas, est res quę est filiatio, et hęc re prima est persona, et secunda, et tertia. similiter illi qui dixerunt: illa omnia nomina esse synonima, possent bene intelligi, quia illa nomina eandem rem significant, sed nunc huic, nunc illi equiualentem, sed quommodo pater non sit filius statim declarabimus; huc usque ostendimus, quomodo Deus noster est unica res, et omnino simplex: (expositio opinionis aliorum) Nunc uideam quomodo cum tanta unitate possit stare, et intelligi realis distinctio personarum. Si enim omnia, quę sunt in patre, sunt omnino una res: imo illa unica res, quę deitas dicitur, et nulla alia, similiter si omnia, quę sunt in filio, et quę sunt in spiritu sancto, sunt omnino illa deitas, et nihil aliud sunt, nisi illa deitas, quomodo illi tres

illi tres distinguntur realiter? Nã eodem modo conuenire, et eodem modo diffinire est impossibile. Vt igitur ista perfectè intelligas, animaduerte ad ea, q̃ tibi dare, quantum fieri põt, propono. Ponamus dilectissime, q deitas, siue natura diuina sit una res, uel una realitas distincta ab omni alia realitate q̃ de ipsa dicitur. Ponamus deinde q. alia res, uel alia realitas illi adiungat tanquam differentia quędam contrahens ipsam, illa diceretur constituta ex illis duabus rebus, uel realitatibus, sicut homo est constitutus ex anima, et corpore, uel ex animalitate, et rationalitate, tunc nulla difficultas esset intelligere, q persona una ab alia realit. distinguatur, qn prima persona esset constituta ex deitate, et illa alia realitate contrahente, et secunda persona esset constituta similiter ex deitate, et illa alia realitate iter. contrahente; similiter tertia persona esset constituta ex deitate, et tertia realitate contrahente. Sicut hic homo conuenit cum alio hõie; quia uterq. homo est, et unus differt ab alio aliqua differentia; si ita esset inter personas diuinas, tunc nullas angustias mẽs ur̃a pateretur, sed neq. nunc patiemini angustias, si ad uerba mea tu nunc animaduerteris, et ea fideliter conscripseris. Accipe regulam tibi iam data: Quandocunq. aliquid perfectè equiualet pluribus, quicquid illis pluribus facere posset, et se ipso facere põt. Si ergò deitas perfectè equiualeret ex nã rei differ.ṭiạ ipsam à q̃cunque alio distinguenti, et ex alia parte conueniret* et differet, prout illa equiualeret duabus realitatibus; Vnde illa regula falsa est. impossibile est, aliqua conuenire et differre eodem; dico, falsa est, quando illud unũ equiualet perfectè duobus. Sed utrũ Deus, et Creatura conueniant in ente, uel in re, tanquam quodam utrisq. communi ex parte rei, et non solum rõe =; uidebitur tempore illo, nunc illud pretermitto, et deuenio ad ostendendum, quomodo tres personę diuinę realiter distinguntur, et tamen in omnibus tribus personis non est alia realitas q̃ deitas; Itaq. in patre est tantum

qmõ constit[...] ic[...]tur in esse p[...]sonali person[...] Prima.

*cũ ãlijs, pro[...] equiualet eo[...] sic eadem r[...] omninò conue[...]niret.

una res omninò simplex; in filio est una res, vz eadem deitas omninò simplex; in spiritu sancto est eadem res omninò simplex, et non alia q̄ eadem deitas. Nec tamen pater est filius, neq; filius pater, et neuter ipsorũ est spiritus sanctus, similiter nec spiritus sanctus est pater, aut filius. Hec sunt admiranda, hec nobis aperienda; sed hoc ideo est, quia illa unica res equivalet tribus realitatibus, quibus subsistit, nam prima persona includit in se illam solam rem, quę deitas est, quę tamen equivalet entitati incommunicabili, et in quantum illi equivalet, quasi adiungeretur naturę diuinę, facit eam subsistere incommunicabilem, et ita personam. Si enim perfectè deitas sit, nam et perfectè equivaleat entitati incommunicabili persona illa subsistet illa re, et incomunicabilis erit. Et sic habemus primam personam constitutam ex una re, duabus rebus equivalente. Cogita ulterius, q. hec

2.a Persona. res, q̄ deitas dicit.r et qua prima subsistit, prout equivalet entitati incomunicabili habet equivalenter principium productiuum per modum naturę, et ita producit aliquid p̄ modum naturę: Et quia illud principium productiuum inmensam uirtutem habet, producit aliquid inmensum accns; quia tale nil est in Deo, nec etiam inmensum accns esse potest: produc. ergò substantiam infinitam, et nulla substantia, preter deum est infinita; Produc. ergò Deum, et quia non est, nisi unus Deus, persona producta erit idem Deus, Et quia deitas equivalet illi entitati quia sic productum subsistit, ideo illa persona producta deitate, prout illi entitati equivalet, subsistit. Sicut dñi, si alia entitate subsisteret prima persona inproducta alia secunda, et producta manifestè ibi essent duę subsistentię, et duę personę distinctę. Sic etiam dicuit eadem

re

re duabus rebus perfectè equivalente due subsistentie, et due persone distincte: Et quia hec res in his duabus personis existens perfectè equivalet principio productivo per modum doni, et liberè, Ideireò Et due persone produit liberè ipsa deitate, prout tali principio equivalet, aliquid; Et quia producunt principio infinito, oportet, ut productum sit infinitum; Et quia nil est infinitum in entitate, nisi Deus, producunt Deum: Et quia deus non est, nisi unus, producunt eundem Deum; et producens, et productum realiter distinguuntur; Ideo alia subsistentia, et alia persona erit producta ab illis duabus producentibus: Et quia Deus simplex est, non erit alia re, q̃ deitate distincta, prout tamen illa perfectè equivalet alij rei; Sicut ergo, si essent tres res distinguentes tres personas, manifestum esset personas esse tria subsistentia distincta; Ita quia una res perfectè equivalet tribus fit ipsa unica q̃ fieret tribus. Aliter si non posset fieri illa unica re illud quod fieret illis tribus illa unica, non perfectè equivaleret illis tribus; Rectè ergo dicitur ita, Unaquamque personam esse simplicem, sicut, et deitas est simplex, unaquaeque enim persona illam rem solam habet, q̃ est deitas, sed illa una persona equivalet alicui rei, cui non equivalet, prout in alia persona est. Et hoc dicendo, vocavit Augustinum, et dixit ad Thomam, et Scothum: Ecce doctor, à quo precipuè ista accepistis, et ibi resident multi alij, et ostendebat Ambrosium, Hieronimum, Gregorium, Anselmum, Boetium, Riccardum, Hilarium ex una parte doctores latinos, et ibi sunt alij in alia parte, et ostendebat Basilium, Gregorium Nazarenum, Grisostomum, et alios doctores Grecos, Dydimum

3.a Pers.a

qmo Aug vocat Augustinu e dixit a scotu e Thomá.

cum Athanasio, et alijs; sed, ut dixi ab isto Augustino plura habetis, ipse uerò dixit: Non eo est Deus, imo neque eo est quo pater est; ille est, et ostendebat Deum patrem, nec ille, ostendebat filium, eodem est Deus, et filius: Nec ille, ostendebat Spiritum sanctum, et eodem est Deus, et spiritus sanctus: Sed alio Deus, alio persona, hoc dictum tuum repugnat eis, quae ego nunc doceo: Docui enim deitate re unica omnia esse distingui. Respondit Augustinus, fateor Angle sancte, me tunc non ita clarè ista accepisse, nunquam tamen intellexi, ut in persona sint duę res, sed tantum quod aliqua duo sint, dixi, quia aliter non poteram capere personarum distinctionem, inter quas nulla differentia esset, nunc tamen scio, quia uideo ita esse, quod in una persona non est alia res, nisi eadem omninò, quę in alia, sed tamen est in alia, et alia per equiualentiam, ideo potest dici, ut alio sit, et alio sit persona distincta, quia eodem alteri equiualente. Ex his, inquit Angelus, manifesta erit omnibus simplicitas diuinę naturę, quia omnia attributa erunt una res omninò; manifesta etiam erit simplicitas personarum, quia in qualibet erit una, et eadem res; manifesta etiam erit personarum distinctio, quia illa unica res, prout equiualet uni rei, constituit unam personam, et prout equiualet alij rei, constituit aliam personam. Vbi uide, quod aliquid potest constitui ex uno uicem duorum habente, siue duobus equiualente. Et uides quod aliquid constitutum est ita simplex, sicut, et constituens. Et potest dici, hoc constitutum est omninò simplex, quia in plures entitates inresolubile, sed non ita simplex, ut pluribus non equiualeat. Si ergò resolutio in plura equiualentis

Aug.s respondet Angelo.

equiualenter intelligat. quanto aliquid est perfectius, tanto est resolubilius in plura, et quanto aliquid est imperfectius, tanto est paucioribus equiualens et simplicius: Et hoc modo Deus est sumè resolubilis in plura, et Materia prima simplicissima, et forma elementi, uel eius rationis; si autem resolutio intelligitur in plura distincta inter se, tanquam plura entia, tunc Deus est omninò inresolubilis, et incompositus sine ulla constitutione; similiter, et quelibet persona diuina; ubi etiam uide, et diligenter conscribe, quod ens perfectissimum est maximè resolubile, et maximè constitutum per equipollentiam, et minimè, Immò ullo modo per pluralitatem entium. Ens uerò imperfectissimum, siue illud sit materia prima, siue forma elementi, siue accidens aliquid, est inresolubile in plura utroque modo, non enim resoluitur in plura equiualenter, quia nulli equiualet, neque in plura entia distincta inter se. = Omnia uerò alia entia, que sunt inter summum et infimum ens, sunt altero illorum modorum constituta, nam aut pluribus equiualent, aut plura distincta in se includunt melius est plura includere equiualenter ceteris paribus, scilicet loquendo de eisdem inclusis, quam plura interse distincta. Et melius est esse constitutum ex pluribus distinctis, quam nullo modo constitutum esse, nec equiualenter, nec ex pluribus. Hec tibi subtilia sunt, ea tamen conscribe, ut tempora illa felicia oblectentur in bonis animi, quia remittetur dilectatio carnis, et erunt iterum homines docibiles dei. Audi nunc homo dei; aliqui ex doctoribus uextris dixerunt, personas diuinas constitui relationibus, Aliqui aliquibus rebus absolutis; Et tu dicito, et conscribe, personas constitui

sola deitate, que res absoluta est; Nulla ibi relatio est, quę non sit ipsa deitas; nullum est ibi attributum q. non sit ipse Deus; quicquid est in Deo, Deus est, q.o una res omninò multis equiualens; Tamen prout equiualet uni non equiualet alteri; sicut et anima nostra intellectiua prout equiualet sensitiuę non equiualet uegetatiuę. Hoc nunc tibi dico, q. si diuinę personę constituerentur ipsa entia, in qua conueniunt, et aliqua alia re in qua distinguntur, illa alia res non posset esse relatio (ut patebit tempore pastoris, cuius temporibus hoc declarabitur) q.o personę illę, quę summè existunt, et quarum existentię nulla existentia est similis, non habent esse per relationes, quę nil sunt aliud à fundamentis (ut aliqui ex uestris dixerunt) uel si sint aliud à fundamentis minimę entitates sunt, et forsan omnis relatio est tantum in mente, et nulla in re uideatur tempore illo felici et hoc cum alijs multis. Nolo nunc omnia propalare, et omnia declarare; mirum est, quarè maior pars hominum, qui docent, et q. scribunt, omnes dixerunt, personas diuinas subsistere relationibus, quod non est aliud dicere, nisi q. accidentia sunt illa, quibus personę diuinę subsistunt. Accipe hanc regulam. Impossibile est, perfectam, et maximam substantiam ab accidente eẽ substantiam; Immò dico tibi, q. essentia diuina, prout equiualet relationi non constituit personam, sed prout equiualet rei absolute, unde

substãtia pfecta non potest esse ab accidẽte.

1.° essentia diuina debet primum intelligi ipsa natura dei in se;
2.° deinde illa equiualet enti, quo Deus à quolibet alio, q. non sit Deus, distinguitur, et etiam equiualet omnibus attributis
3.° Tertio loco illa equiualet ~~etiam~~ enti, quo prima persona constituitur.

Quarto

Quarto equiualet principio productiuo per modum naturę, siue 4°.
memorię perfectę. Quinto equiualet ipsi productioni, seu genito = 5°.
Sexto equiualet ipsi productioni, siue generationi actiuę qua p.ma = 6°.
persona dr generare, et passiuę, qua secunda persona dicitur =
generari. 7°. equiualet duabus relationibus, paternitati quę funda- 7°.
tur in p.ma persona, ex eo quia genuit, et filiationi quę fundatur =
in 2.a persona, ex eo quia genita est. 8°. equiualet principio pro- 8°.
ductiuo per mo.m doni, cui, et si secundo loco equiualebat, quia illud
principium est uoluntas ~~dominis~~ habens obiectum sibi presens, quo
Deus amat se, tamen in 8°. signo ipso tali principio producit, =
Ideo in hoc signo equiualet sibi, ut iam productiuo, q.o hoc principium
non producit, nisi memoria intelligatur produxisse: Sicut enim =
uoluntas non fertur, nisi in precognitum, nec fugit, aut contemnit,
nisi cognitum, ita nec producit, nisi produxisse intelligatur intellect.s
talis enim ordo ipsarum potentiarum est. Nono, essentia diuina equiua- 9°.
let personę per modum doni, et uoluntati productę, et illi rei, quę
distinguitur à producente. X°. equiualet ipsi spirationi actiuę, quę 10.
et prima, et secunda persona dicunt.r spirare, et passiuę, quę tertia
persona dicitur spirari, hoc est uoluntate produci. XI°. equiualet 11°.
duabus relationibus apud uos innominatis, quarum una fundatur
in duabus personis, ex eo quia spirauerunt, et altera in tertia, =
ex eo quia spirata est, quę due relationes ita in suo conceptu dif=
ferunt à spirare, et spirari, sicut paternitas, et filiatio à genera
re, et generari, et posetis illas nominare sic; ut illa, quę est in spi=
rantibus dicatur donatio actiua, et illa, quę est in persona spi
rata dicatur donatio passiua, Sed melius est, ut ipsam produc-
tionem uocetis donationem, sicut alteram uocatis generationem,
et illas relationes, quę insurgunt uocetis spirationem actiuam

et passiuam; Vnde sicut persona genita dicitur filius, sic persona donata dicitur spiritus, quasi spiratus, et spiritus sanctus, quia casta, et sancta, totaque benigna uoluntate producitur. Vnde accipiendo spiritum prò persona spirata, pater non est spiritus, nec filius est spiritus, sed sola persona donata est spiritus; Accipiendo autem spiritum prò substantia incorporea, et immortali sic pater est spiritus, et filius est spiritus, et spiritus, idest persona
12°. spirata est spiritus, quia deus est spiritus. XII°. Diuina natura equiualet tribus relationibus fundatis in tempore ad filium, et tribus fundatis in filio ad patrem, pater enim est idem filio in natura, et substantia: et equalis in uirtute, et omni perfectione, et similis in omni qualitate. Similiter, et filius est idem, et equalis, et similis patri suo, et hoc poterat poni VIII. signo, hic tamen ponitur simul, quia in hoc signo equiualet idemtitati, et equalitati, et similitudini fundatis in patre ad spiritum sanctum, et in filio ad spiritum sanctum, et in spiritu sancto ad patrem, et in eodem spiritu sancto ad filium. Similitudines autem plures intelliguntur in eadem persona secundum que plura concipiunt, in quibus assimilantur ut ueritas, bonitas, sapientia, et alia huiusmodi, que omnia sunt in qualibet persona, quia diuina eentia que est in qualibet persona equalet omnibus illis, et sic equiualet etiam omnibus similitudinibus; Similiter in omni perfectione, et uirtute sunt equales, diuina natura equiualente omnibus perfectionibus, et omnibus uirtutibus; Idemptitas uero dicitur de personis secundum substantie unitatem, ubi uide q. in patre sunt tres relationes, quas communes appellatis ad filium, et tres ad spiritum sanctum, et hoc loquendo generaliter. Sex ergo sunt in patre generaliter loquendo. Nam in speciali tot sunt.

tot sunt similitudines in patre ad filium, et ad spiritum Sanctum, quot sunt illa in quibus assimilari potest. Similiter tot sunt equalitates quot sunt illa, in quibus equalitas esse potest; similiter in filio sunt sex in com̃i, Tres ad patrem, tres ad spiritum sanctũ, et tot in speciali ad utrumq; quot, et in patre; Similiter sex sunt in Spiritu Sancto in communi, Tres ad patrem, tres ad filium, et tot in speciali quot, et in altero ipsorũ; Quàm multa sunt hec, et tamen unica re omninò sunt omnia ista. Per diuinam igitur naturam persona est similis, et equalis, prout illa equalet perfectionibus diuinis, quę dicuntur quantitates, et qualitatibus diuinis. Natura itaq. diuina, ut in patre est; p.mo equiualet rei qua constituit.r in esse distincto ab alijs, secundò equiualet principio productiuo per modum naturę; Tertiò equiualet ipsi generare, uel ipsi generationi actiuę; Quartò equiualet relationi paternitatis; Quinto equiualet principio per modum doni productiuo; Sexto equiualet donationi actiuę; 7.o equiualet relationi spirationis actiuę, quam habet, quia donauit; 8.o equiualet sex relationibus communibus in generali; 9.o equiualet multis relationibus comunibus in speciali. Natura diuina, prout est in filio, primò equiualet illi rei, per quam distinguit.r à patre, et spiritu sancto, et constituitur in esse personali; Secundò equiualet ipsi potentię passiuę, secundum quam potest dici producibilis, et generabilis. Tertiò equiualet ipsi generari, uel generationi passiuę; 4.o equiualet relationi filiationis; 5.o equiualet principio per modum doni productiuo; 6.o equiualet donationi actiuę, que in ipso est ita perfectè, sicut in patre, quamuis habeat eam à patre; 7.o equiualet relationi spirationis actiuę, quam habet, eo quod spiritum sanctum donauit, hoc

eit, per modum donationis, seu libere productionis produxit: 8.º equiualet sex relationibus comunibus in generali; 9.º equiualet multis relationibus comunibus in speciali: Natura diuina, prout est in spiritu sancto primò equiualet rei, qua spiritus sanctus distinguitur à patre, et filio: Secundò equiualet ipsi potentie passiue secundum quam pot. dici donabilis à patre; 3.º equiualet ipsi potentie passiue secundum quam potest dici donabilis à filio; quartò equiualet ipsi donari à patre; 5.º equiualet ipsi donari à filio; 6.º equiualet ipsi relationi spirationis passiue, prout refertur ad primam personam spiratam: 7.º equiualet relationi spirationis passiue, secundum quod refertur ad 2.am personam spirantem, que est filius, quamuis non referatur ad ipsam filiatione, ~~scilicet~~ sz alia; 8.º equiualet essentia diuina prout est in spiritu sancto sex relationibus comunibus in genere; 9.º equiualet relationibus comunibus in specie: Vbi uide tot notionalia, et propria esse in persona una, quot in alia; quod neq. Alexander, nec Bonauentura, nec Thomas, neq. Scotus, quos hic uides, cogitauerunt, dum in carne uiuerent: et nullus doctor posuit plusquã quinq. notionalia connumerando ingenitum, de quo nihil adhuc diximus, sine illo posuerunt quatuor notionalia, Vz: generare, generari, spirare, spirari, reliqua omnia pretermiserunt: Hec Theologia est, ut uides, enucleata. Conscribe omnia, ut dico, quia hec uenient in manus illorum, qui melius quàm tu illa intelligent. Tu non uidisti, qualiter in qualibet persona sunt ~~nouem~~ notionalia que simul collecta complent numerum uigessimum septimum, et in octauo notionali continentur tria notionalia, uidelicet: idemptitas, equalitas, et similitudo, que

triplicando

triplicando erunt sex, quia una trium tacta est, et erunt triginta tria, et ultra hec, tot sunt in qualibet persona similitudines, quot sunt in ea equalitates, et tot equalitates, quot sunt illa secundum que aliquis potest dici alij equalis, que longum esset nunc enumerare. Qui uero arguunt Diuinas relationes nullam perfectionem dicere ex eo: quia tunc plures essent perfectiones in patre, quam in spiritu Sancto: non bene arguunt, quia, ut uidisti, in omnibus sunt noue sed bene arguerentur sic. Si diuine relationes dicunt perfectionem ergo omnis persona caret aliqua perfectione quia in qualibet est aliquid notionale quod non est in alia de quo postmodum dicetur: Tota hec multitudo est unica res omnino equiualens, tamen omnibus istis sicut ergo qui habet talentum auri habet multa milia aureorum. Ita qui habet essentiam diuinam habet multa entia equipolenter. His omnibus per intellectu in dudecim signis hec deinde addantur: Tertio decimo diuina essentia equiualet principio productiuo rerum aliarum à deo quoad cognosci: nam in hoc signo exens offert intellectui diuino omnia creabilia, et factibilia, Nam essentia diuina pro uno quoque creabili, et factibili correspondet intellectui suo, hoc est sibi, prout equiualet intellectui suo, ac si ibi esset in se ipso illud creabile, et factibile, uel in sui similitudine, essentia enim diuina est similitudo perfecta omnium intelligibilium: et ita ibi sunt tot similitudines equiualenter, quot intelligibilia; Alia ergò ratione intelligitur equus, alia bos, quia essentia diuina alij, et alij equiualet, Ideo aliqui dixerunt una ratione essentie intelligi omnia, Alij diuersis rationibus utrique recte, dicebant, sed non perfecte intelligebant: unâ enim essentia intelligit omnia Deus, nec opus est, ut sint in ea relationes ulle ad intelligibilia precedentes eorum intellectionem, neque ulle rationes distincte,

Sed sufficit essentia sola, prout est equiualens rationibus omnium. Non ergo sola omninò, sed sola, prout equiualet multis: Verum est quidem quod intellectus considerans essentiam equiualentem tot, et tantis, et intus, et extra potest in ea sic considerata facere multa entia rationis, ut sapientie, et bonitatis quo ad itra, et similitudinem lapidis, et ferri quo ad extra, nec tamen talis consideratio, et fabricatio est neccessaria, ac si bonitas non esset in Deo: neq. sapientia nisi deus, uel alius aliquis cogitaret. Similiter talis fabricatio entium rationis non est neccessaria ad hoc, ut dicatur in deo similitudo, et idea lapidis, uel ligni; similitudines itaq. vere sunt in essentia dei in priori signo, quam intelligatur à deo. Sunt, dico, equiualenter, non aliquo modo distincte, et ratione fabricata ab intellectu, et hoc modo hic doctor acutus (et ostendebat Scotum) intellexit, non quod non sint equiualenter, sed quod non sint distincte ratione, ut hic alius, (et ostendebat Thomam) dicere uidebatur, Immò dico tibi, quod priori signo Deus intellexit lapidem, quem fabricauerint in essentia sua, considerata distinctione similitudinum; in primo enim signo essentia equiualet similitudini lapidis, et ligni, in secundo Deus lapidem, et lignum intelligit, in 3.° pot distinguere in essentia sua similitudinem lapidis, et ligni similitudinem; Quarto decimo ergo signo diuina essentia equiualet cognitioni omnium creabilium, et factibilium, Immo, et cognitioni omnium non entium, et impossibilium eo modo quo non es, et impossibile potest cognosci. Non ens quidè cognosci non pot, tamquam quod sit ponendo aliquid, quia tunc non esset non ens, sed ens. sed pot cognosci quod non est, negando omnia entia, ut sit sensus per non ens concipio, neq. substantiam, neq. accidens, neq. deum, neque creaturam, et tamen uos homines dicitis: illud est non ens, quod neq. substantia ulla =

ulla, neq. accidens nullum est, et uidemini illud facere ens, dicendo illud;
sicut etiam dicitis extra celum nihil est, ac si locus esset extra celum:
et dicendo, extrà celum nihil est, uidemini ponere extra celum aliquid
quia locum, nam intus, et extra sunt differentie loci. Tales sermones in-
telligendi sunt negatiuè, non positiuè, uel est positio imaginaria solum,
quod certè non est celum, nec intra celum nihil est. Illa dictio quod ui-
detur aliquid ponere. Neq. aliter loqui potestis, et Imaginatio appre-
hendit non ens, tamquam ens, ideo dicitis, quod non ens est ens, et non
intelligibile intelligibile: quicquid aut concipitis, ut impossibile conci-
pitis aliquid ex partibus repugnantibus coniunctum ut hircum
ceruum, et hominem bouem; XV.° Signo essentia dei equiualet amori,
quo omnia talia placent deo, quia in omnibus est participatio
bonitatis sue, Immò omnia sunt ipsa participatio bonitatis
dei, nè uideamini distinguere inter participans, et participatum:
Tota enim creatura est quedam participatio diuine bonitatis,
Unde participans, et quod participatur idem sunt in re omninò,
cum placet sibi Deus in omnibus. XVI.° Signo essentia diuina equa
let uolitioni aliquorum, quia deus non solum amat amore simplici,
sed etiam efficaci, quia uult ea esse pro aliquo tempore, equiualet
et cognitioni quia cognoscit ea esse pro tali tempore. Et ulterius
aliquibus uult gratiam, et gloriam (ut alias diximus) quando de prescientia
dei, et predestinatione sermones habuimus. Pretermitto Igitur hoc.
intellexisti qualiter non est aliud in deo, quam deitas, et qualiter equi
ualet sibi per tot, et tantis rebus, et perfectionibus; Que enim sparsa
sunt in inferioribus, collecta sunt omnia in natura diuina, et ipsa
sola sunt omnia, ac si essent ibi multa realiter distincta Nunc audi
quedam de hac notion, que ponitur in prima persona: et dicitur
ingenitum. Illa dictio potest quatuor denotare primò negationem

Quid sit Ingenitum.

geniti, et illo modo multa sunt ingenita, Videlicet omnia illa, quę non sunt genita, omnia igitur creata sunt ingenita, et Spiritus Sanctus, qui non est genitus dici pōt ingenitus, et ita non solus pater est ingenitus; secundo, et alio modo potest denotari negationem productionis actualis sic, ut ingenitum sit idem quod improductum; et illo modo creata non sunt ingenita, quia sunt producta, nec Spiritus sanctus est ingenitus, quia, et ipse productus; tamen etiam illud, quod non est, nec fuit, nec erit ingenitum dici potest, quia improductum ut aliqua Rosa, q̄ numq. fuit, aut erit producta, tamen producibilis est, et hoc modo ingenitum non conuenit Deo Patri, quia ipse improductus et improducibilis est. Tertio modo ingenitum potest denotar. negationem productionis actualis, et aptitudinalis, sic ut non sit productum, neq. producibile et hoc absolutè: et isto modo impossibilia, ut hirco Ceruus sunt ingenita non solum Deus pater. Quarto modo ingenitum dicit negationem productionis cuiuscumque, et actualis, et aptitudinalis, cum respectu q̄ illud tale sit ens; sic intelligendo ingenitum hoc est ens, uel suppositum improductum, et improducibile, et ita conuenit soli Deo patri, ipse enim solus est, et non ab alio est. Ubi dico tibi quod ratio illa quę ponit, quod prius competit illi personę esse ingenitum, q̄ generare uera est, et bene concludit; Nam si prima persona esset ab alia, prius respiceret illam personam à qua esset, q̄ illam, quę ab ipsa est; Ita, ex quo non est ab alio, prius sibi competit negatio illa non esse ab alio q̄ affirmatio Ista, aliquid esset ab illa: Quia pro quocunque signo affirmatio uera esset, si non esset pro illo eodem erit uera negatio, si affirmatio pro illo falsa sit; Et ille qui contra hoc arguendo dicit, negationem non posse alicui ante omnem affirmationem competere, bene arguit quia primum quo pater subsistit, et est persona, non potest esse negatio

negatio. Non tamen bene concludit q generare sit prius in patrem q ingenitum, sed bene concludit, q aliquid positiuum prius compe= tit patri, q illa negatio: et ideo essentia diuina, non prout equiua- let ipsi generationi, uel paternitati constituit personam illam, sed= prout equiualet entitati hypostatice, que est entitas absoluta, non relatiua, persone diuine sunt in se absolute, et refferuntur relationibus super additis, nec tamen constitute sunt ex duabus rebus, uel entitati= bus, nec ex deitate, et relatione, tamquam alia re superueniente, sed ex deitate sola, et unica re omnibus alijs equiualente. Relatio igitur sup= addita non est nisi essentia diuina equiualens relationi. Constituitur= itaq. persona diuina, multa ei super adduntur, et tamen simplicissima est, neq. habet plura entia in se, sed tantum unum ens, quod est deitas. Ridemus nos Angeli, ut loquar modo humano, qn audimus uos homines disputantes, et dicentes q persone constituuntur ex relatione originis, et distinguntur per illas, prout differunt ratione ab essentia, et hoc ideo quia nomina personis imposita, sunt relatiua: et quia Xpus dixit: in noie= patris, et filij, et Spiritus Sancti; et non aduertunt, quod nomina im= ponuntur à proprietatibus, qd et ipsi alias dicunt, et quia proprium pri- me persone est generare, et ita patrem esse nomen sibi à sua proprieta- te; sicut nomen illius rei, que ledit pedem dicitur lapis; Quamuis ergo illud nomen à propprietate accipiatur, illi tamen persone impo= nitur, sicut, et nomen lapis non lesionem pedis significat, sed rem= illam Vnde istud nomen pater, est nomen proprium prime persone. Non sic est, qn aliquem hominem patrem uocatis. quando enim dicitis hic homo est pater, dicitis nomen comune, et accidens de illo, in quo= cum dicitis, hic est pater, ostensa prima persona, non dicitis acciñs de subiecto, sed sicut si diceretis, iste est Ioannes, onso filio Zacha- rie, uel Zebedei. Est ergo nomen proprium, et substantiuum, ex quo ergo nulli alij est tale nomen proprium. Iustum est ut quandocunq.

nominatur, uel profertur pater sine aliqua additione, intelligatur p.ma persona diuina, quod nomen, prout significat personam illam, ut dixi, est substantiuum, prout uerò significat relationem in concreto quę significat ipsum referri ad filium, Tunc illud nomen accipitur quasi adiectiuè, quia significat relationem illam, et illum concernit in quo est. Similiter nomen secundę personę impositum est illi á proprietate sua, quę est generari, et á relatioñ filiationis, quę consequitur talem generationem, et est nomen proprium secundę personę. Vnde quando propheta dicit: filius datus est nobis, stat ibi filius prò secunda persona, quę carnem assumpsit. Ideo sequitur uocabitur nomen Deus, ac si diceret, filius qui datus est nobis deus est. Est ergò filius nomen proprium secundę personę, et nomen substantiuum, quando uerò significat relationem illam, quia persona illa refertur ad patrem, tunc est quasi adiectiuum, et nomen cōmune ut ibi quod nomen filij eius si nosti, ac si diceret, filij dei nomen si nosti agnoscens, aliud non esse reperies, q. hoc nomen filius, unde dicendo, filius est filius, potest intelligi in subiecto prò persona, et ut est nomen proprium, et in predicato pro filio, prout est nomen commune, sicut diceretur, Joannes est filius, sic etiam dicendo, pater est pater potest intelligi sic, prima persona est pater, quia genuit, et alio modo prima persona est prima persona; Vnde χpus dixit, Confiteor tibi pater (uocauit eum nomine communi) ac si dixisset, confiteor tibi, qui me genuisti, et es mihi pater, aliorum uero omnium Dñs. Ideo subiunxit: Dñe celi, et terrę, et omnium, quę in eis sunt; q̄n postmodum dixit: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, et cui uoluerit filius reuelare, Tunc nomen filij, et patris accepit substantiuè, non adiectiuè, quia tunc est nomen commune, et stat indifferenter per hoc patre, uel illo, prò hoc filio, uel illo; Ibi autem in Verbis Dñi est talis sensus: Nemo nouit secundam personam, nisi prima, et ipsa met secunda, et Spiritus Sanctus,

Confiteor tibi pater, et nemo nouit filium.

quę

qui etiam est Deus, neq. primam personam qs nouit, nisi filius, et ipsa met prima persona, et Spiritus Sanctus. Non excludebat ergo personas à cognitione tali. Sed creaturas omnes, quę nequeunt Deum nosse, nisi Deus ipse uoluerit, unde sequitur: Et cui uoluerit filius reualere, qui tamen illud numquam reuelat sine patre, et Spiritu Sancto. Similiter nomen Spiritus Sancti impositum est tertię personę à proprietate sibi propria, quę est spirari, seu uoluntate produci, quę uoluntas benigna est, et sancta. Ideo nomen illius personę rectè uocatum est spiritus sanctus, cui omnia dona, et omnis gratia attribuuntur. Nihil in mundo est ipso benignius, nihil dulcius, nihil suauius, nec = tamen suauior est patre, et filio. Quia suauitas una est in tribus; Vidisti ergo qualiter illa dictio pater, nunc significat suppositum diuinum, nunc proprietatem eius, et = interdum accipitur equiuocè prò creatore, et sic omnes tres personę sunt unus pater omnium creaturarum; Immò interdum accipitur pro sanctificatore, et sic est in speciali pater angelorum, et hominum tota trinitas. Hęc itaq. tria nomina sunt magnę uirtutis, unumquodq. significat personam diuinam sub propria ratione, quamuis personę à nobis non intelligantur = sub propria ratione. Ille tamen qui dixit: baptizantes eos in nomine patris, et filij, et Spiritus Sancti benè cognoscebat personas illas sub ratione propria. Neq. licet dicere in nomine ingeniti, aut uerbi, aut amoris spirati, neque in nomine = genitoris, uel utriusq. spiratoris, quia alia non significant personas sub ratione propria. Vnde, quamuis proprietas =

uerbi, et filij non sint due proprietates, sed una, et solum differunt ratione, tamen baptizando, ac etiam inuocando sanctam Trinitatem, non congrue dicitur: in nomine patris et uerbi, dicitur autem uerbum in quantum producitur a memoria patris, filius inquantum gignitur de substantia gignentis in natura intellectuali, ut diximus. In primo itaq. signo intelligitur persona prima constituta ex deitate, (ut natura est), et deitate, ut equiualens est rei absolute, quia persona constituitur, et distinguitur. In secundo signo intelligitur generare, in 3°. pater (ut diximus), an tamen genuisse dicat relationem paternitatis, uel eam precedit, declarabit suo tempore ille qui electus est ad hoc officium. Nam quidam ex uestris putant nil aliud esse patrem quam hoc quod est genuisse, et filium hoc quod est esse genitum, et quia ille, qui genuit impossibile est non genuisse similiter, et genitum impossibile est non esse genitum, Ideo qui pater semel est, semper est, et qui filius semel est, semper filius est: et ita Maria nunquam desijt esse mater Dei, et hoc modo non esset in patre deitas equiualens generationi seorsum, prout superius diximus, Similiter non esset aliud, deitatem equiualere generare, uel genito quam equiualere filiationi, neque enim in Spiritu Sancto esset alia ratio ipsius donari, uel produci libere, et alia relationis, quam Spirationem passiuam nominauimus superius: Et eodem modo nomen patris, et gignentis, uel genitoris idem omnino significarent. Similiter, et nomen geniti, atq. filij, quod, an sit uerum, discutiet pastor ille, et

nunc

(nunc sequimini quod te superius docui, Videlicet, aliam rationem esse generationis actiuę, et passiuę, aliam paternitatis, et filiationis (Tunc ego Interogaui, quō una persona non sit maior alia, et quarè una persona non careat aliqua perfectione quia in una sunt alia propria, quā in alia, et quarè non sunt ibi plures productiones quā duę; sic autem me interogante, Angelus ita Loqui cępit: Iam uidendum est, quomodo non est maior una persona, quā alia: Et aduerte, sicut numeri duo, in quibus est par, multitudo unitatum non dicitur maior alio, quamuis alię sint unitates in uno, quā in alio, sicut non est maior quinarius manus dexterę, quā sinistrę, licet alij digiti sint in dextera, quā in sinistra; sic quia in personis diuinis tot sunt proprietates in una, quot sunt in alia, ut superius ostendimus, sed non sint eadem in una quę in alia sunt. Ideò una non est maior alia, sed accipiendo maius prò eo, quod est dignius, et nobilius, possetis mirari quarè pater non sit maior filio ex quo est dignior, nam generare, et habere ex se omnia dignius est, quā generari, et ab alio accipere omnia; Et similiter, quia beatius est, et excellentius dare quā accipere; Sed pater generat et habet omnia ex se, et filio dat omnia, filius uerò generatur, et omnia habet ab alio, et accepit omnia à patre, ergò dignior est pater filio, et uterq. Spiritu Sancto; Quoniam igitur non potest negari quod sit dignius dare (secundum suā rationem, quā accipere; Ideo ea ratione non est inconueniens patrem putarè digniorem, non quod sit dignior in deitate, sed in Largitione deitatis; unde aliqui ex uestris illud uocauerunt auctoritatem, dicentes: In patre est auctorit.

quomodo una persona in diuinis non est maior alia

in filio sub auctoritas, unde, et Logici dicunt, paternitatem esse relationem , et filiationem Habet ergo illam auctoritatem, sed non est maior propter id, nisi ualde improprie intelligendo pro maius idem quod dignius, uel habens auctoritatem; Vnde quidam ex hic stantibus (et ostendebat Hilarium pictauien.) dixit: pater est maior filio, nec tamen filius est minor patre, quod sic intelligendum est; pater secundum quod est maior filio, tamen filius simpliciter loquendo non est minor patre, si tamen pater aliquomodo est maior filio, filius aliquo modo est minor patre, Sed ~~licet~~ nec pater est maior filio simpliciter, nec filius minor patre simpliciter. Adde quod pater non est maior filio, quia et generare, atque dare est deitatis similiter generari, ~~atque~~ dari. Si ergo alia res esset generare, et alia generari pater posset dici aliquo modo dignior filio, Sed ~~licet~~ quia deitas ita est generari, sic et generare et deitas est in patre et in filio, Sequitur quod cum eadem res omnino sit in uno, quod in alio, unum non potest dici nobilior alio, immò res illa, quae est generare est in filio, quia deitas, quamuis deitas non equiualeat ipsi generare, prout est in filio, ipsa tamen est in filio, nam filius est illa res, quae est generare, et pater est quae est generari: Quicquid ergo habet pater formaliter, habet et filius, et Spiritus sanctus, uel formaliter, uel realiter, aut idemptice, Et quicquid habet filius formaliter habet, et pater, et Spiritus sanctus, uel formaliter, uel realiter, uel idemptice, Et quicquid habet Spiritus sanctus formaliter habet pater, et filius, uel formaliter, uel realiter, seu idemptice. Illa ergo eadem sunt in omnibus personis, sed non

eadem

eadem, et eodem modo sunt in omnibus personis; Non ergo maior est una quam alia, quia tot sunt in una, quot in alia deinde quia illa eadem, quamuis alio modo sint in una, que in alia, Deus est omnia in omnibus illis. Nunc uidendum est, ex quo totum, quod est in una persona sit deitas, et totum quod est in alia sit deitas, et deitas sit una res, an possit dici tres persone tres res. Et dico tibi carissime, quod uos iam confitemini tres res, et negare non potestis, quia iste dixit (et ostendebat Augustinum) et nostri ita confitentur, Non tamen illi tres proprie sunt tres res, sed unica res omnino (Tres enim sunt uere, et proprie, sed non proprie tres res, sed unica, Ideo dictum est, et hij tres unum sunt, idest sunt una res omnino, eadem enim re conueniunt, et distinguntur ut ostensum est; una ergo res sunt, quia totum quod est in qualibet persona deitas est, tamen, ut dictum huius (et ostendebat Augustinum) quod accepistis uerum sit: sic declaro illud: deitas, prout equiualet tribus rebus, uel entitatibus distinguit personas, ideo possunt dici tres res; quia res, una tribus equiualente, sunt distincte. Vnde subiunxit ipse, uidelicet Augustinus, et hij tres sunt una quedam res summa: hoc est, hij, quos dixi esse tres, sunt una quedam res summa, per cuius equipollentiam tribus rebus, dicti sunt hij tres res. Ecce habes, quomodo sunt una res, et quomodo sunt tres res per equiualentiam unius rei tribus rebus, una ergo sunt res summa, quia illa res maxima diuine essentie est ratio trium rerum personalium; quando ergo dicitur tres sunt, si queratur quod tres, hoc est. Tu dicis esse tres, expone, et adde substantiuum illi adiectiuo tres, quod tres homines, uel tres dij, uel quod tres, Noli respondere, tres dij, ne uideatur in ipsis deitas distincta; quamuis posset dici, tres dij, hoc est tres habentes deitatem Tamen dicere tres dij, illa distinctio tres, uidetur determinare deitatem: illa uero determinatio est quedam multiplicatio, et plurificatio: et sic uidetur deitas multiplicata, et plurificata

sed si plurificaretur illud, quod illa dictio Dij concernit, oro = esset uera: tres sunt Dij, hoc est, tres sunt habentes deitatem; et illo modo dictum est: In principio creauit dij Celum, et terram. et dicendo, hij sunt, ostensis personis, locutio est minus incon= grua, quia dicendo, tres dij, quia ista est uera absolute: hij sunt Dij, i. habentes deitatem; Sed ista: hij sunt tres dij, est suspecta, quia illa dictio tres uidetur cadere super significatum illius substantiui dij, et non super illud quod concernit, Videlicet super illam dictionem, habentes. Nam si caderet super eam, oro = esset uera. Noli ergo respondere quod sunt tres dij, nisi in sensu illo. Neque respondeas, quod sint tres res quia uidereris con= cedere pluralitatem rei, qua sunt persone, et qua existunt, tamen possunt dici tres res illo modo quo declarauimus —. Sed res= pondeas, sunt tres persone, siue tres subsistentie, seu hyposta= ses, non tres substantie. Quia substantia idem est, quod usia, siue essentia, uel natura diuina: Si tamen nomine substantie Intelligatur subsistentia, uel persona, quasi per se una, pot dici, quod sunt tres substantie, sicut Greci solet dicere, sunt tres = hypostases; sed melius est uocare nomen hypostasis subsistentiam, quam substantiam; sunt etiam tres existentes; Sed non tres existentie, quia deitas ipsa est existentia, quia ipsi tres existunt, et nota, quod ratio illa, quam posuit iste (et ostendebat Scothum) bona est, Videlicet, quod ideo pos= sumus dicere, tres sunt creantes, et tres existentes, et non tres creatores, nec tres existentie, quia dicendo, tres creantes ponuntur duo nomina adiectiua, quorum neutrum = alterum determinat, sicut neutrum ab altero dependet, scilicet utrumque determinat substantiuum sub intellectum, sic utrumque illorum ad ipsum dependet, illud autem sub= stantiuum, quod determinat illam dictionem tres, non

est Deus.

est Deus, ut diximus, aliquid propriè res, sed persona, subsisten=
tia, seu hypostasis, est ergo sensus: tres creantes, uel tres exis-
tentes, hoc est, tres personę existentes, uel creantes: Dicendo
autem tres creatores illa dictio tres cadit super significa=
tum ipsius creationis, et plurificat eam, et quia ipsa
uis creatiua, et creatio est una in tribus, de Deo tres plu-
rificatur; et sic oro fit falsa. Tunc interrogaui:
Domine mi, quamuis non omnia perfectè capiam, hoc tamen
intellexi, q. in diuina persona nil est, quod non sit deitas,
et etiam q. persona est Deus; et deus est persona, quomodo
ergo sunt tres personę et non tres dij? Respondit Angelus=
Augustinus hic existens ualdè de hoc dubitauit, et cum =
Angelus hoc diceret, Augustinus suspirauit, quasi compa-
tiens uiatoribus, q. ista non ualent intelligere perfectè.
Dixitq. Angelus: necesse est, ut huic adiectiuo tres, corre=
spondeat aliquod substantiuum, non tantum propter
hęreticos interogantes quid tres, sed propter rei ueritatem;
Nam persona notat, et significat aliquid subsistens, et
incommunicabile in natura intellectuali, oportet igitur
in persona esse duo, naturam intellectualē, et aliā rem, uel
entitatem, per quam subsistat incommunicabiliter, et distin=
guatur ab alio in tali natura subsistente; Si ergò in patre esset
talis res alia ab essentia, tunc manifestum esset à quo
sumeretur ratio personę, sed nunc quoq. ponendo personas
simplices, et in eis solam deitatem, idem erit, quia diuina

essentia est natura intellectualis, et perfectè supplet uicem illius rei, per quam persona subsistit, et distinguitur. Totus ergò pater est persona, et duo in se includit, naturam et rem, per quam est persona, non quidem tamquam duo distincta, sed unum duobus perfectè equiualens includit. Quia tamen ratio personę ab illa reque distinguit, sumitur, quia per illam habet esse incomunicabile, ideo alia est ratio naturę alia personę, non quia illa sola res sit persona, sicut homo non dicit solam rationem, sed etiam sensum, tamen esse hominis ratione sumitur; in proposito tamen, illa alia res, qua persona distinguitur, non est alia res ab essentia diuina. Sed essentia diuina supplet uicem illius rei perfectè, ac si ibi poneretur tamquam distincta ab ipsa, totum ergo quod est in patre est Deus, et deitas, nam quo pater Deus est, et quo absolutè est deitas est, et quo persona est, non est alia res à deitate, sed est ipsa deitas, prout equiualet tali rei, et supplet uicem eius; Tres sunt ergò personę, quia tres subsistentes, tres per sè existentes, sed non sunt tres dij, sed benè tres deitatem habentes, et quia distinctio trium non est per deitatem, ut deitas, et essentia est, sed est per deitatem, prout supplet uicem trium rerum; Ideò plurificando personas non plurificamus deitatem; quando ergò una res duabus perfectè equiualet, non sequitur ratione, qua equiualet uni plurificatur ergò ratione qua equiualet alij plurificabitur. Sicut ergo eadem re conueniunt personę, et differunt, ita eadem re plurificantur, et unificantur prout illa

una

una equiualet pluribus: unde non est contra primum principiũ, quia sicut tu saluas (dixit Thome) ibi non esse condictionem propter pluralitatem entium rationis; et tu (dixit Scotho) pro pter non Identitatem illorꝫ formalitẽ, uel ex natura reiꝫ; Ita ego tertius Theologus de utroq. uestrum sapiens utrũq. declarans, et utrũq. conciliians saluabo non esse contradictio= nem ibi ullam propter equiualentiã deitatis pluribus rebus; Eadem ergo res manet una, et plurificatr. quia deitas, ut nara, et ut deitas est, manet, una et ipsa eadem, prout equipollet tri bus rebus hyppostaticis, plurificatr; alia ergo ratione manet, alia plurificatr. Vnde ipsa met, prout equiualet rationi pater- nitatis, uel rationi, qua hec persona est persona, differt a se ipsa, et non est eadem secum, sed alia à se, prout est rõ aliꝫ persone ut sit alia persona, et prout equiualet rationi filia- tionis. Vnde sicut paternitas non est filiatio, ita neq. deitas, prout equiualet paternitati est deitas, prout equiualet filia- tioni. Ideo dicitur, q. paternitas, ut comparata ad ẽntiam, transit, ut comparata ad suppositum, manet; semper tamen manet, et semper transit (ut iste Scothus dixit) proprietas= hyppoca comparata ad aliam, uidetur manere distincta ab illa, comparata ad naturam transit in illam. (Tamen nota, q. onden- do diuinam naturam, seu deitatem hec orõ est uera, hoc est paternitas, et hoc est filiatio, non tamen paternitas filiatio, conceditur; Et hoc ideo quia deitas bene potest dici paternitas, quia equiualet ei; similiter potest dici filiatio, quia equiua= let ei, Sed non potest dici paternitas est filiatio, quia nullo modo est, nec formaliter, nec equiualenter; paternitas enim non equiualet filiationi; nec filiatio paternitati. Quando ergo dicuntr

duo de tertio, quod utriq. illorum equiualet, et neutrum illorum equiualet alteri; tunc illa duo non propter hoc dicuntur inter se, nisi sic: paternitas est illa res, que est filiatio, uel q̄ equiualet filiationi. Vnde non est omnino hoc dicere falsum, Paternitas est filiatio, non q̄ ratio paternitatis sit ratio filiationis, sed q̄ res illa, q̄ est paternitas, ipsa eadem est filiatio. Aduerte melius, quare hec ratio conceditur: Deitas est sapientia, et deitas est bonitas, ergo bonitas est sapientia; et tamen deitas equiualet, et sapientie, et bonitati, non autem sapientia bonitati aut econtra; Hoc autem non conceditur absolute: Deitas est paternitas, et deitas est filiatio, ergo paternitas est filiatio, non sequitur.* Dico tibi, hoc ideo esse, quia sapientia, et bonitas se habent ad deitatem conuertibiliter, quia sunt secum in omni persona. Deitas enim in qualibet persona equiualet sapientie, et bonitati. Paternitas autem et filiatio, et alie proprietates personarum se habent ad deitatem sicut quasi contrahens ad quasi contractus. Quando ergo una res illimitata ad duas, equiualet illis duabus; tunc quamuis utraq. illarum dicatur uere de illa, non tamen propter id una illarum dicitur de alia. Sicut due differentie dicuntur d' animali, puta rationale, et inrationale, neq. tamen rationale est inrationale. Vnde si animal equiualeret rationali et inrationali non sequitur ex affirmatione utriusq. illorum De animali affirmatio eorum inter se, Hec ergo est causa, quare paternitas non est filiatio, quamuis utraq. sit deitas, et non illam, quam posuistis uos (dixit Scotho, et Thome) Vos enim a rationibus hypostaticis remouistis omnem perfectionem, et dixistis, eas abstrahere a finito, et infinito

*quare hic non seqr̄ et ibi seqr̄?

infinito. Et hoc fecistis, quia aliter tenendo, sequeretur q aliqua perfectio esset in persona una, qua careret alia; sed nos iam os tendimus nihil esse in persona una q realiter, et identice non sit in alia, quia deitas est res una cum illis, et illud sufficit propter summam perfectionem personę, ut in ea sit deitas quę equivaleat omni perfectioni, etiam si non equivaleat, prout in ipsa est, satis est persona habere illud, ~~in se~~ quod in se continet omnem perfectionem. Relationes certè diuinę, si res sint, et entia, non solum erunt ens in eoi, sed tale ens, et tale unu, et tale uerum, et tale bonum; si enim non abstrahunt à ueritate, et bonitate et iam non abstrahunt à perfectione, et si non abstrahunt ab unitate, quę secundum te (dixit ad Scothum) posterior est, q quantitas uirtutis, quomodo uis, ut abstrahant ab ipsa quantitate? Non nè quantitas illa est modus intrinsecus? non nè modus intrinsecus, uel est de quidditate, uel est propinquissimus quidditati? Vnitas, Veritas, Bonitas, passiones sunt, et posteriores quantitate uirtutis; Ens in communi abstrahit ab omni gradu ex sui natura; Ens sub illo contentum abstrahere non potest à gradu, et non abstrahere ab unitate, Veritate, et Bonitate; Quia includens posteriora, includit et illorum priora, quia si quantitas uirtutis non sit prius unitate, tunc diuisio per unum et multa, esset prior, q diuisio per quantum, et non quantum, Vel per finitum, uel infinitum, quod esset pro Thoma hic, contra te, et tuos; Idem ergo dicendum est de proprietatibus diuinarum personarum, quod de essentialibus, q nullius earum repugnat perfectio. Si enim alicui ex sua ratione formali, et natura

propria repugnaret perfectio, illi etiam repugnaret uniri, et copulari taliter illi, quod est perfectum; et cui non repugnat esse rem perfectionis infinitę, non repugnat etiam naturę suę perfectio. Si quoque non quantitas per se includeretur in natura relationum diuinarum, nullo modo quantitas eis competere posset per regulam uestram, quę dicit: quando aliquid competit alicui per se, oppositum illius, neque per se, neque per accidens illi competere potest. Deitas ergo non est supplere uicem rei illius, cui omnis perfectio repugnaret, si qua talis esset, nulla tamen talis est. Et quia non est alia entitas Deitas, et alia perfectio eius infinita, neque alia sapientia alia perfectio sapientię, sed deitas est omnia, non est opus inquirere, an sapientia dei sit formaliter infinita, quia deitas ipsa, prout equiualet omnibus illis est pelagus perfectionis infinitę, et ipsa solum, ut natura considerata, non est pelagus, ipsa ergo unica est pelagus, ex eo quia omnino unica res existens omnibus equiualet; neque oportet dicere, quod ipsa deitas ab omnibus attributis, et proprietatibus abstracta, est pelagus, quia omnia illa in se continet eminenter; non est dicendum ita, quia tunc esset bis pelagus per duplicem continentiam, primo eminentialem, deinde formalem. Et tunc iterum posse querere, utrum ipsa deitas, ut abstrahit ab omni continentia eminentiali, et formali sit pelagus? Deinde deitas non continet illa formaliter, tanquam entitates distinctas, sed est unica, et simplicissima entitas in se, equiualens tamen omnibus illis, ratione cuius

equiualentie

equiualentiȩ est pelagus; Nullum ergo illorum, quibus equiua-
let ipsa est pelagus, quia nullum aliorum equiualet omnibus; Nam
illa res deitas, est illud, quod habet esse suum, et equiualet entitati
omnium aliorum. Ecce videntis, quid sit sentiendum de relatio-
nibus diuinis, et rationibus hyppostaticis, et quia paternitas
non sit filiatio, tamen est id, quod filiatio, et quia sapien-
tia est bonitas, et est id, quod bonitas. Et quod quicquid est in
persona una, est aliquo modo in alia. Nunc autem con-
siderandum est quia neque pater, neque filius potest gignere
alium filium, aut spiritum sanctum spirare, et quia Spi-
ritus sanctus non generat, nec spirat, de hoc tu (dixit ad
Ioannem Scothum) satis accurate scripsisti, nam generatio
Dei, sicut deus, et omnia diuina, est de se hec; omne
autem de se singulare, est implurificabile. Vnica ergo est genera-
tio, unica spiratio, nam si possent esse plures, possent
esse infinitȩ, et ita essent de facto infiniti filij, et infini-
ti Spiritus Sancti, nam in eternis, omne, quod potest esse,
iam est: et ita essent personȩ infinitȩ, quod recte respon-
disti; etenim, non solum esse multitudo infinita finitorum,
sed infinitorum. Accidit ad rem nostram, ad propositum
si nrum, Quare pater generat uigore infinito et ȩterno,
et genitum est ȩternum, et infinitum, et semper termi-
nat generationem patris, quia generatio illa non transit
in preteritum, ipso autem terminante complete, et

adequatè, nil aliud eam terminare pot. Similiter Spiritus=Sanctus totaliter, et adequatè, ac semper terminat Spirationem patris, et filij, Ideo nulla alia persona potest eam terminare, sedlicet ratio prior est euidentior, quia generatio est de se hec, et singularis. Similiter, et Spiratio, ideo plurificari non pot, quia omne quod pluribus communicari pot, et infinitis communicari poterit; et si hoc pot esse in diuinis, iam est. Scito tamen q principium gignendi, Videlicet memoria perfecta, et uoluntas perfecta est in omnibus tribus personis, quia deitas illis perfectè est equiualens, Sed quia in memoria non pot=fundari, nisi unica generatio, que iam in ipsam fundatur, prout in patre existit, Ideo, prout memoria in alia persona existit, non fundatur generatio in ea; similiter, quia spiratio unica pot fundari in uoluntate perfecta, et illa fundatur in ipsa, prout patre, et filio est, ideo, prout in Spiritu sancto* habent principium generandi, hoc est quo filius generatur, habet enim memoriam fecundam, que est principium, ex sui natura, tamen non est principium generandi, sicut spiritus sanctus habet uoluntatem perfectam, que est principium spirandi, sedlicet non est ei principium spirandi uoluntas, que est in ipso spirat, sedlicet non prout in ipso est spirato, quesi ergo potest pater, potest filius, et Spiritus Sanctus, = quia eandem potentiam omninò habent, quamuis pro=ductio in uno ipsoz fundetur, et ad alium ipsorum terminetur

*est, non fundatur in illa unde filius et Spus sanctus

terminet. Et sicut productio in persona, ad quam terminatur, non fundatur, sic illa persona in quo fundatur productio non terminat productionem. Et his uidere potes numerum diuinarum personarum, et quomodo plures esse non possunt. Et gratio persone est deitas, prout equiualet rei hyppostatice, et quasi contrahenti. Et ita persona notat aliquid reale potest tamen deinde comparari ad diuinam naturam, que natura diuina, uel qui deus uidetur se habere ad patrem, et filium, et spiritum Sanctum, sicut quasi homo ad petrum, paulum, et Ioannem. Qui, ex eo quia subsunt omnibus, dicuntur supposita, et persone, quia quilibet illorum est hoc aliquid, et per se unus; sic quia pater, et filius, et spiritus sanctus uidentur respectu Dei ita se habere, dicuntur supposita, et persone per translationem, et methaphorice. Non igitur mirum, si aliqui dixerunt, personam in diuinis significare secundam intentionem, non quia constitutum personarum non sit aliqua res, hoc est essentia, et equiualens rei tali, sed quia illa tria possunt comparari ad essentiam dei, et illis potest attribui talis intentio qualis, ut diximus, Petro, Paulo, et Ihoanni respectu hominis; in hoc tamen differunt, quia Petrus, Paulus, et Ioannes comparantur ad naturam humanam, tamquam indiuidua ad naturam, que est una numero; in diuinis uero tres persone comparantur ad hanc naturam diuinam ut hec est, quia tres persone sunt unus deus numero, illi uero non sunt unus homo numero, sed tres homines. bene intellexisti quomodo persona est ens reale, et quomodo est =

ens rationis; sed restat declarare unum, videlicet, cum dicimus tres sunt personę, quod ibi plurificatur, essentia, non, nec proprietas, quia proprietates sunt unicę et incommunicabiles; Aut ergo plurificatur sola intentio secunda, ut sit sensus, tres personę, hoc est tres, quorum quilibet est per se unum; aut negatio communicabilitatis, ut sit sensus, tres personę, hoc est tria incommunicabilia; et certum est his duobus modis esse tres personas, et nomen personę abstrahere ab illis tribus, ut persona in communi notet per se unum, uel incommunicabile, et sub illo communi intentionali, uel negatiuo sit hoc, et illud per se unum, et hoc, uel illud incommunicabile; Sed an à tribus rationibus personalibus in re posit abstrahi aliquid reale commune ita quod sicut pater est persona per; a; et filius per; b; et spiritus sanctus per. C. hoc est per tria realia, ita omnes tres sint personę per aliquid commune reale ipsi. a, et. b., et C. Vtor his literis, quia uos caretis nominibus illarum proprietatum; ad hanc dubitationem ita dicendum est, et ita tu conscribe. In quo illa tria entia. a; et. b. et. C. sunt ultimò personarum distinctiua, nullum reale est ipsis tribus entibus omninò, etiam secundum equiualentiam simplicibus commune, quia illa tria entia non sunt aliud, quam deitas ipsis tribus equiualens, et si ipsa tria essent alia à deitate, ad huc tamen essent simplicia omninò, et non constituta, quia sunt ultima distinctiua; Non ergo ipsa ulterius distinguuntur,

quod

quod fieret, si ab ipsis posset abstrahi aliquid commune, in quod natura in illo conuenirent, et per aliqua alia distinguerentur, et esset aliquid commune solis personis diuinis, quod se haberet ad illas, tanquam species ad indiuidua, quod neuter uestrum (dixit ad Thomam, et Scothum) posuit, uterque enim uestrum remouit genus, et specie à diuinis, de quo Pastor Iudicabit, utrum uos, uel Nominales in hoc melius dixeritis, et uos iam scitis, et uidetis; sed nolo illud nunc conscribi, multa enim illi futuro reseruantur; Neque potest bene dici, ut conueniant in persona, tamquam in proprietate communi, non tamquam in spe, uel genere. Nam proprietates diuinę essentię non plurificantur, et proprietates personales non communicantur, neque ab ipsis potest abstrahi commune, ex quo sunt omninò simplices.

Tunc ego; utrum subsistentia, res naturę, et suppositum, et hypostasis, siue substantia sint idem? Angelus subrisit, dicendo: uis quod te doceam uocabula, quando res constat quod curas de uocabulis? Apud uos Philosophos substantia, uno modo est omnis natura, et omnis essentia, quia substat non semper accidentibus, sed semper aliquibus, quasi circumstantibus naturam. Substantia igitur rei non sunt eius proprietatis, aut ea circumstantia, sed ipsa natura rei et ita omnes species, et accidentium sunt substantię, et Deus est substantia, et hoc modo, etiam quod alij circumstat, dici potest substantia, non quia circumstat aliud, sed quia alia circumstāt ipsum, sic dicunt, substantia coloris, uel lucis, in

quantum lux, uel colores intelligunt. nãẽ habentes aliquas proprietates, condictiones, et accidentia. Alio modo substantia dicitur illa essentia, quam omnia circumstant, et ipsa nihil circumstat, et ità nullum accidens est substantia, neque attributa Dei, ut sapientia, et potentia, sunt substantia; et hoc modo distinguunt Philosophi nostri substantiam ab accidente, et qn natura, non solum substat aliquibus circumstantibus, sed etiam accidentibus, sic ab istis, i. Thoma, et Scotho, ponitur predicamentum distinctum, et remouetur à tali substantia deus, qn uerò solum natura substat quibusdam tantũ circumstantibus, que sunt una res secum, et non accidentibus, tunc etiam potest dici substantia, et eo modo etiam Deus est substantia; Subs tantia uerò plus notat, quã substantia incommunicabiles, omne enim subsistens est substantia, et non oĩs substantia est subsistens, et qn tale subsistens est in natura intellectuali dicitur persona à uris, quia uocabula sunt ad placitum. qn uerò tale subsistens est in alijs naturis, non solet uocari persona, nunc pro quolibet supposito accipitur, et prout persona, uel suppositum, seu subsistentia respicit naturam, cuius est suppositum, dicitur res nature. Ecce linguam tuam te doceo, nã in lingua mea alijs uocabulis utitur, in quibus nulla est equiuocatio, nulla amphibologia, aut dubitatio, sed omnium rerũ sunt propria nomina, et accomodata uocabula; Ecce uidesti, quid persone nomine

Intelligendum

intelligendum sit, et q. tres sunt persone, unde ibi est trinitas
personar(um), videlicet numerus ternarius, et non quaternarius,
non quinarius. Hec autem Sanctissima trinitas est unus
deus cuius Imaginem nos Angeli, et u(est)re anime gerimus, in
eo enim quia habemus intellectum cum obiecto, qui memo-
ria dicitur, et est uerbi productiua, et in eo quia habem(us)
uoluntatem secundam à modis productiua, represen=
tamus Deum patrem, q. est principium uerbi, uel filij
sui, et Spiritus sancti, q. amor dicitur, In eo uerò q.
habemus intellectum sub actu intelligendi representa-
mus deum filium, in eo uerò q. habemus uoluntatem
cum actu amoris representamus Deum Spiritum Sanc-
tum, que tria in nobis ratione actuum distinguntur
realr; Alius est enim actus memorie, siue mentis, hoc
est intellectus cum obiecto, et uoluntatis perfecte;
Alia res est notitia, Alia amor, et hec eadem tria sunt in
nobis consubstantialia ratione potentiar(um); Intellectus
namq(ue); et uoluntas non sunt alia res ab anima, ut hic
dixit (et ostendebat Scothum) neq. (Thomas iste, alius
aliter sensit, et qn dixit, potentias esse alias res ab anima,
intellexit, q. non sunt sola entitas anime sed aliqua
sibi super addita, que dicitur distingui ab anima realiter, non
quia alia sit existentia potentiar(um), et alia anime, sed quia alia
est in re, et nullo considerante, quia anima est una entitas,
alia potentia, que tamen due entitates sunt una res, quia una

habent existentiam: et una sine alia esse non pôt, Non est anima unquam sine intellectu, et uoluntate, neq. intellectus, et uoluntas ab anima, aut substantia nostra separari pôt, et sicut ex patre nascitur filius, sic in nobis de memoria nascitur notitia, et de uoluntate, iam nata notitia, procedit amor, sicut ex patre, nato filio, procedit Spiritus sanctus. ~~Spes communicatur filio~~ non sic proprie productio amoris communicatur notitie nostre, hoc tamen uerum est quia uoluntas amorem producere non potest, nisi notitia illius rei, quæ amatur, procedente, Ideo notitia est ex aliquo modo causa amoris, et sicut filius naturaliter, et Spiritus sanctus liberè producitur, ita notitia nostra à memoria naturaliter nascitur, amor uerò à uoluntate liberè producitur. Hec igitur est quantula aliq trinitatis illius in nobis Imago, uestigium quoq. trinitatis ē in oī creatura, omne enim creatum est unum uerum bonum denotans unitatem patris, qui est unicum principium omnium, et à quo omnium entium multitudo deriuatur, et procedit; denotans ueritate filium, qui est sapientia patris, Bonitate Spiritus, qui uoluntate producitur, cui bonum pro obiecto conceditur; Omnia quoq. quæ diuina arte facta sunt, et unitatem, et speciem, et ordinem in se ostendunt, Species, et pulchritudo rerum est ueritas eorum, que redduntur intelligibilia et sui met manifestatiua, ordo uerò in ultimum finem bonum denotat. Nil enim bonum est, nisi finis, et que ordinantur ad finem

ad finem, et ita hec assignatio uestigij est similis illi priori secundum hanc nouam expositionem, que melior est, q. illa ualde difficilis, quam dedit hic noster frater, etiam tempore illo erudit.s et ostendebat Sanctum Augustinum, Omnia quoq. Deus creauit in numero, pondere et mensura, unumquodq. enim additum alteri, facit numerum, ergo unumquoq. est unum, et unumquodq. mensuratur per accessum ad primum bonum, uel per recessum ab eo, quod non fit sine cognitione et unumquoq. inclinatur in bonum, et in suam perfectionem, que inclinatio est amor naturalis. Vnitas, ut præsens, patrem, mensura q. cum ratione intelligitur, filium, pondus, hoc est inclinatio, seu amor, Spiritum Sanctum denotat et significat. Hec tria dicuntur uestigium, et non ymago, quia uestigium est signum partis, sic ista non dicunt, nisi parte Trinitatis, et ymaginis, ymago enim est similitudo totius, significat enim distinctionem personarum consubstantialitatem earum et originem, unum uerum bonum significant non omnia hec, sed partem eorum: Notant enim consubstantialitatem, sed non distinctionem nec originem. Mens itaq. notitia, et amor, uel memoria, intelligentia et uoluntas cum amore simul est ymago, quia ibi est consubstantialitas ratione potentiarum, et distinctio propter actus, qui sunt distincti realiter, et origo, quia notitia producitur à memoria, et amor à uoluntate perfecta, et aliquo modo à notitia, et hic deficit ualde ymago à trinitate perfecta, Nomine autem mentis, et memorie, intellige utriuq. principium productiuum, sed arrige aures, et audi qualiter Angeli Iugit.r laudant, et magnificant sanctissimam Trinitatem. Et audi canticum triplici

Canticus Angelo(rum) in honorem S(anctissi)mae Trinitatis

lingua incohatum, sed Latina deinde continuatum, Michael Hebraice Incohauit

Kados, Kados, Kados, Adonay el Sabbaoth. Gabriel grece idem, et ipse dixit; Agios, Agios, Kirios theos Sonstratio; Rasphael Latine idem reiterauit; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Militiar(um)

Benedicamus patrem, et filium cum sancto Spiritu, Laudemus, et magnificemus eum in secula

Deinde nunc Michael, nunc alij presequebantur omnia latine, uel ad hoc ut ego melius intelligerem, uel ut ostenderent Deum plus laudari in lingua latina hodie quam in alijs, Michael itaque prosecutus est hec que sequuntur, que coniugantur cum superiori Initia, sic ut quando uos (Dixit Angelus) hec nostra Cantica cantaueritis, Continuate illa:

In solio excelso et eleuato tres omnino similes uideo
Equales illi sunt, undique in nullo inter se differentes,
Non est unus ante, alius retro, nec unus sursum, alius deorsum,
Inter se sunt uere distincti, sed que ad locum, et solium omnino distincti
Vnusquisque trium in eadem sede eque residebat,
Non est a dextris unus, a sinistris aliud, sed quilibet est in quolibet,
Nomen primi proprium pater est, ipse namque solus genuit,
Nomen secundi est filius, solus etenim genitus est,
Nomen tertij Spiritus sanctus, ipse solus spiratus est.
Multa sunt ipsorum agnomina, uaria certo cognomina,
Ingenitus est, inascibilisque pater, inproductus, et a nullo procedens,
Memoria, Vnitas, et potentia sibi soli attribuuntur;
Filio splendor, spes, Veritas, mensura, et sapientia, ars plena omnium rationum uiuentium.

Spiritui

Spiritui Sancto Bonitas, ordo, pondus, et suauitas gratiarum, charitas, et benignitas;
Solus filius uerbum est, quia de memoria solus productus;
Solus spiritus Sanctus amor spiratus, solus donum ipse nuncupat.
Sed unumquodq. illorum trium nominum suam personam sub ratione propria Signat.
In his latet magnum sacramentum, in his magna uirtus abscondita est.
In Ipsis hominum uita et salus consistit, in his omnis gratiarum, et peccatorum expiatio existit.
Nomen Tetagramatõ utile erat antiquis: sed haec utiliora sunt modernis.
Benedicamus patrem, et filium cum Sancto Spiritu, laudamus, et magnificemus eos in secula.
Simillimos eos in tantum uidemus, quod unum ab alio non discernamus
Quecunq. uidemus, aut aspicimus, eadem rem omnino Iudicamus;
Et quia nihil est in aliquo ipsorum nisi Deus, quemcunq. uidemus Deum solum uidemus.
Deus est quo Conueniunt, et quo differunt, Deus est omnia in ipsis omnibus.
Maximus, et Simplicissimus est noster omnipotens Deus;
Nulla tamen bonitas est, aut perfectio, quam ipse non Contineat.
Simplicissima est natura diuina, sola tamen ad omnia ualet
Ipsa est Deo nostro loco potentiarum, et operationum, et omnium aliorum, quae de ipso dicuntur. — secunita
Que in rebus creatis sunt sparsa, et diuisa, in Deo sunt collecta.
Que homines per multa Instrumenta perficiunt, unica re in Deo peraguntur.
Quando unum pluribus equipollet, quae pluribus fierent etiam in illo uno fieret,

Immò, et perfectiss.ᵐ illo uno fient, quia uirtus unita est potentior
Singulis ipsorum simplex est, et quilibet constit.ˢ
Simplix, qui non nisi Deus, constituit, quia Deus pluribˢ. equiualet,
Qui producit, et quo producit, equè est Deus cum producto.
Natura non generat, neq. spirat, non generatur, neq. spiratur,
Ipsa tamen est generatio, et spiratio, ipsa generari, et spirari.
Vna summa quedam res est Deus, omni bonitate in se fretus.
Benedicamˢ. patrem, et filium cum sancto Spiritu Laudemus, et
magnificemus eum in secula;
Vim quamdam uidemus in patre per modum nature productiuam;
Vis illa est Deus, et Deus est ipsa uis productiua.
Intellectus est cum essentia, que solet appellari memoria,
In rebus perfectio eternis, in quibus est uis omnino inmutabilis,
Quia non distat esse à posse, quod potest esse, necesse est esse.
Quicquid ergò est productium, et producens altu erit.
Constat nobis accidens, in Deo esse non posse, quod producitur
substantia erit.
Vis producens est infinita, productum infinitum erit.
Infinitum nihil est, nisi Deus, productum ergò Deus erit.
✠ Impossibile est aliquem seipsum gignere, genitum alia persona erit,
Ex quo memoria producitur, productum uerbum erit,
Quia de substantia gignentis natura intellectuali oritur filius, certo erit,
Quia gignenti simillimi Imago perfecta erit.
✠ Nequit esse nisi unus Deus, idem cum gignente Deus erit
Generatio unica est, et incomunicabilis, unicus filius erit.
Benedicamˢ. Iam patrem, et filium, et quod ab eis procedit Spiritu Sanctu,
Quomodò autem procedit, nos uidemˢ. propter uos homines ita canimus
Vt aliqualiter audiatis quod in Ciuitate comuni nobis uidebitis.

Est in

Est in patre, et filio eius, et alia uis productiua,
Non quidem per modū naturę, et intellect. sed ꝑ modū doni, et uoluntatis.
Est namq. in Deo perfecta uoluntas, est et dicis abactu infinita bonitas.
Quicquid autem in deo pōt esse, illud necesse est esse,
Producit itaq. non gignitr. quia uoluntate, non natura procedit,
Ideo neq. filius, neq. uerbum est, Imago aliquo modo dici pōt,
Substantia est inmensa, atq. Deus est, et tamen a producentibus alius;
Alia est ab ipsis persona, quia mens non capit, ut aliquid se ipm producat;
Donum ipse est uerum, et amor uerè spiratus,
Non à patre solum, sed etiam à filio, sicut Latini rectè canut.
Vis enim hęc prosupponit priorem, et iam in filio esse qn producit;
Nec tamen uere greci errant, qui ipm ex patre non ex filio dicunt,
Qui ipm ex patre procedere, et in filium dicunt permanere,
Non est certè ex filio, tamq. ex fonte ipm ex se effundente;
Non est ex patre, et filio, tamquam ex duobus principijs, sed tamq. ex uno,
Ex patre procedit per filium, et in filio quiescit talis processio;
A patre namq. talem processionem accipit filius, nec ipsa ulli alij communicatur.
Sed quia non mind. est à filio q à patre, ab utroq. procedere benè dicitr.
Verba trahēda sunt ad sensum, non sensus ad uerba.
Hic labor est hominum mortalium, nobis Angelis hęc oīa ex se patent;
Nulla est apud nos equiuocatio, nulla amphibologia.
Ecce ingenitus generat, et ipse met etiam spirat
Sed quare consequitur ingenitum non ingenitum generare
Pro illo si ergo inest negatiò pro quo in esset eius affirmatio
Sed si generans esset ab illo pro priori, si ergò esset ab alio q generet,
Negatio tamen semꝑ opportet, ut aliquā affirmationem committet.

Est itaq. in ipso generante ens uerum, ad quod ingenitum, et generare consequitur

Quia ergo genuit, pater est, et quia dum similis idem, et equalis est genito,
Idem est in essentia equalis in uirtute, et potentia
Similis est in Sapientia, et bonitate, et in omni alia qualitate
Hec tamen tam uaria non sunt, nisi sua essentia.
Spirat, uel potius donat cum suo caro filio illum q amor est, et donum,
Ille filius est genitus, et sua deitate constitutus
Entitas constitutiua in ipso conrespondet entitati constitutiue patris.
Esse ab alio conrespondent ingenito, genitum uero generati;
Filiatio paternitati, Idemptitas Indemptitati;
Similitudo similitudini, equalitatis uero equalitati.
Tot sunt in uno, quot in alio, communis est utriq. donatio;
Spirat spiritus, et ipse habet entitatem, qua constituitur in suo esse,
Ab alio est, ut patet, non genitus, sed donatus.
Quod pri est paternitas, et filio filiatio, hoc sibi est spiratio,
Idem est patri, et equalis, Immo, et in nobis similis.
Idem est filio, et equalis, eiq. in nullo diformis,
Tot sunt similitudines, et qualitates in uno, quot, et in alio
Deus tamen est omnia in personis omnibus.

Benedicam.s patrem et filium cum Sancto Spiritu, Laudemus, et magnificemus eum in secula

Huius Imago est in omnibus, que relucet etiam in hominibus
Mens, notitia, amor, siue memoria, intelligentia, et uoluntas;
In his est consubstantialitas, gratiarum potentiarumq. distinctio, gratiarum operationum
Ex mente, seu memoria procedit notitia, ex utraq. oritur amor,
Mens, siue memoria utramq. uim productiuam designat,

Quar-

Quaε uirium utraq. in patre, altera tantum in filio,
Ambę representant solum patrem, intelligentia sola filium,
Voluntas spiritum sanctum, non ipsa sola, sed amori coniuncta rapresentat,
Solę nanq. potentię, aut soli car. actus, non sunt ymago Trinitatis;
Potentię coniunctę actibus, pro modulo suo Trinitatem sanctam ostendunt
Mens, seu memoria, notitia seu intelligentia, amor seu uoluntas eu amore
Si in Deum ipsum tendant, seu Trinitatis perfecta ymago,
Si tendant in se ipsum, uel similia a ratione perfectę Imaginis decidunt.
Si ad inferiora se ipsis, ratio, Trinitas imperfectio erit in illis,
Et quanto ad imperfectiora extendetur, tanto magis diminuetur.
Aliqui mortalium dixere, ymaginem Trinitatis in corpore solere
Linea, inquit est pater, superficies filius, altitudo spiritus sanctus,
linea in se ducta superficiem producit, utraq. in se ducta corpus facit.
Omnia sunt ualde dissimilia, et tantę maiestati deformia.
Benedicamus patrem, et filium cum sancto spiritu, laudemus, et
magnificemus eum in secula
Vestigium Trinitatis est in omnibus, quod notum est etiam hominibus,
Quicquid factum est, unitatem, speciem, et ordinem in se condit
Quęcunq. creata sunt in numero, pondere, et mensura facta sunt.
Omne ens ensium, est unum uerum, et bonum,
Vnitate patri similatur spiritus, mensura, et Vnitate ipsi filio,
Ordine in ultimum finem, pondere, ac bonitate, conformatur producti uoluntate;
In his non est origo, neq. realis distinctio, ideo secundum partem est representatio,
Non ergo ymago, q totius est, dr, sed quia partim assimilatur,
uestigium appelatur.
Vestigium admodum singulare, refulgebit in singulari pastore,
Ipse erit uerus trismegistus, ter, inquam, maximus;

Dominus erit, atq. rex potentissimus, pontifex omnium maximus,
Omnia possidebit, et Ius in omnibus habebit;
Dominus ergò erit, quia rebus, ut suis, potiri ualebit;
Omnia gubernabit, reget et pascet, maximus ergò rex erit,
Veri namq. reges non sunt, nisi populorum pastores,
Conseruabit, benedicet, et santificabit, et pontifex benedictus, et sanctus erit;
Dominus dignitate, patri, ex quo sunt omnia, assimilari ualebit,
Sapientis est regere, Regia dignitate sapientiam filii demonstrabit;
Omnis benedictio, et omne donum spiritui sancto est uerè attributum,
Pastor sapientia sibi celitus concessa, lupos arcebit auctoritate sibi dimissa
Arietes gregis cornibus se petentes, mitigabit, atq. in bonum conciliabit,
Conflictus ipsorum ualde diros in Dracones, et Scorpiones conuertet,
Omnes feras ui curabit, omnia animalia ouibus assimilabit,
Ex omnibus fiet unum ouile, sub uno coadunatum pastore,
Agnus, qui tollit peccata mundi, regnabit in eternum, et in seculum seculi
Benedicamus patrem, et filium cum Sancto Spiritu laudemus, et magnificemus eum in secula
Pater non est, nisi Deus, filius similiter, et Spiritus Sanctus,
Vnus non est alius, id tamen quod est unus, est et alius;
Secundus oritur à primo, tertius ab utroq. egreditur,
Vnusquisq. tamen trium in uno quoq. ipsorum est Constitutum.
Duo sunt Spirantes, non tamen duo Spiratores
Tres et rectè creantes confitemur, neq. tamen tres Creatores.
Tres sunt in omnibus adiectiuè, non tres, sed unus substantiuè.
Hec omnia dicimus, ut hunc hominem doceamus:
Adiectiuum non determinat adiectiuum, sed utrumq. declarat substantiuum.
Duo ergò, et tres, non actione, sed determinant ipsas personas,
Sed nos ad nostra redeamus, et nostrum canticum resumamus:

Kados

Kados, Kados, Kados, Adonay, el Sabbaoth — — A —
Agios, Agios, Agios. Kirios, Theos, Ton Stration,
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Militiae.
Benedicamus patrem et filium cum Sancto Spiritu,
Laudemus et magnificemus eum in secula. —
Amen.

His dictis, dixit Angelus audisti canticum nostrum, quod nunc coram te in lingua tua cecinimus, ut omnia per secreta Sanctissime Trinitatis saltem ex parte degustares, et pro captu ingenij uestri intelligeres. Conscribe illud, et pastor cito uenturus, q. iam uenit sed nondum est pastor, ex illo psalmos, et hymnos eliciet, et faciet, stilum in aliquibus mutabit, tempora decantandi ordinabit, et multa auctoritate sibi tradita addet illis, sed post paucos menses hinc discedes, Mediolanum addibis, ibiq. in Domino obdormies et canticum istud in lingua nostra audies, et intelliges, et uidebis inter istud et illud tantam differentiam esse, quanta est inter diem, et noctem, inter lucem, et tenebras, inter corpus et umbra corporis; Vita enim ura mors est, scientia ura Ignorantia est, lumen urum obscuritas est. Age melius ut potes quousque animus tuus uires suas adeptus fuerit; Declina a malo, et fac bonum, Deum time, et mandata eius Sua. Deum adora, Genetrici sue reuerentia exhibe, Toti collegio hic assistentium te commenda, et reuertere ad speluncam tuam, et confirma in obedientia Sancta fres tuos. Quibus dictis, subito ut adoraui, et reuerentiam exhibui, et me commendaui, inuentus sum in Spelunca mea exceptus sum cum honore et amore a fratribus meis, et pluribus diebus absque raptu steti. —

Raptus ultimus, vz Octauus.

Vltimus raptus meus, post quem citò in Domino obdormire opportebat, secundum qd Angel.s sanctus mihi reuelauerat, fuit die trideco ante Ascensionem Domini, die Lune diluculo. Me itaq. in cauerna mea deuotè orante, in excessu mentis meę in votam illam iter raptus fui: Et Deum cum Regina, atque solita societate, immò, et ampliori uidi, et omnes uidebantur eu adorare, mihi arridere, quasi dicentes: benè uceneris, quia citò huc uenies, et foras ulterius non egredieris. Cantabant uerò Angeli, et coram Dei genetrice Maria laudes Longè plures solito cantabant, ipsam adorantes et magnificantes. Et omnes sancti idem faciebant, et qa nullus mihi loquebatur, et illa cantica, illaque adoratio diu durabat, in me ipso ualde admirabar, atq. obstupebam, cur tam diu Virginem adorarent. Illicò affuit Gabriel, meq. confortauit, hęc uerba dicens; Nihil, + quasi, de Maria Euangelistę scripserunt, quia satis tunc erat promulgari ea, quę ad redemptorem filium eius xpm Dnm ptinebant, nè uiderentur superflua dicere, et feminā quandam predicare, atq. extollere, quę sexus omnibus uilis uidetur, et abiectus. Quia ergò salus hominum in xpo consistebat, satis eis uidebat. xpm omnibus annuntiare. Sed fide iam per totum mundu, et bono xpi odore sparso, Dominus uoluit sanctos suos laudibus matris suę insistere, et circà illas occupari; et eo modo paulatim inotuit omnibus, qualiter totius corporis, qd est Ecclesia, cuius caput est xps, Maria collum existit. Itaq. nullum bonum, nullum donum, nulla gratia, nullum priuilegiu à capite illo in corpus, nisi per hoc mirabile collum, quod est Virgo dei genetrix Maria, descendit; Innotuit conceptio eius immaculata; Innotuit ipsius sapientia, et dum in hac uita

paruula

parvula viveret, et dum in matris sue utero moraretur. Nunc autem quia dominus in brevi precibus eiusdem sue genitricis totum mundum ad cultum suum est reducturus, et colla omnium iugo fidei est subiecturus, vult, ut huius Virginis puritas, sanctitas, gratia, decus, splendor atque magnificentia innotescat, ideo dilectissime te huc advenire voluit, ut ea, que tibi dixero describas, cunctisque hominibus manifestentur a pastore, qui vivit, sed nondum regnat. Regnabit tamen, ut tibi, antequam hinc recedas, ostendetur; et quia de ipsa Virgine multa inepte scribunt, et que vera non sunt, et multa vera pretermittunt; Tu itaque nunc iterum, nota, et que dico de illa animadverte: Ideo enim nunc omnes eam adorabimus, quia Deus vult eius gloriam palam facere omnibus hominibus, ut eius meritis, et precibus cuncti salutem, et vitam sortiantur eternam; Que alio tempore dixi, nunc ex parte repetam, et quedam nova, maxime de eius Assumptione in Celum, aperiam, excludendo multos, et vulgatos errores.

Precib. B. Virginis Deus vult totum mundum ad cultum fidei reducere. ——

Firmiter credendum est, ipsam, quam Deus supra omnes, etiam Angelos, elegit in gratia et gloria, et quam primam post se in regno suo esse voluit, et per quam omne bonum, et omne donum in homines trasfundere statuit, et quam in suam matrem elegit: numquam fuisse filiam ire, nunquam aliquo peccato fuisse maculatam; et nunquam, neque dum existeret, neque antequam existeret et in mente divina, visione apprehenderetur, fuit apprehensa, tanquam inimica, aut gratia carens, sed quia scientia Dei pro suo tempore, quo existeret, non esset sibi concedenda; quandocunque ergo Deus eam vidit, semper autem vidit, et nunquam eam pro nullo tempore, ut inimicam apprehendit, Quod de nullo aliorum filiorum Ade est credendum; et si forsan aliqui sint concepti amici, et pariter

De electione Virg. Marie ad gratiam, et gloriam

ante conceptionem purgati (ut diximus de Ioanne Bapta) nullus tn̄ est ex filijs Adam, quem pro aliquo tempore deus non uiderit, ut inimicum pro tunc. Aliq. ergo antequam orti essent, in utero erant inimici, sed in ortu, et post, nunquam fuerunt inimici, Aliq. uero ante ortū, et in ortu, et post semper inimici permanserunt, utque nunq. à peccato originali fuerunt purgati; Aliq. uero, non solum inimici permanserunt in inimicitia prima, sed etiam propria actione facti sunt inimici, addentes inimicitiā inimicitię., Aliq. uero à prima inimicitia purgati fuerunt, sed in nouam incidentes, in ea perseuerauerunt. Aliqui purgati à prima et secunda, tandem amici ex ista uita ura migrauerunt. Sola dei genetrix pro nullo unquam tempore inimica fuit, sed semper amica, Deo nolente sibi unquam, nam et semper uolente gratiam et gloriam. Quę, tamen in quantū filia, talis pater merebatur, ut sicut et alij eius liberi.

de anima Virg.[is] M.[ae] creata cum omnib[us] scientijs.

Firmiter credendum est, animam uirginis Marię creata cum omnibus scientijs, et rer. similitudinibus, sicut et nos Angelos, et à principio sui ortus Deum cognouisse, et amauisse, sed non notitia intuitiua, neq. uisionis, quia hoc proprium est beator.: ipsa tn̄ qnq. ipsm Deum, et frequenter, dum uiueret, uidit, sed in tali uisione non perseuerauit. Tantam ergo cognitionem à principio habuit, quantam et nos Angeli habuit et eo clariorem, quo Deus ipsam plus q. nos Angelos diligebat.

Firmiter credendum est, Mariam omnium gentium literas et linguas, et artes Liberales, et illiberales nouisse, similiter et Scientias speculatiuas, et practicas, tam actiuas, quam passiuas.

Firmiter credendum est, Mariā gratia maiori quocunq. Angelo, uel homine ornatam fuisse, et omnibus uirtutibus super omnes, post filium

post filium decoratam extitisse, Immò plures habuit uirtutes, quàm suus filius; namq. fidem, et spē, quibus xp̄s, tamquam ab initio = beat.s caruit.

Firmiter credendum est, Corpus Mariç optime Complexionis fuisse, itaq. nisi Deus uoluisset eam glorificare, et complexionem non impediuisset Longè amplius q̄ uixit, uixisset: Membra ipsius omnia q̄ uiro, et mulieri sunt Communia, erant similima membris xp̄i, Itaq. caro unius uideret. esse caro alterius, fuit pulcherima mulierum et in omnibus optimè disposita: Qualiter in trienio in templo Dnī presentata est, Qualiter ibi uixit, Qualit.r desponsata fuit, Qualit. ab Angelo, hoc est me Gabriele, salutata, uerbum dei concepit, Qualit. Helisabeht uisitauit, et tandem Iesum peperit, Qualit.r educauit, et in templo disputantem unà cum suo uiro Ioseph inuenit, Quato cum Ioseph aliquo tempore postea uixit, dicta sunt. omnem statum in se habuit: fuit enim innupta puella, fuit deinde nupta, fuit postmodum uidua, fuit uirgo, fuit et mater, postquam autem Iesus disputauit anno duodecimo aliqui dixerunt, Ioseph defunctum, et Mariam intrasse templum dnī, et locum tenuisse Annę prophetissę; Iesum uerò ascendisse in celum, et cum patre, et Spiritu sancto usque ad quartum decimum annum Tiberij Cesaris superius mansisse, et Ciuitatem beatoꝝ construxisse. Vnde ipse dixit: nemo ascendit in Cęlum, nisi q̄ descendit de Cęlo, et ita credunt, Cristum Dominum bis in Cęlum ascendisse; Sed firmit. credendum est, Cristum Dominum in Cęlum corporę non ascendisse unquam, nisi diē quadragesimo post resurrectionem suā, ipse tamen dicit.r descendisse de Cęlo, quia deitate ubi est, et in Cęlo precipuè qa ibi se ostendit hominibus per gloriam, descendit autem per effectum qa carnē assumpsit, et se ipsum exinaniuit, et humiliauit, ascendit uero, qa corpus suum illuc in gloria transuexit,

De cōplessione corporis B.me Virginis.

unde sequitur filius hominis, qui est in Celo; semper enim erat in Celo q. de loco non transit ad locum, et ille idem descendit, quia humanatus est; Deinde ascendit in corpore à se assumpto, Iste Dns Jesus illo tempore mystice fuit in celo, qa apud solum patrem prò nobis operabatur, et merebatur, et opera eius, atque merita non agnoscebant. apud homines sicut postea fuerunt agnita, qn publicè predicabat, miracula faciebat, et se deum publicabat; semper ergò ipse ciuitatem supernam pro nobis hominibus construebat meritis suis preclarissimis, Et Maria mater eius erat secum ut plurimum. Neq. uerum est, ut Anna prophetissa usque ad illud tempus uixisset. Neq. qd Joseph tunc mortuus esset, sed custodiuit Mariam usque ad baptissimum xpi, et conuersionem, ac familiaritatem Marie Magdalene, et Marthe sororis sue =

de morte Joseph Virg.is sponsi post conuersioné Magdalene, ćtatis sue 76.

Quibus dnus matrem suam commendauit, iam existentem = uiduam, qa ille status sibi deficiebat, et in illo statu orbata est filio suo, itaq. inuenta est simul sine marito, et sine filio, et antea pupilla fuerat, et orphana; Joseph ergò senex annorum circiter septuaginta sex migrauit, et appositus est plenus sanctitate, et iustitia, et omni uirtute, et gratia ad patres suos, quibus annuntiauit, qualiter factum erat uerbum Domini super Joannem Zacharie filium in deserto, et predicabat baptismum penitentie in remissionem peccatorum, et qualiter xpus Dns ab eo baptizari uoluit, et ipse quoque predicare ceperat, et iam discipulos congregabat, et multa miracula faciebat. Tunc omnes Sancti Patres, et Sancte Matres ualdè exultauerunt, et letati sunt in Domino; Et ipsi Joseph, tamquam nutritio Domini, maritoq. genetricis dei, et custodi, locum dederunt, ipsumq., non solum Adam, Seth, Abel, et Noe; sed et ipse Abraham, Moyses, ac Dauid uenerabantur,

Mag.s est apud Deum nostrum Joseph ille; Tota celestis curia ipsum, tamquam thesauri dni xpi Custodem, et ministrum fidelissimum honorat colit, et Veneratur; Oportet ut, et uos eum honoretis, et officium eius solemne celebretis. Et hic pontifex, q. nunc est, incipiet, sed ille, q. postea sedebit, et nunc inter uos simplr incognitus ambulat perficiet, et complebit. Joseph ergo ablatus fuit eo tempore ad hoc, ut Maria Virgo Vidua remaneret, et fructum non solum trigesimum, sed etiam sexagesimum offeret, et toti ecclesie mereretur. Et omnem statum honoraret, et Virginalem, et matrimonialem, et Vidualem, et esset caput, et spes, atq. unicum refugium uirginum, nuptar., et uiduar.; sed ante obitum sanctissimi Joseph, singulis annis, et festis Maria cum Jesu, Josephq. commitante in hierusalem ascendebant, Doctores, et Sacerdotes q. credebant, confortantes, et exortantes. Sed nolebat Dominus Jesus aperte predicare, sicut postea fecit, quia omnia secundum dispositionem prouidentie diuine, et secundum Prophetar. oracula, et testimonia faciebat, et exercebat, et in etate condecenti, ut etiam posteris exemplum preberet. Maria ergo interfuit nuptijs Joannis Euangeliste, et deinde assidue conuersabatur cum sororibus Lazari, defuncto Joseph, et manebat, ut plurium in Bethania; Et de passione xpi futura, quam preuidebat, semper doluit, sed tanto magis dolebat, quanto eam propinquiorem inspiciebat. Et qn eius dolores, hoc est, unigeniti filij sui uidit, et aspexit, et opprobria, et ingnominias ualde tristabatur, et de malo filij, et de nimia ingratitudine, et ignorantia, et impietate, atq. crudelitate hominum, et de damnatione ipsor. Multa ergo dolorem eius augebant, sicut, et filij sui, non obstante q. salutem humani generis ualde cuperet, et desideraret, sed illud non diminuebat dolorem qn cogitabat, etiam sine tali passione humanum genus redimi posse, Immo uidebat sufficere ad hoc promptã uoluntatem filij sui se offerentis absque ulla executione. Videbat quoq. illos mala intentione

poenam filio suo inferre; Valde itaq. doluit de tam atroci, ignominiosa, et iniqua filij sui passione; sed in eius quoq. resurrectione exultauit super omnes. Firmiter namque confortasse, atque gaudio, et exultatione summa impleuisse; et antequam ad Celos ascenderet, q. eam secum non duceret, se excusasse quia appartebat eam in uita mortali remanere, et secreta suę conceptionis, et natiuitatis, Paulo, Lucę, Dionisio, Ignatio, multisq. alijs reuelare, et manifestare, Et pusilanimes confortare et Discipulos, aliosq. credentes admonere, et uiam Dei docere. Dixitq. Dns matri suę quando ad celos ascendere uolebat: Ecce mater mea dulcissima, filium tuum Iesum uides extra omnem dolorem, extra omnem miseriam, et calamitatem. Ecce ipsum cernis Letissimum, et Iocundissimum, uiuum uita immortali, inpassibili, et gloriosa. Data est mihi, genitrix mea, omnis potestas in celo et in terra, factus sum Dns uniuersorum; Angeli omnes, et Archangeli, principats, et potestates, uirtutes, Dominationes, Troni, Cherubini, et Seraphini subiciuntur mihi, Et tu eris ante omnes, iuxta me, et iuxta solium sanctissimę Trinitatis; Sicuti quando me concepisti, et peperisti suauissima mater, uidisti, audisti, et experta es; Et mihi filio tuo summè placeret, ut in regnum istud nrm simul intraremus, simul illud possideremus, simul regnaremus; sed propter Apostolos et alios discipulos presentes et futuros prouidentia diuina decreuit ut tu in ista uita adhuc remaneas propter consolationem fidelium. Veniet ad fidem Paulus; Veniet Ariopagita Dionysius. Veniet plurimi alij, quos tu confortabis, et corroborabis; et Luce et Ingnatio et alijs, prout opportuerit, quidquid de me nosti, reuelabis, Et tepidis fidelibus multa merita accumulabis. Ego numquam te deseram diuinitate, tecum assiduè ero in isto sacro panis, et uini et meum corpus, atq. me totum ibi oclis mentis tuę sępessimè et quoties placuerit, et opus fuerit offeram, et ostendam; Videbis me filium tuum etiam corpore tibi presentem, et numquam te derelinquentem. Commendo tibi fratres meos Apostolos, et Magdalenam, teq. ipsis committo; Ascendo Ecce ad patrem meum et patrem urm, Deum meum et deum urm; Iohanes accede huc; Magdalena appropinqua ad me; Matrem meam uobis

Margin notes:

tenendum est xpum Dnm ante omnes alios matri suę apparuisse, ipsamq.

Verba xpi Dni ad Matrem suam quando ad Celos ascendere uolebat

concordat cum laminarum doctrina

uobis committo, genetricem meam carissimam uobis commendo, seruite illi et obsequia prestate opportuna, Nam et ipsa mihi tanto tempore seruiuit, meq. cum tanto amore et diligentia educauit, in Egiptum, et de Egipto associauit, et quasi in omni itinere commitata est, multa per me pertulit. Vos etiam per ipsam mei gratia, et sui amore preferre uelitis, tam curam de ipsa habetote, qualem ipsa de me habuit. Veneramini et obseruate eam; Mater Dni uri est et Saluatoris, Genitrix dei, et omnium plasmatoris; Et coram omnibus complexans eam brachijs uenerabilibus, et Sancta labia ori suo Imprimens, cunctis, q. aderant, pro deuotione et gaudio lachrimas effundentibus dixit: Regina celorum es, Domina Angelorum, et omnium hominum es, Letare; ego enim sum Iesu ille filius tuus, quem concepisti, et in sancto utero portasti tam delicate et diligenter educasti, et super omnes semper amasti, Quem afflictum, sputis deturpatum, et proprio sanguine madidum uidisti, Quem flagellis cesum, Spinis Coronatum, clauis confixum aspexisti; hec est caro tua, hec ossa tua, hic sanguis tuus; Vale mater sanctissima, atq. pijssima. Tunc Maria dixit: cor meum, et caro mea exultauerunt in Deum uiuum, anima mea te Deum magnificat: Spiritus meus in te Deo salutari meo gaudet nimium, et letatur, Cupere, et ego carissime fili tecum iam assidue uiuere, morari et conuersari, et in gloria celesti lumen incircumscriptum uidere; Nullum tamen recuso laborem fiat uoluntas tua. Remanebo, curam omnium habere conabor, Docebo quos opportuerit, Secreta tua reuelabo quibus et quando, et quantum opus fuerit. Ioannem, ut filium, Magdalenam, ut sororem complectar, Mandata tua non preteribo, custodiam omnia et adimplebo; Pro toto populo Dei orabo; laudesq. Dno pro omnibus decantabo; Confortabo pariter Apostolos Petrum Vicarium tuum, et reliquos omnes, et eos similiter, q. postea uenturi sunt. Gratias ago, quia me etiam presentia corporali non derelinquis. Videbo namq. in Sacro, ubi manes modo, corporeis oculis, inuisibilis, sed oculo mentis manifestus et uisibilis; Abscedes a me, nec tamen discedes a me; Ad patrem ibis, et mecum Iugiter manebis. Celos Celorum penetrabis, et

Respondet Virgini ad filium

+

+

meum terrenum hunc locum inhabitabis; Benedic mihi Deus meus, Benedic mihi Dne meus; Benedic mihi suauissime fili mi. Ad quam Dns: Diu est, qd pater meus benedixit tibi simul cum Verbo suo, et Spiritu paraclito; semper enim benedicta fuisti, et nulli unquam maledictioni subiecta extitisti; Omnem gratiam, quæ Dei matrem hrē decet, habuisti: nil tibi aliud q̄ beatitudo eterna conferri pōt, et corporis immortalitas cum alijs dotibus: Benedicta sis, sicut et es, mater mea oī benedictione; Sed et tu mihi filio tuo benedicas genetrix dulcissima. Maria dix: Deus es, ad te benedicere spectat, inquantum tamen filius meus es, minor me es aliquo modo. Ideo, ut aliquo modo maior, Tibi benedico fili mi: hoc est, benedictum predico omnibus et benedictionem tuam annuntio uniuersis uiuentibus, presentibus, et futuris, qa non est benedictio ulla sine te saluatore et redemptore omnium hominum, sed mei precipue: Nullum enim magis saluasti, neque magis redemisti, q̄ me; Te igit. sicut Deum meum, redemptorem meum, Saluatoremq. meum benedico, et in eternum magnificabo. Tunc accersito Petro, dixit Dominus Iesus: Petre, diu est, quod tibi claues regni Celor. tradere promisi; Due sunt, non una, utraq. tibi nuper dedi, utramq. Iter. tibi coram his omnibus Discipulis meis et fratribus meis tibi tribuo, ut possis scire, cognoscere, et examinare, ac etiam Sentiā dare, decidereq., ac declarare: Esto princeps frūm tuor.; Incuruentur ante te filij matris tue, Gregem meū tibi commitdo, Oues meas tibi do et commendo, tue sunt, esto eor. Dns, pasce omnes agnos meos medio alior., hoc est, ouium: pasce agnos tuos absq. medio, pasce etiam oues meas, oues enim sunt doctores, predicatores, plati, et omnes Episcopi, regesq., ac principes, qui lacte Sere et lacte exemplaris uite agnos pascunt, et nutriunt. Agni sunt, q solum docent. et nutriunt.; tu itaq. pasces agnos medio ouium tuar., quas institues ad pascendum gregem; pasce nihilominus et tu agnos tuos sine tali medio. Quecumq. enim ipse oues facere possunt, et tu facere poteris; pasce tandem, et ipsas oues; Quia ergo

Pastor

De benedictione filii ad matrem.

De benedict. matris ad filiū.

Qnō xpūs dedit claues Petro anteq. ascendat in celum.

Pastor es, verè Rex es; Nihil enim aliud est regere homines, nisi eos pascere, et pascere est regere; Pastor ergò Rex est, et rex pastor est; Et uerè Reges nil aliud sunt, quam pastores; Tu ergò, non solum Dns pp oues proprias eris, sed etiam rex eris; et quia quæcumque super terram solueris, aut ligaueris, etiam in Cęlo erit solutum aut ligatum. Cuicumque benedixeris erit benedictus, Cui maledixeris erit maledictus; Consecrabis, benedices, Sanctificabis, et eos, qui hęc sub te facient, Institues, et ordinabis; et Ideò summus sacerdos, et maximus Pontifex eris; peccatores Petre tibi commendo, prò quibus reducendis, Santificandis, et Saluandis multa passus sum: Recordare Petre, quia, et tu multoties peccasti, Compatere peccator peccatori, hō homini, Cinis cineri, Puluis pulueri; Nullum à gratia excludas, Nulli uiam reconciliationis precludas, Mansuetus et modestus, atq. mitis esto peccatoribus, nullum spernas, nullum abhorreas, nullum abijcias. Te Pastorem ouium, tamquam firmiorem, solidiorem, feruentiorem et humaniorem, et tamquam illum, qui infirmis compati poteris, quia et ipse infirmus fuisti, instituo; discretionem et circumspectionem gubernabis omnia; Confortabis, Monebis, hortaberis, argues, reprehendes, Corripies, et Castigabis, Virtutes, atq. merita ouium tuarum, et agnorum tuorum considerabis, et equa lance ponderabis. Cętera, te citò Venturus Spiritus Sanctus docebit, pariter cum omnibus his. Et hęc dicendo, Petrum coram se genuflexum, amplexatus, atq. osculatus est. Joannem Vocauit, sibiq. matrem iterum commendauit, Andream, Jacobum utrumq. cum Thoma, Simone, Thadeo, Phylippo, Matheo; et Bartholomeo similiter allocutus est, et quę super eos uentura erant, annuntiauit; Similiter, et Discipulos alios, et presertim Lucam, et Marcum, et Barnabam (quę cum Paulo assumpturus erat ad Apostolatum) conuocauit, omnibus futura super eos denuntiauit, et quid facturi, et quid passuri forent intimauit. Omnes singilatim amplexatus est, atq. osculatus, omnibusque benedicebat. Erant ibi multę Mulieres, quę ipsum secutę fuerant, sed precipuè Maria

Salome, et Maria Alphei (a marito, sicue Iacobi à filio: Nam Maria Salome fuit Vxor Zebedei et numquam denominat à marito, sed tantum à patre; Maria Alphei nominatur à marito, illa eadem Vocatur Maria Iacobi, Videlicet, minoris, qui fuit filius suus, illa eadem appellat. Maria Cleophe à patre) omnes hę mulieres, et plures alię ibi aderant, inter quas erant duę Marię ambę Magdalenę, ambe Domini Iesu unctrices, sed una fuerat peccatrix in ciuitate, altera obsessa à septem Spiritibus malignis, utranque Dominus diligebat, sed illam Sororem Lazari super omnes; Erat enim feruentissima Zelatrix Christi Domini, et omnium operum eius, ipsaq. cum Martha Sorore sua, ultra omnes de suis facultatibus ministrabat Christo Domino, et Matri eius, et omnibus Discipulis: Omnibus ergo, etiam mulieribus benedicens, has duas Marias Vnctrices suas aduocauit et qualiter longo tempore de ipsis duabus in Ecclesia Christi foret decertatio, indicauit, An fuerint duę mulieres, uel una solum. Et tandem tempore illo felici Pastoris felicissimi hęc ueritas ostendetur, et q. fuerint duę declarabitur, et q. una peccatrix in Ciuitate, Altera à demonibus oppressa, nullo tamen uitio notabili subiecta; De hac alias tibi multa dixi. Christus itaq. Dns utranq. Magdalenã uocauit, et utriusq. benedixit, Vtramq. confortauit, Et Sorori Lazari Mariã Matrem suam, similiter, et Marthę, atq. Lazaro commendauit. Non quia indigeret eorum auxilio, sed ut ipsi sibi ministrantes, et obsequentes merita accumularent, et ut eam associarent, et eius exempla sequerentur!! O quantum profuit ipsi Joseph uiro suo conuersatio Marię; quamuis enim esset Iustus, et bonus, tamen propter conuersationem Marię factus est perfectus, et in omni uirtute excellens: Maria enim erat omnibus cum ea conuenientibus, tanquam quidam ignis acutus, penetrans diuino amore, Corda omnium inflamans, et incendens, purificans, abstergens, illuminãs, omnia mala consumens, et omnia in Deum aliquo modo conuertens; O quantum profuit Magdalenę, Marthę, et Lazaro,

Luce, et

Luce et Ignatio, atq. beato Dionisio, et omnibus qui cum ea conuersabantur.
Ignitu erat eloquiu eius uehementer, sermo gratiosus erat in ore suo, Imita-
bilem se prebebat omnibus, speculum nitidum erat, in quo cuncti se
inspiciebant; Vox eius dulcis super mel et fauum, pedes graues, et ḡo
gressus eius modesti, gestus maturi; nil reprehensibile, omnia diuina
erant!! Commendauit igitur Dn̄s ipsis Matrem suam, ut uestigijs eius
Inhererent, et eius exempla sequerent., et pauca tribuentes, plurima
reciperent; Tande congregati sunt cum Maria Domini genetrice omnes
Apostoli et Discipuli, et S.te Mulieres in monte Oliueti die XL.a post
Domini resurrectionem, hora quasi Sexta, Erat dies Iouis, ut uos dicitis,
et quinta die mensis Maij; Et tunc Dominus Iesus talia coram ipsis lo-
cutus est, antequam ascenderet:- Tanta cura semp fuit Deo de homibus,
ut nil aliud Vnqua curasse, putari posset: primo' enim uoluit me uerbum
suum hoiem fieri, et naturam humanam assumere, ut Deus homo, et
homo Deus esset, Deinde uoluit illum hominem, qui ego sum, ac etia
Matrem eius, que est Maria Virgo hic p̄ns, Coram uobis existens, super
omnes Angelos exaltare, cuius causa magnus numerus Angeloz cum
lucifero de Celo Celoz cecidit, abhorentes tantam seruitutem, tantamque
subiectione, et credentes se liberos esse, serui facti sunt. Vos autem alios
socios, et simul cum Angelis suis filijs innocentibus, qui nunquam
peccauerunt ciues Celestis hierl̄em facere decreuit, si usq. in finem
perseuerauerits; Misit tot Patriarchas, tot Prophetas, tot Docto-
res, ut genus humanum conseruarent, et in uiam salutis dirigerent,
et Angelos custodes, ut adiuuarent; Nouissimé misit me filium suum,
qui quanta passus sim, mater mea, et Vos excepte testes esse potestis;
Ecce iam resurexi, Genetrici mee primu, Deinde huic feruentissime
Magdalene apparui, et alijs Marijs hic p̄ntibus, quaz uerba, tanq.
deliramenta uobis uidebantur; Apparui Petro, Apparui Cleophe,
et Luce, Apparui omnibus simul, et semper tardi corde fuistis
ad credendum; Nimia cordis duritia in uobis fuit; Valde Incredul.
fuistis; Carnea, et Saxea corda sunt in uobis, sed me ascendente, et Spi-
ritum Consolatore adueniente, super ceram mollificabuntur, et dabunt

de discipuloz congregatione circa temp.e Ascensionis xp̄i -

Sermo xp̄i Dn̄i uidus ascendens

uobis corda mollia, et carnea, et docebimini omnem Veritatem. Manebitis omnes unanimiter in Oratione in cœnaculo ciuitatis hierosolymitanę cum genetrice mea, et his Sanctis Mulieribus, donec induamini uirtute ex alto; Qua induti, uolo, ut prius Iudeis ouibus, quę perierunt, Incipientes á hierosolyma, annuntiatis uerba mea, et opera mea omnia, q. feci, et operatus sum in populo Iudeorum, et quęcunque uos, et alios docui, predicabitis ipsis; Deinde euntes in Mundum uniuersum, predicate Euangelium omni Creaturę, Annuntiate pacem omnibus gentibus; pro omnibus ueni, quamuis ad solos Iudeos, tanquam eis promissus, et ex eorum patribus ortus, Veneri; Docete ergo, omnes seruare ea, quę precepi uobis, ~~omnes~~, baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, sicut antea docui uos; Qui crediderit in me, et doctrinam Euangelij receperit, et baptizatus fuerit, saluus erit, Qui uero uobis predicantibus non crediderit, condemnabitur. Et quia sine signis, quę nemo alius quam Deus facere potest, ad credendum non compellerentur. Vos omnia, quę ego feci, facietis, et maiora horum facietis; Et nè credant, uos aliqua arte illa signa facere, uolo, ut etiam ipsi eadem signa faciant, et tunc agnoscent ea nulla fieri arte, sed potestate diuina; signa ergò eos qui crediderint hęc sequentur. In nomine meo, Demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super egros manus imponent, et benè habebunt, Et omnia alia, quę ego feci, et ipsi facere poterunt, et maiora illorum facient, nulla adhibita arte, sed solo nomine meo, uel nomine Trinitatis, quę Deus est, inuocato: Manete in ciuitate, donec ueniat ad uos spiritus consolator: Ego in Celum cum his omnibus nunc conscendam; Erant autem cum eo Adam, et Eua, Abel iustus, et Seth frater suus cum multis alijs fratribus, et sororibus, de quibus apud uos nulla mentio est, quia non oportuit, omnes scriberem, sed per genealogiam ad Sancta Sanctorum deuenitur; Erat ibi Noe cum sui generis iustis utriusque sexus; Erat Thare, Heber, et Abraham uir ille coram Deo magnus cum omnibus

Quã societate cũ abiit Xpũs quos uoluit in celũ ascenderi.

sui generis

sui gnis iustis; Erat excellens ille uertex antiqui Testamenti Moijses cu
Aaron, et reliquis sui gnis iustis; Erat et eximius omnium Prophetar
Dauid cum Salomone, et omnibus sui gnis iustis; Erant alij Prophete,
et Machabei; Erant secum anime iustor innumerabiles, etiam gentiliu
non solum ipsius Iob notatissimi uiri, sed etiam plurimor phor
quor etiā opera in magno pretio habetis; Egiptior, Caldeor, Grecor,
et Latinor, qui unum Deum celi colebant, et in ipso sperabant, ipsum
omnium bonor remuneratorem existimātes. Erant ergo cum Christo
omnes anime, quas de limbo, et quas de purgatorio liberauerat; liberauit
autem omnes, qui inuenti sunt tempore descensus ipsius ad inferos; hoc
enim decebat tam inuictum, tamquam nobilem triumphatorem, ut
sanguine illo pretioso recenter effuso omnes adiuuarentur amici; Con-
gruebat, ut de tam glorioso triumpho, Amici omnes consolarentur;
Quo enim tam piyssimus, et clementissimus princeps ad amicos
suos afflictos cum triumpho ueniens, potuisset eos relinquere in tormen-
tis? Decebat, Carceres aperiri, et amicos refocillari, et satisfactionem
longam in breuem commutare; Ego in Celum cum his omnibus con-
scendam; et nos Angeli omnes astabamus. Et hortatus est eos ad perse-
uerantiam fractionis panis benedicti, dicens, Ascendo ad patrem meum,
et patrem Vrm, Deum meum, et Deum Vrm, et tamen Ecce ego in
sacro illo sum uobiscum, et ero cum omnibus fidelibus meis usque ad
consummationem seculi; et uale dicens genetrici sue, et Apostolis, Mag-
dalene, ceterisque omnibus: Dominus Iesus, postquam ea, que tibi re-
uelaui, locutus est, cepit paulatim recta statura eleuatis manibus
remoueri a terra, et ire sursus Celum, et in circuitu eius erant omnes
anime iustor, quar numerus erat quasi infinitus; et tota regio erat
plena illis, que omnes, antequam discenderent, Regine Celi, tanquā
Dne, reuerentiam exhibuerunt; Et propinquissime Christo erant Io:
Baptista, Abraham, Ioseph uir Marie Matris Domini, et Moijses, atque
Dauid, Isaias, ac Hieremias, et uidebant eque appropinquantes; et sic eos

sequebantur alij Prophetę, et Anna, ac Simeon Iustus, et Anna Prophetissa, Eua, Adam, et alij in ordine suo; uidisses ibi Adam, et Euam, Abraham, et omnes Patriarchas, atq Prophetas, Annam, Sarram, et Rachel, et Ruth, Hester, et Iudith singilatim benedicere, et adorare Mariam Dei nostri genetricem, et omnes ante eam suo mo cedere, atq dicere; ascendat ante nos Regina nostra, precedat nos Domina nostra, Non est dignum, non est equum, ut nos ante ipsã cęlos scandamus; sed cognita causa dilationis, omnes tota sua diuinę submiserunt uoluntati; Virtute itaq diuina, immò, et uirtute animę gloriosę, quam à Deo acceperat Dominus Iesus, quo ad corpus suum paulatim ferebatur in cęlum; Matre, et Apostolis, et multis alys in monte illo congregatis, cum gaudio, et exultatione, atq admiratione intuentibus omnibus, Angelis, atq innumerabilibus iustis ipm commitantibus, et ex una parte nos Angeli canebamus, ex alia animę iustę, et quasi chorus choro rendebat. Et Interdum pars Angeloꝝ cum parte iustoꝝ unum choꝝ faciebant et alia pars Angeloꝝ cum parte iustoꝝ tanquam alius chorus rendebat,

de psalmo cantato a qdo xp̃us in cęlũ ascendit.

Psalmus uero talis erat

Ascendit Deus in iubilatione, et Dn̄s noster in uoce tube.
Ascendit unitus Deus noster, neq extimabitur à nobis alius ad illum,
Descendit propter nos de cęlis. et nunc recedit de nostris terris
Ascendit in iubilatione Deus noster, q.ª Angelis solamente canentibus conscendit
Ascendit eciam in uoce tube q.ª etiã animabus p corporea organa qnq. canẽtibus sursum iuit
Nos Angeli sola mente ~~cantauimus~~ canimus et qnq in Aere nobis exneo uoces formamus
Nos animę q̃ corpora informare possumus corpore ipso, tamquam tube utimur
Ascendit ergo Deus Angelis iubilantibus et iustis tamquam tubicem canentibus,
Omnes gentes plaudite manibus, Iubilate Deo in uoce exultationis
Psalite Deo nostro psalite, psalite regi nostro psalite,
Qm rex omnis terrę Deus, psalite sapienter.
Qu Dn̄s altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es sup omnes Deos
Psalite Dn̄o in cythera: in cythera, et uoce psalmi in tubis ductilibus, et uoce tube cornee

Cantate.

Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.
Dominus in Syon magnus, et excelsus super omnes Deos.
Dominus in Celo parauit sedem suam, et regnum ipsius omnibus dnabitur.
Cantate Domino, et benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius.
Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit bona hominibus.
Qui nunc ascendit ipse primum descendit in inferiores ptes terre.
Mors fuit humane mortis, morsus fuit ipsius inferni;
Spoliauit infernum: expectantes diu inde extraxit.
Eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in letitia.
Eduxit eos de Lacu in quo non erat aqua, et transtulit in regnum suum.
Alios eduxit de tribulatione, et multorum supplicia abbreuiauit.
Omnes amicos, qui decesserant, secum in gloria transuexit eternam.
Petro Ecclesiam suam commisit, omnibusque ascendens benedixit.
Matrem suam in mundo dimisit, et tanquam anchoram fidei sue reliquit.
Paulatim eleuatis manibus; corpus ab anima ferebatur in Celum.
Non erat motus ille progressiuus, sed alius quo tunc anima utet.
Omnes Sancti eius comitabantur eum, et Angeli benedicebant ei.
Quis est iste, qui uenit de Edon: tinctis uestibus de bosra, canebant.
Non ignorantes dicebant, sed maiestatem tantam admirationem applicabant,
Dominus fortis est, et potens, Dominus potens est in prelio;
Quis est iste rex glorie? Dominus uirtutum ipse est rex glorie.
Formosus ualde progreditur, stola maiestatis indutus,
Antequam tamen ascendit Dominus: omnibus clara uoce dixit.
Perseuerate in fractione panis benedicti: ibi sum uobiscum semper usque in finem seculi. +
Mater mea excellentissima in Sacro illo, sicut, et alias, me uidebit,
Alij me fide propria intuebuntur, ex quo non parum consolabuntur,
Ascendit ad patrem suum, ex cuius sinu nunquam descendit,
Descendit tamen de Celis: quia humanitate sibi coniunxit,
Cum Matre, et suis remansit, et tamen eos relinquendo ad Celos ascendit;
Descenderat uno modo quoad per effectum, ascendit alio modo per corpus assumptum,
Qui tamen descendit, et ascendit nunquam a suo patre discessit

Ille solus ascendit, qui descendit, qui tamen semper in Celo quieuit.
Remouebatur paulatim ab oculis eoꝝ, et appropinquabat polis Celoꝝ.
Qn nullus ipsoꝝ eum ulterius uidere potuit, tunc celerius ualde conscendit,
Genitrix post omnes eum in aere uidit, et ab eo benedicta ipm adorauit
Quo digniores inter eos erant: eo ulterius prospiciebant,
Vnumquemq; in termino uisionis Dominus respexit, et unicuiq; ipsoꝝ benedix
Et Iam non uidetes eum stupidi stabant, et oculos ad celum dirigebant,
Quousque duo Angeli eis dicerent, ut in pvia, et Hierlm (Ierusalem) redirent,
Quia Dominus omnes celos ascenderat, Spiritum daturus, quem promiserat
Sic eum descensurum crederent, sicut ascendisse uiderant.
Benedicamus uerbo Domini, quo firmati sunt Celi;
Benedicamus Spiritu oris eius, quo consistit omnis uirtus eorum;
Benedicamus ingenito cum genito, et magno Spiritui paraclito. Amen.

Tunc Angelus dixit, conscribe hunc psalmum, ut Pastor Ecclesie ex illo, et psalmos, et hymnos conficiat, Auctoritate enim, qua pollet, poterit multa, et huic misterio Ascensionis, ac etiam Resurrectionis, atque aliis plura addere, ut omnes particule cuiuscunque mistery particulariter decantent, et sit Laus dei semper in ore Vro; Dominus ergo Celos ascendit, et sedet ille ho in potestate maxima et maiestate que post Deum pot intelligi, et hoc est eum Sedere in dextra Dei. omnes quidem electi sunt in dextris, prout dextera distinguitur a sinistra, sed non prout dextera per quandam excellentiam intelligit, Sic enim solus ho ille in dextera Dei sedet; Christus in quantum homo, non mediocre gaudium ex tali loci adeptione assecutus est; Maria uero cum omnibus illis perseuerabat in oratione, et omnes confortabant, atque corroborabat, ut se diligenter ad Sti Spiritus susceptionem prepararent, quem decima die ab Ascensione fily sui omnes susceperunt.

Ecce Loqui uolentes

Cum loqui volentes de obitu, et assumptione ad Cœlum Genetricis Dei, ut ostenderemus ex parte totam uitam suam, ascensionem Christi Domini interseruimus: Maria in cenaculo existens cum Apostolis, et Discipulis perseuerabat in fractione panis benedicti, et Dum Christum filium suum ipsa etiam in humanitate cernebat oculo mentis suę, et alij solum credebant sicut uiatores credunt, et tanto firmius, quanto illud multis miraculis ratificatum iam uidissent, Et post aduentum Spiritus Sancti Maria nunquam in habitaculo suo sine hoc Sacro manebat, et ita filium suum quoties desiderabat, uidere poterat, et uidebat, Cum ~~quam~~ lingua angelica alloquebatur, et responsa eadem lingua ab ipso recipiebat, solum non tangebat eum, tamen sepiusetiam diuinitatem eius uidebat; ergo et non sacramentaliter sibi pns erat, et tunc eum amplexabatur. et corporeis oculis uidebat; Accidentia panis summebat, et ex illis Sanguinem generabat. et caro, Non ut caro Marię accidentia pro Subiecto formę haberet, ut non nulli etiam ex his, qui nobiscum sunt putauerunt, Sancti quidem, sed in hoc multum simplices; oportet enim, ut uel substantia panis redeat uel substantia noua Creet. miraculo antiquo, sic enim statuit Deus á principio. Si enim substantia, nec rediret, nec noua crearet, quomodo illud componeret.? Quomodo accidens formę substantiali substaret? Quomodo materia prima paulatim non deficeret tota? Quo caro, uel anima sic componi posset? Repugnat formę subijci suę materię, Repugnat materiam informare, Repugnat accidenti esse materiam substantialis formę; opinio illa est risu digna, et contradictionem in eludit; Maria hęc omnia perfecte sciebat, et Apostolis predicantibus, ipsa domi orabat, legebat, docebat, et in Lege Domini assiduè meditabat, Magdalena Soror Lazari assistebat ei, et Maria Salome mater filiorum Zebedei et Maria mater Joseph Justi et Jacobi minoris et Simonis ac Thadei Apostolorum, quę illa eadem nuncupat. Maria Cleophę á patre et Maria Alphei á uiro, et Mę Marię, Videlicet Cleophę, et Salome fuerunt Sorores Virginis Marię, non tamen filię Annę (ut apud nos hodie dicitur) Anna, solet dici, tres concepisse Marias, non est id Verum; Anna quippe non habuit nisi unam filiam et hoc dono dei, quia ex sui natura sterilis erat, et genita illa magna filia mater Dei, sterilis premansit; Illa non habuit, nisi unam filiam, et Virgo Maria

Vnicum filium, hęc fuit semper Virgo, Illa, et ante, et post semper sterilis, Non decebat certè, ut genita matre Dei, ipsa Anna nuberet ad procreandum alias filias, quō etiam fingunt, ut orta uirgine Maria, statim Ioachim moreretur; Et si statim mortuus fuisset non tamen statim Anna Sanctissima alteri nupsisset uiro, et luctu prioris manente, nuptias secundas fecisset cum gaudio, quę non est conditio bonę et Sanctę Matronę; Deinde, etiam si ita nuptias secundas effrenatè celeberasset, ad huc per annum unum natiuitatem secundę filię expectasset, Qua orta subitò pater huius secundę filię sicut et prioris mortuus fuisset, Turpe tunc fuisset statim tertias nuptias celebrare, et luctum secundi mariti gaudio tertij subitò expellere, et nullam Verecundiam mulierem sanctam habere, neq; moraliter uitam, et ciuiliter tenere; fictio, ergò est, q. orta prima filia, mox pater mortuus sit; fictio est, ut mortuo primo marito, mox secundo nupserit, similiter fictio estq, mortuo illo, mox Anna tertio uiro nupserit; Tamen admittendo et has fictiones, quę derogant Sanctitati Annę et dignitati matris Dei, ut ex tam Incontinenti matre nata sit, Immò non decebat, ut uterus ille post reginam omnium alias femellas foueret: Tamen oportuit, ut qdo tertia Maria orta est, uirgo Maria tunc haberet ad minus quatuor annos, uel circiter, et iam in templo presentata esset; Et ulterius, ipsa primò nupta est per quatuor annos, uel tres ante sorores suas, et ipsa primo Anno desponsationis suę peperit Saluatorem, forsan secunda, et tertia non ita primo anno disponsationis concepissent, quia hoc rarum est: Deinde, dato, qd omnes tres primo anno concepęrit, tamen secunda Maria quatuor filios habuit, Iacobum minorem, Simonem, et Thadeum, et Ioseph Iustum, Et unum peperit ad minus per annum post alium, Valde ergò ipsos Iuuenculos Dominus Vocauisset, et Domum suam prioris impleuisset; Cleophas ergò non fuit maritus Annę, nec Salomas, sed fratres eius, et Hysmerię matris Helisabeth, quę Io: Baptistam genuit; Ioachim ergo, et Anna Mariam Virginem, Virgini Ioseph, miraculo cogente, in uxorem dederunt; Cleophas suam filiam Alpheo dedit, et Salomas suam Zebedeo; Et hysmeria suam Zacharię, Et q.a Anna sterilis fuit, prius nata est Helisabeth pluribus annis

annis, quam virgo Maria; similiter nata est prius Maria Cleophe, et Maria
Salome, et prius fuerunt nuptę quàm Maria mater Dei. Et prius natus est
Simon et Thadeus, et uterq. Iacobus q. Dns Christus, sed Io: Euangelista tredecim
annis Iunior erat Christo. Elisabeth ergo fuit soror Marię, q.a nata ex Sorore
matris, sed Elisabeth ex Hysmeria fecunda citò nata est, Maria ex Anna
sterili post illam uigesimo quinto anno nata est, quo tempore Elisabeth iam erat
nupta Zacharię. Ex fecunda Hysmeria nata est Elisabeth Sterilis, et ex sterili
Anna nata est Maria fecundissima, quę peperit saluatorem Nrm, et regem omnium.
Elisabeth itaq. defuncta diu ante, Maria Cleophe, et Maria Salome
Marię genetrici Dei inseruiebant, eaq. commitabantur, et ut plurimum
in Domo Magdalenę, et Martę morabantur. Virgo illa Clementissima Verbis,
atq. literis suis Apostolos confortabat, et alios credentes. Quę ut accepit
Paulum Vas Electionis, ad ipm Lucam misit, qui antequam iuisset in Arabiam
uoluit Dei genetricem Videre, quam cum sapientissimè filij sui
misteria explanante audiret, et ueteris testamenti omniumq. dubior. nodos
dissoluere uideret, prostatus in terram, Christum Dnm, et matrem eius adorauit,
dixitq: Usq. nunc à die conuersionis meę Christum filium Dei credidi,
nunc ex diuinitate mris deitatem filij clarè cognoui. Benedictus
sit Dominus Iesus xpus, qui mè minas sibi spirantē, illuminauit, et ad se
cor meum auersum attraxit; benedicta sis tu mater Domini Dei mei,
et regis omnium, quia in te omnes thesauros Sapientię ac Scientię Dei
reconditos uideo. Instructus ergo ab ea de omnibus secretis, abijt in
Arabiam, diuini amoris flamma totus ardens, et totus succensus incendebat
omnes; Et plus fructus ipse solus laboribus suis Ecclesię xpi
attulit, q. quicumque alius Apostolus. Et hoc est quod ipse de se
ait: plus omnibus laboraui, non quidem omnibus simul collectis, sed
plus quocumq. alior. seorsum sumpto; Et dum conuertisset Dionysium
phm egregium, et ei iam bene credenti secreta, q. à matre xpi
audierat, reserasset, ille permotus desiderio eam uidendi, licentia à
Paulo obtenta, tandem ad ipsam peruenit, et illicò, ut faciem eius uidit,
Immutatum est, atq. exhilaratum cor eius, et gaudio, atq. exultatione

Dionisij Areopagitæ uerba videns B.^m Virg.^m Mariam

plenus, in hęc uerba prorupit: Verè Dei genetrix es Maria, q.^a tota diuinitate plena es; Si te uidere, tantum bonum est, tamq.^3 res Iucunda est, quid erit uidere ipsum Deum bonum omnis boni? Et prostratus in terram dixit: Deum trinum, et unum, quem Paulus me docuit, in te, ô Virgo purissima, adoro, et te tanquam Veram dei genetricem Colo; Tunc ait Maria: Antequam Paulus tibi predicaret, Vidi te, et Vocem tuam audiui, qn̄ dixisti, sole obtenebrato preter cursum naturę: Aut Deus totius naturę conditor patit,^r aut machina mundi destruit.^r et altare etiam á uobis ignoto Deo constructum, uidi, neq. tamen Vnquam corpore in Grecia fui; et locuta est secum disertissimè lingua greca, ita ut stupore, et admiratione nimia repleret.^r Et post longam, et Trinitatis sanctissimę, et filij sui Incarnationis, et alioꝝ mysterioꝝ instructionem, remisit eum ad Paulum, perfectum in fide, perfectumq. non solum in humana (cuius ptenitiam et ante conuersionem habuerat) sapientia, sed etiam diuina. Ignatius quoq. feruentissimus Zelator euangelicę legis, et precipuus Io: Euangelistę discipulus nimio desiderio accensus fuit uidere genetricem Dei Mariam, ad quam plures scripsit, et ab eadem plures accepit epistolas, quę sunt cum magna Veneratione legendę: Latet in eis diuinę uirtutis operatio. Joannes frequenter ad eam ueniebat, et Ignatius eum commitabat,^r q.^a non poterat aliud cogitare, q.^m Iesum filium Dei, et Marię; Ita ut in corde eius sculptum Iesu nomen reptum fuit, Vir erat sanctissimus, et Matri Dei Marię acceptissimus, Doctorq. et eruditor plebis Dei nominatissimus, Qui gloriosa morte martir, seù testis meruit fieri infallibilis diuinitatis; Ad Virginem ergò Dei genetricem, et Apostoli sepius ueniebant, et Discipuli eoꝝ, et ab ea ignotis dubijs docebant.^r in dubijs certi reddebantur, in certis firmiores, et certiores, ac solidiores agnoscebantur. Multum ergò profuit Ap̄lis, et alijs credentibus Vita matris Dei prolixior, Multumq. profuit toti ecclesię meritis. Tenebat aut Sacramentū corporis filij sui cum maxima ueneratione, et ipsum interdum mentis oculo ibi uidebat, et aliquando diuina uirtute similitudines ipsius corporis ad oculos Marię transferrente,

Videbat

Videbat eum oculo corporeo. Manebat in Bethania in domo Marthe; Manebat in Magdalo in domo Magdalene, sed rarius; Manebat in domo Lazari iuxtà Montem Syon frequentius, et omnia loca, presertim notabiliora filij sui circuibat aliqn, sicut locum, Vbi cenam fecerat, et maximum Sacramentum instituerat; Vbi orauerat, et guttas sudoris adustas, et rubeas, ut sanguinis guttatim in terram cadere uideretur, emiserat, Vbi captus, et ligatus, derisus, consputus, flagellatus, spinis coronatus fuerat; Vbi sibi occurrerat, et Syncopim passa est; Vbi Cruci affixus, ubi sepultus, et Vbi tandem ultimò omnibus apparuit, et in Celum ascendit; Vixit annis post passionem Domini, annis circiter quindecim, et quindecim antequam filius eius nasceret; quem anno quartodecimò conceperat, qui simul iuncti sunt anni triginta, et triginta tres uixit cum filio nato, et sic annos sexaginta tres in Vita mortali stetit! Cum Christo tamen, antequam nasceretur gestando ipsum in uentre, uixit menses nouem ample, et postquam natus est secum annis trigintatribus, et circiter tribus mensibus, quantum, uidelicet est interuallum inter uigessimum quintum Decembris, et 25.m Martij, qui fuerunt dies octuaginta nouem, qui tres menses iuncti illis nouem, conficiunt menses duodecim, Et ita à conceptione Christi, Vsque ad passionem fluxerunt anni triginta, et quatuor. Eadem die Dominus conceptus est, et mortuus, tamen in media nocte conceptus, in meridie mortuus; Maria itaq. quartodecimo anno et mense septimo concepit Christum; cum eo in Vtero, et extra Vterum existente, uixit annis triginta quatuor, et post ipsum uixit annis quatordecim, mensibus circiter quinque, Qui omnes simul iuncti conficiunt annos sexaginta tres, non tamen completos, pauci enim dies deficiebant, qui non impediunt, qn uerè possit dici, tot annos Vixisse, sed quid dico uixisse, immò occubuisse, Tunc enim assiduè moriebat, et extunc autem uiuere cepit. Ecce Vides uitam mortalem Marie nostre Regine; Antequam ergò à uobis migraret, Ego Gabriel attuli ramum palme de Paradiso Dei, uirentibus folijs, in signum eius uictorie, quae palma ferri debebat ante feretrum eius, et eam tunc salutaui, ut gauderet, quia ad infinitum gaudium transferenda erat

qmo M.a Virgo uisitabat loca s.ta notabiliora filij sui.

+

B. Maria Virgo. 63. stetit in uita mortali.

q̄d ipsa benè nouerat; Sed illud, quod apud uos legit.r Mariam interogasse Angelum, ut sibi suum nomen reuelaret, falsum et fictum est, ipsa enim me optimè cognoscebat, neq. alios Angelos ignorabat; Quod etiam apud uos legit.r, ipsam rogasse, nè in suo exitu ullum Spiritum teterrimum uideret, falsum est, et derogat tantę maiestati; Non enim timebat ipsa Spiritus immundos, super quos potestatem acceperat, et egrediendo magis accipiebat; Illud solum ex illis tribus uerum est, q.d Maria, tunc gaudio plena, dixit coram me, non mè rogando, ut rogarem, quia potentior omnibus Angelis erat, sed ad Christum locuta est: Fili mi Iesu: cuperē, et adessent omnes Apostoli tui, qui supersunt, et anima Iacobi fratris mei nuper ab Herode [illegible], ut uideatur ab Apostolis, presertim Ioanne fratre suo, hoc rogo; Adsint, et alij discipuli, qui supersunt, et non solum adsint Apostoli, qui tecum in uita mortali fuerunt, sed etiam quos spiritu Sancto, etiam post modum elegisti, et segregasti; Paulus uidelicet Barnabas, quos docui omnia secreta tua. Apostoli tempore illo non omnes discesserant totaliter à Iudea, immò sepius congregabant.r in Hierusalem, nam plures Synodos, seu plura concilia fecerunt in ciuitate illa. Et Ioannes sepissimè ad Genetricē Dei eum Ignatio ueniebat et alij eam quamdoq. Visitabant. Ioannes etiam tunc primus affuit; Qui Hierosolimis erant, accesserunt, qui remotiores erant, Angelis eos ducentibus, peruenerunt, ita quod una die, et una hora omnes simul ibi affuerunt et agnouerunt genetricis Domini felicissimum transitum: Affuit autem eum Paulo, et Dionysius. Aderat et magna Angelor. multitudo; Petrus itaq. coram omnibus aperiens os suum laudes Virginis dicere cepit, hoc modo:

gladio occisi

De laudibus B. Virg.is per singulos Ap.los

Petri Apostoli xp̄i Vicarij Sermo.

Scio fratres mei, notum esse uobis omnibus, quantę dignitatis sit hęc, quam coram cernimus, Virgo, in qua, et si omnes collocatę

sint Virtutes

sint uirtutes, et omnia collecta dona, feruor tamen diuini honoris, et Zelus diuinę Venerationis in ea super omnia effulsit. Quia, et si uerè Deo nihil-maius sit, aut esse possit, homines tamen, etiam Sancti quadam familia-ritate Dei assueti, ipsum tanq. amicum quendam, et familiarem existimant, et non tanti faciunt, quanti ipse est; Sed Hęc, quamuis semper gratiam Dei habuerit, et Deum ipsum uiderit, et ab eo super omnes exaltata fuerit, semper tamen quadam ineffabili humilitate se quotidie minorem, Deum uerò, quo ei magis appropiabat, remotiorem à se extimabat; remo-tiorem dico, quia semper ipsum digniorem iudicabat; Hęc est illa, quę dum elige-retur in matrem dei dixit: Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum uerbum tuum; Hęc est illa, q. iã electa in matrem, concepto iam filio, dicebat: Respexit Deus humilitatem ancillę suę, quò ergo magis crescebat, eo se minorem cense-bat, et quo minor erat in oculis suis, eo maior coram Deo efficiebat. Et rectè id egit, q. omne bonum sibi collatum, donum Dei fuit, et nihil habebat, qd non acceperat; omnia in ea sunt laude digna, sed omnia mihi (uobis fratribus meis me prioribus cetera relinquens) non sunt recensen-da. Et quia magr. noster Christus dixit; Qui se humiliat exaltabit., et qui plus se humiliauerit maior erit in regno Celorum; Quia ergò Domina nra Dei genetrix Maria nemo humilior fuit, iustum est, ut in regno Celorum nemo sit maior, aut sublimior ea: Nos ergo fratres charissimi humilita-tem sectamur Marię. Imitemur, quo ad possumus uestigia eius, ut ille, qui eam super omnes sublimauit, nos quoque tantę glorię, ac subli-mitatis participes efficiat, Qui cum Patre, et Spiritu Sancto uiuit, et regnat in sęcula sęculorum.

Post ipsum Ioannes ita locutus est.

Ioãnis Euangelistæ sermo.

Ego Patres, atq. fratres mei quid de tanta maiestate dicere potero! Qui, sicut ętate, ita, et Scientia minor sum omnibus Vobis. Ex quo tamen cum Petro, et Iacobo fratre meo ~~[deleted]~~ (cuius animam ecce hic est) et tunc om-nes eam uiderunt) quem alia Vita iam Viuentem loqui mortali lingua non decet, Dominus ad fidei suę splendorem elegit, et ut Vos in quibus modo

gladio occiso

nulla inuidia est, quia in gratia confirmati estis, et de bono meo tamquam de bono communi gaudetis, mihi hunc locum dedistis; Loquar, et à laudibus = huius Virginis non cessabo: Est enim omni laude dignissima, et quamuis omnia sunt in ea laude digna, omnia splendida, omnia pulchra, omnia decora, id tamen prò nunc, cętera Vobis relinquens, in ea commendabo, quod digna fuit esse Mater Dei, genetrix q. Verbi diuini appellari, per magni puto, seruum Dei appellari, qui enim Deo seruit, regnat, sed plus est amicum Dei nuncupari, plus certò filium, sed hęc omnia nihil sunt respectu huius, quod est, Matrem Dei appellari, et esse. Joseph quidem Pater = Dei appellatus est, sed non fuit, nisi putatiuè; Hęc uerò Verè Mater Dei est, Verum enim Deum concepit, Verum peperit, sed in ipsa conceptione Mater est facta, quia non solum hominem purum (ut alię mulieres, sed Deum carni humanę unitum genuit, et propriè concepit, = quamuis, et ipsa conceptio sit generatio: formata carne illa et omnibus membris distincta, in eodem ictu oculi, et anima creata, et infusa fuit, et diuinitas humanitati unita, hoc est illi rei, q. homo dicitur, quę non solum est anima, aut corpus, sed ex eis est illa res. Tu, ò genetrix Dei = nostri, hęc q. ad fratres meos Apostolos, Discipulos, et has Sanctas mulieres, q. hic sunt, Loquor, melius nosti, Nosti profectò te filio suo unico Dno, et Saluatori nostro totam, ut alię mulieres, ministrasse, de qua caro illa pretiosa formaretur, materiam, et omnem operationem habuisse, quam et alię matres habent in proles suas; et nosti, q. te operante, et Spiritu Sancto superueniente, antequam humanitas illa in se staret, à uerbo Dei, filioq. eius ante sęcula à patre genito, assumpta fuit ut non in se ipsa, sed in ipso uerbo staret, et à uerbo sustentaretur. Idcirco Verè = Dei nostri genetrix, et non alicuius puri hominis mater dici, nominari, et prędicari per totum mundum poterit; multi mirabuntur, quod Deus, = qui semper est, et ab ęterno est, concepi potuit, et non considerant, quod unus hó alterius filius dici possit, et unus homo ab alio genitus esse; — Ratio admirationis erit similis, Nam homo per animam est homo, corpus aliquid facit ad esse hominem, sed anima dat completum esse, tamen q.a illa anima à Deo creata, in eodem ictu oculi corpori infunditur, in quo, corpus à parentibus plasmatũ; Ideo hominem totum,

et non

et non solam carnem genuisse dicunt. Sic, et tu, ó dignissima dei nostri genetrix, Spiritu Sancto tibi uirtute tribuente, quam et habebas, sed non ut sola posses, et tecum concurrente, et modum, ut secum talia exercere posses, prestante, quia esse carneum, et esse humanum Deo tribuisti, Verè Deum concepisti; Verè genuisti, quod nomen et res nominis ualde te, ò Domina, et regina nostra dignificat; Dignare tu, ò Celorum, et Angelorum omnium regina, et Dña, nos, et omnes, qui nos in hac confessione sequentur, adiuuare, et saluare, et me, quem in filium Voce à Cruce delata accepisti, et ego uirtute uerborum Christi Domini similiter te ex tunc in meam accepi matrem non derelinquas, sed me filium tuum Indignum, qui seruus magis tue maiestatis dici debeo, habeas in omnibus aduersitatibus commendatum, Vtq. omnes alios hic existentes, et qui sequuntur pro filijs saltem adoptiuis habeas, rogo, qui tuam credent, et ore confitebuntur maternitatem: Ò mater Dei; Ò mater Dei, Ò mater Dei, Conticeo, sileo, dicere non audeo, Ò mater mea, Quia et si te iam accepi in meam, timeo tamen dicere meam, quia tunc me ipsum facerem fratrem Domini Iesu filij tui ôio ueri, fremq. ipsius Dei; mater tamen et mea es peculiari modo, non tamen illo modo, quo es mater filij Dei, neq. illo modo quo es mater omnium hominum, sed quodam medio modo, sum enim filius tuus magis, quam alij, sed longè minus ~~maior~~ quam ille, quem cuncti colimus, Veneramur et adoramus. Accedit post hunc Andreas Apostolus, et Laudes Virginis gloriose, Ita decantare cepit

Andree Apli Sermo.

Pulchra es, et Valde decora genetrix Veri Dei nostri, tuamq. pulchritudinem Sol, et Luna, et cuncta Sydera, Immò, et omnes Virtutes celorum admirantur. Iustum, et rationabile fuit, ut mater Dei tanta puritate splenderet, et tanta pulchritudine fulgeret, ut sub Dei nostri pulchritudinem nulla in terris, aut in Celis maior cogitari posset: Tota enim pulchra es; nulla macula in te est, nil in te horridum, nil tetrum, omnia splendent, omnia rutilant, ~~omnia~~ radiant; Quia ergo Ioannes frater

meus, et filius tuus, licet illi primogenito tuo longè impar, de maternitate tua tamquam filius multa p̄clare attulit, Et Petrus nouus omnium Pastor, tamquam omnium nostrum humillimus tuam humilitatem, quem admodum in te Deo complacuit, extulit. Ego germanus ipsius, qui decoris nomen gero, de tuo decore, de tua speciositate, et formositate, et pulchritudine aliquid coram his maioribus fratribus meis dicere curabo, maximè, q.ª tu sola ita electa es, ut nunquam salus tua, beatitudo tua, filicitasq. tua fuit in dubio, etiam q.ⁿ Angelis mandata dabant.ʳ cum conditione si ea seruarent, beatitudinem obtinerent, Q.ⁿ totum genus humanum damnatum erat, totum p̄ierat, totum hereditate priuatum fuerat, Tu sola ab universali omnium damnatione preseruata fuisti; electa enim eras in genetricem dei et omnium reginam, Ita ut si homo non peccasset, tu ~~mater~~ inter omnes, post filium tuum prima in Regno Dei esses: Peccatè Verò hominè, iam remedium, si peccaret, paratum erat, labores, inquam, et dolores Iesu Christi filij tui, et Dni nostri; Sicq. decreto ęterno firmatum erat, ut passio illius suę omnes tibi p̄desset, quamuis nondum exhibita esset, Quę tantum ualuit, quantum à Deo accepta fuit; Non ergò tu mortua in Adam fuisti, quamuis ratione propaginis tuę, quia, sicut, et alij, ex utroque parente nata es, mortua fuisses, Quamuis Vterq. illor. parentum sanctissimus fuisset. Unica es columba sine felle, Vnica Immaculata Recessisti à peccato quocunque, Recedere tamen longè à peccato nemo potuit. De tè Propheta rectè locutus est: Egredietur Virga de radice Iesse, tota gracilis, recta tota, erecta, non curua, sine nodo, et sine cortice; O Maria Dei genitrix, et Virgo perpetua, rectè cecinisti: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; Laudabunt, et p̄conia tuę puritatis tandem omnes agnoscent; plerig. de tua Virginitate dubitabunt, et credent, te alios filios, q. Dnm̄ nostrū habuisse, Alij dubitabunt de tua maternitate et credent, te esse matrem unius hominis, et non prsus Dei, et si Dei, non tamen Veri Dei; Alij Veri Dei tè putabunt matrem, sed illum non distinguent à

Suo Patre

à suo Patre, sed credent Patrem eundem esse qui, et filius est, propter quod sepius rogaui, ut talia fieri non sineret altissimus, et dictum fuit mihi; sufficit tibi quod tibi datur, noli sapientior esse Deo, sed scio, q. exclusis de tua puritate alijs opinionibus falsis, ultimò hęc q. falsitas à tota Ecclesia excludetur. De pulchritudine, et de maximo decore tuo, ò Domina nostra loqui uolens, tetigi tantum principium pulchritudinis tuę, q. nil aliud est q. donum Dei, et de tuo ingenti decore, et uirtutum omnium tuarum splendore Thomas, Philippus, Iacobus, Matheus, et hi astantes altiori ingenio altiora dicent; Nos omnes peccatores sumus, et fuimus. Tu, quę peccatorum omnium redemptorem concepisti, Virgo peperisti, Inuiolata semper fuisti, tibi, et filio tuo Vnico commendatos nos facere uelis, ut quę sine peccato semper fuisti, nos, et posteros peccatores tua charitate, et dilectione complecti digneris, Mihiq; si prolixior fuerim, senes quippè ~~propter~~ abundantius ~~[illegible]~~ qn. Incipiunt, Loqui consueuerunt, Ignosce Domina, Ignosce Regina: Ignosce Dei nostri mater suauissima.

Post hunc Simon Apostolus accersitus à Simone Petro, ut Verbum proponeret, in hunc modum loqui cepit; Quanuis plurima sint iam dicta de laudibus Reginę Celi, nihil tamen dignum tanta maiestate. In hac nanq; omnia pulchra, omnia magna, omnia excelsa, Quemadmodum enim Saluator noster Christus Dominus factus est obediens Vsq. ad mortem, mortem autem Crucis, et Deus propter obedientiam exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Nam omnis lingua sibi conseribit, et data est ei potestas in Celo, et in terra; Ita certò quod genetrix eius Maria Domina nostra, et ipsa obediens fuit usque ad mortem, mortem autem Crucis, quam in mente passa est, et cooperata est Cruci filij sui ad redemptionem humani generis; Nam Simeonis Vaticinium in ipsa fuit impletum, qn. dixit sibi; et tuam ipsius animam pertransibit gladius; Mortuo filio, commortua, et matre est, et quantum potuit redemptioni nostrę auxiliata est, et martirij gloriam adepta est. Ad Vitam hanc, milite lanceam latus Domini perforante, reuersa est, Vt ~~iterū~~ nobiscum

Simonis Apostoli sermo.

existens, nobis et toti Ecclesiae prodesset, sicut certò, et profuit; Vt omnes nouimus, omnesq. experti sumus; Quia ergò cum Vehementi dolore mortua est, et Christum Dominum in doloribus suis associauit, Nunc non decet, ut Vllo dolore afficiatur. Sed cum gaudio, et letitia anima sua à corpore separetur, quia oportet, ut legem prò omnibus statutam, à qua non fuit excepta, quia non oportebat eam eximi, seruaret publicè et per sè, Tunc enim prò nobis, et prò martirij gloria defuncta est, Nunc est solutura debitum eo, et ad tempus breue, corpus exanime remanebit. Et propter obedientiam factam, quod omnes uirtutes complectit. exaltabitur super omnes choros Angelorum, et super omnem potestatem, et uirtutem, Dequare, et ipsi Angeli gaudent, et gratias agunt Deo, quorum plurimi hic nobiscum sunt, preuertim ille magnus Gabriel, unus de septem, et secundus inter primos septem. Nos itaq. fratres obed.ae iugo colla nostra submittamus, Vestigia Domini, et matris eius cum puritate cordis sectantes, ut post reginam nostram nos serui eius, illuc, quo ipsa properat scandere possimus, quod facile erit, ipsa prò nobis interueniente, cui nos omnes, omneq. genus humanum humiliter commendamus: — Post hunc Vocatur Thomas Apostolus ut laudes Virginis ad consolationem astantium commemoret, Ita ergo loqui cepit —

Thomae Apostoli sermo.

Abissus Abissum Inuocat; Petrus noster princeps propter humilitatem exaltatus, de humilitate multa dixit; Joannes filius de maternitate; Andreas Virilis Dei uirtutem, Mariam reginam nostram ab omni labe preuercatis, proclamauit, et decorus ipsius pulchritudinem summam post Deum ostendit, Simon uerò, iuxtà sui nominis interpretationem de obed.a, et de cruce, atque morte ex compassione pleraq. attulit; Ego quoque alludam nomini meo: Abissum enim me uocatis, et ideo de abissu diuinae predestinationis, qua genetricem suam super omnes elegit, et proelegit quedam afferam coram uobis; Mirantur homines, et adhuc mirabuntur, cur Deus ipsam Mariam potius elegit in matrem, et ad tantam beatitudinem preordinauerit, quam quamcunque aliam mulierem, aut creaturam, et non cogitant quod si aliam filiam Adae in genetricem elegisset, eadem admiratio de illa quoque fuisset, Vnam oportebat esse, Vnius munus illud erat, perfectissimam, et anima, et corpore illam Et in naturalibus, atque accidentalibus optimè dispositam esse decebat;

Congruebat

Congruebat quoque, ut quemadmodum homo ille à Deo assumptus plenus fuit, et est et erit gratiæ, et ueritatis, et esset super omnes Creaturas, Ita post ipsum Genetrix sua superaret omnes in gratia et beatitudine, Donum maternitatis consequitur Donum beatitudinis, et si sibi, et filio suo unico Dno nostro absolutè uoluit beatitudinem, Deinde merita, siue media, Non tamen uoluit utrique tantam beatitudinem, nisi ratione assumptionis humanitatis ex tali Virgine, uoluit ab æterno et in initio uiarum suarum: qua generatio filij à Patre æterna uia est, qua Deus exiuit à Deo patre: æterna ab utroque est processio * uia æterna ad æternum terminum est; æterna est Cognitio omnium Creaturarum, quæcumque uia, quædam est in tribus enim personis, patre, Videlicet filio, ac Spiritu Sancto simul Cognitio existens ad omnes creaturas terminatur, uolitio præterea in tribus ipsis unica existens in initio ad ipsos duos, filium uidelicet, et matrem ˇ in qua humanitas copularetur diuinitati, ¶ In initio itaque uiarum suarum Dominus, antequam quidquam faceret, immò facere disponeret quodammodo loquendo, quia omnia hæc sunt æterna, tamen quemdam ordinem in se tenent; uoluit humanitatem plenam gratia, plenam beatitudine assumere, ita ut ipsam sic assumptam simul et beatam faceret, et genetrici suæ maximam post ipsum gratiam præstaret; O Maria, quam felix es, quam fortunata, quæ ab initio, et ante secula, et in initio uiarum Dei ab ipso electa fuisti, et Adæ peccato præuiso, non fuisti cum alijs omnibus condemnata, sed uoluit, ut merita filij tui tibi super omnes adesset, Neque pro minimo momento noluit inimicam, sed semper amicam charissimam; alios autem beatos omnes cum condictione facere uoluit, si uidelicet mandata seruarent. Verum est tamen, quod et alios patres antequam quidquam boni, uel mali egisset, elegit, et uocauit, et santificauit * ut nullo modo damnare Vellet, et aliquos reliquit in manu consilij sui, usque ad extremum uitæ diem et quales eos ibi uidit, tales ab æterno in æternum iudicauit; Nullus tamen est ex filijs Adam, quem aliquando non habuerit inimicum, præter te, O Maria. Nullum punit, nisi peccatis præcedentibus, Multos præmio ipse dignos facit; Nulli debitorem punire etiam nullo crimine præcedente, posset, sed nunquam sine crimine proprio creaturam eam punit. Neque propter peccatum Adæ solum quemquam ullo supplitio, aut pœna in alia uita afficit, aut dolore, seù quauis tristitia plectit, sed solum beatitudine

* spus s[ti]; quã tamen filius à patre accepit, et illa quoque processio

ˇ terminata est precipuè et super alios omnes uoluit hominẽ deificatũ et matrem

Sed cur nõ oẽs * ita santificauerit hic est altitudo, et profunditas et abyssus sciẽ et sapiẽ Dei aliquos .n. ita predestinauit, et omnino santificauit



supernali priuat; sic tamen quod et si tales habeant damnum, nunquam tamen tristantur de tali damno, sed sunt sua sorte contenti, ignorantes talem priuationem eis accidisse; Magnus es Deus noster, et iudicia tua abyssus multa; te adiuuante, te patrocinium afferente, O Maria, plurimi saluabuntur; obstinati in malo, et in peccatis damnabuntur, quorum ideo pena eterna, quia et uita sempiterna; De hoc abysso plurima dicere possem, quia uere abyssus abyssum, et difficultas inuocat difficultatem, sed satis est dixisse de precipua, et preuia alijs omnibus creaturis electione Marie Domine nostre et de bonitate Dei, qui tantum tamquam magnum bonum contulit creature sua uoluntate, sua bonitate, nil idem sperans accipere, quia bonorum nostrorum non eget; Est enim sibi in se ipso bonum sufficientissimum; satis etiam est ostendisse, quod nulli iniuriam facit, quia, et nulli debitor est, et nullum affligit eternaliter propter peccatum alterius, et unumquemque beatificare, quantum in ipso est, non post ponit, et quod soli obstinati in peccatis damnentur. Sperandum igitur est in Deo et omnia nostra sibi committenda; Quod tu, o Dei Genitrix Maria nos facere docuisti; Nosque igitur adiuuabis, tuoque filio Commendabis, Vt et nos post te in odorem Vnguentorum ipsius currere possimus.

Philippi Apostoli Sermo-

Postmodum uocatur Phylippus, ut ipse quoque ea, que sibi uidentur, aperiret, sic igitur exhorsus est.

Equos, quibus sol iste Corporeus, et iterum Corporea preciosissimus uehitur multos esse, Greci fingentes, nomina tradunt; et ueritas ex multis eorum uanitatibus Colligenda est; Non enim sequemur indoctas fabulas, sed ueritatem, quantum possumus, complectimur. Solem Christus Dominus noster, Ecce hic stellam, ex qua sol prodijt, Videtis, Mariam, Et tamen, et ipsa sol est, non cessans mouere, scilicet semper perficiscens, et nunquam deficiens, nec sibi, nec alijs, Amorem in altari cordis sui, tamquam ignem indeficientem iugiter portans. Sol est, non solum ipsa Regina nostra, que nobis solem protulit scilicet omnis anima supernam querens beatitudinem, et Deum suum ex toto Corde diligens, et proximum sicut se ipsum. Sol habet equos, quibus uehitur, qui nil aliud sunt, quam uirtutes

infuse

infusae et acquisitae, supernaturales primum, deinde et naturales Intellectuales,
et illae, quae in appetitu consistunt. primus ualidissimus equus, et fortissimus
est Charitas, quo mouemur in dilectionem Dei, et proximi nostri in ipso
Deo: Respicit solum Deum in se, et cuncta alia in ipsum refert. Non cupit ali-
quid sibi scilicet omnia cupit Deo, non postulat retributionem, non mune-
ra, scilicet summo bono summe afficitur. Alius equus est spes ipsa, quia
cupimus Deum nobis, uolumus eum, tanquam bonum nostrum. Tertius
equus est fortior secundo, debilior primo, fides quia credimus, quae est sub-
stantia, et fundamentum huius Ecclesiae, cui praeest Petrus Christi Domini locum
tenens, cui succedent perpetuo pastores, et Vicarij Christi, non in hac Ciuita- Roma-
te, scilicet alia, quam suo martyrio consecrabit, Vbi nunc homines regnant,
ibi agnus regnabit, Deficere uidebitur, scilicet uires perpetuas assummet,
et conseruabit. Multi alij sunt equi in mente hominum, Inter alios
est prudentia, quae est uirtutum moralium regula, ut Iustitiae, fortitudi-
nis, et temperantiae, sub quibus reliquae uirtutes collocantur, et cona
quaeque homini equus quidam est currendi ad brauium caeleste suscipiendum,
prebens uires, harumequorum amator, uir bonus est, Deo charus est, qui
ipsis uehitur cadere non poterit. Quadratae figurae manens, stabilis per-
petuo, firmusque manebit; Mundi huius rectores, equos habent, in quibus
confidunt, animalia bruta, et irrationabilia; Nos his utamur equis, his
uehamur, his conducamur, et perire nullatenus poterimus. Videte fratres
mei Apostoli, inspicite Discipuli Domini, Considerate, o Sanctae mulieres
carissimae, Reginam nostram, quam potentissimam, quam fortissimam;
Omnes ei insunt uirtutes perfectae et loco imperfectarum, successerunt
virtutes perfectissimae. Non amplius sperat, scilicet tenet, non desiderat,
scilicet amat, non expectat, scilicet habet, non credit, sed uidet, uidendo
tenet et fruitur, fruendo gaudet et Letatur in Deo salutari suo, in
quo et nos gaudebimus, modicum tamen prius opportebit contris-
tari, scilicet haec tristitia in summum gaudium uertetur, quia post
tenebras deducemur ad lucem inaccessibilem humanis uirtutibus,
accessibilem tamen, Deo uolente, a nostris mentibus. Quod facile
meritis et precibus Reginae nostrae assequamur, cuius gratia, et
nomen diffunditur in omnes gentes.



Post hunc uocatur Iacobus minor, et eiusmodi uerba proponit.

Iacobi minoris sermo.

Supplantari ab inimicis nostris fauore prędictę Marię Dei nostri genitricis non poterimus, ipsa enim contriuit caput uenenosi serpentis, ipsa uicit mundum, Victoria eius talis fuit, q. cunctas hęreses interemit; hęc est mons ille, de quo abscisus est lapis sine manibus, qui Impleuit sua magnitudine totam terram, qui citò prędicabitur in toto orbe; Sed bestia insurget, cuius uox Implebit terram, et durabit quousq. adimpleat. uoluntas altissimi, et iter. emerget, quasi submersa fides, et regnabit agnus in toto orbe terraz, quod fiet precibus, et assiduis intercessionibus huius gloriosę Virginis, quam omnes ueneramur; supplantauit, et uicit Dyabolum, uicit Luciferum, principem huius mundi eiecit foras: Iterum, et continuè eiciet, et illo tempore perfectè eiciet. qui parentes nostros ex Paradiso uoluptatis eiecit; qui tunc eos supplantauit, à filijs ipsoz supplantabr. Sed precipuè ab hac filia sancta, et Immaculata, perfecta, et in omni bonitate, Sanctitate, ueritate, et sinceritate plena, in qua sunt recondisi omnes Thesauri Sapientię, et Scientię Dei; Accidit Lucifero, ut sicut per arborem Euam supplantauit, et per Euam Adam, ita, et ipse per arborem, seu lignum Crucis Xpi, quod exterius erat, et per lignum Crucis Marię, quod interius gerebat, fuit supplantatus, et q. matrem superauit et supplantauit, et uicit, à filia eius superetur, supplantaretur, et Vinceret. Multę certè filię, et alię congregauerunt sibi diuitias, sed Maria supergressa est uniuersas; hęc est illa mulier fortis, de qua scriptum est; Mulierem fortem quis inueniet procul, et de ultimis finibus precium eius. O fortissima mulierum, O Sanctissima omnium Creaturaz, O cōstantissima omnium hominum fac nos quoque ueros inimicoz nostroz supplantatores, Veros uictores, ueros superatores, Ut uincamus Dyabolum, supremus mundum et uincamus proprios, contra rationem insurgentes appetitus; Ecce in continuo plio sumus, hostes nos nunquam deserunt, Inimici nostri intra nos sunt; si non esset plium, neque Victoria esset; bonum est plium qn illud consequitur Victoria; bonum est malum quod uertitur in bonum;

bonus

bonus est dolor, cui succedit gaudium, bona est infirmitas, quam perpetua consequitur sanitas; Diligentibus aut Deum omnia in bonum conuertuntur, et omnibus, tam bonis, quam malis, bonum oritur bonis. Et sic mundis omnia sunt munda, ita et bonis omnia bona: Exteriora quidem bona in bonum Corporis, bona Corporis in bona animę diriguntur, Et illa in summam beatitudinem, et ipsum Deum. Certamen itaque, et praelium, et assidua militia data est homini in uita ista, ut ex ea boni, ueluti aurum in fornace probentur, ut stipulę, fenum, et palea, et lignum comburantur, et diligentes Deum, tamquam sol fulgeant, et tamquam lapides preciosi rutilent. Tu ergo, O Mater Dei, et Domina nostra succurre, opem fer, presidio esto; Esto nobis turris fortitudinis à facie Inimici, ut ipsum supplantare et procul à nobis pellere et Deo nostro Cumulatioribus meritis adherere possimus.

Vocatur post ipsum Mattheus Apostolus, et Euangelista, cuius sermo talis fuit

Matthei Apostoli sermo.

Dono Christi Domini, ó Regina Angelorum, et hominum cum festinatione uocatus fuit, cum publicanus essem, et negotijs, atque curis huius uitę implicitus, donatoremque consilij Euangelici secutus sum, qui me postea deinde in apostolum elegit, et Euangelistam. Genti meę mea lingua scripsi, predicaui; sed ipsi dura ceruice, ut soliti sunt, renuerunt me, et Euangelium sacrum, ut tu O Domina nosti, et hi fratres mei maiores non ignorat; transiuimus, et iter transibimus ad gentes, annuntiaturi inmensa dona à donatore omnium tibi, O Maria collata; Euam legimus et audiuimus de Costa Adę plasmatam, nobilissimam, et delicatissimam, complexionisque optimę fuisse, et ipsi uiro, de quo sumpta erat, simillimę; sed te nobiliorem, et meliorem in cunctis membris, humoribus, et Corporis partibus in utero felicissimę Annę incomparabiliter plasmauit; et in omnibus corpori filij tui, (quod per donum Spiritus Sancti, te quoque coadiuuante, ut matrem) optimum, et perfectissimum plasmatum est, simillimam reddidit. Ipse est speciosus forma pre filijs hominum, tu similiter post ipsum, et ualde parum distans ab ipso, pulcherrima mulierum es et super omnes pulchra, et decora.

Congruum quippè erat, ut mater gratiæ veritatis, et misericordiæ Genitrixq. Dei dignioris complexionis esset, quam mater Carnalis omnium uiuentium; Iustum certè erat, ut illa dignior esset, etiam in Corpore, omnibus alijs, ex Cuius purissimo sanguineo humore plasmandum erat dignissimum Corpus Redemptoris omnium; Annuntiabimus et animæ tuæ, O Maria præclarissimas uirtutes, Nulla tibi Scientia, nulla Cognitio deest. Tu nosti et æterna, et temporalia, mortalia, et inmortalia, Corporea, et incorporea, quæ sunt extra nos, et quæ in nobis, Quæ Deus, quæ natura, quæ intellectus fabricauit; Nihil te latet, nihil fugit, nil abscondit Deus, quæ se ipsum tibi apertè ostendit, Et postquam xpo Commortua fuisti in carne, adhuc mortali beatam uitam duxisti, sic et ducis; Beata es, Beatitudinem mors ista breuis tibi subripere non poterit, Resuscitata citò corpus gloriosum in sempiternum habebis. Omnes tibi insunt uirtutes, quamuis non credas, nec speres, quæ uides, et possides. Niuei candoris es, O Maria immaculata, Syrpus es, nodo cares, pœnas corporales ob peccatum primi parentis in posteritatem deriuatas pro parte, et tu, tamquam carne corruptibili obtenta, substulisti pœnas animæ, quæ obsunt, et non prosunt, non habuisti; Non ergo alicui ignorantiæ subiecta fuisti, ingenio et industria, uirtute et bonitate semper Viguisti, semper integra fuisti; Magna sunt dona tua, Ingentia munera tua, quæ lingua humana exprimi non possunt, Mente cogitari, uel apprehendi uix possunt, nec mirum, Nam Spiritus Sanctus, qui est æternum donum te santificauit, preseruauit, purgauit, illuminauit, et singularibus priuilegijs decorauit. Ista dona non statim omnibus propalabuntur, non statim omnibus manifestabuntur, sed in uarijs temporibus, prout donator magni consilij ordinauit, nunc hæc, nunc illa reuelabuntur; Et tandem, postquam uenerit dissidio, quæ per multa sæcula durabit, et tandem consumabitur et disiuncti coniugentur, miserebitur Dñs populo suo et mittet nouum Agnum, qui docebit secreta fidei omnes gentes, et tua dona uniuersa narrabit, conscribet, et annuntiabit; Multiplicabuntur solemnitates tuæ, augebuntur festa tua,

et celebrabit.

et celebrabitur martyrium tuum, et compassio tua, et dolores tui, et mors tua occulta, qn mortua fuisti simul cum xpo, de quibus tunc mirabunt secula illa, tamquam de ignotis, et qin oppinione hominum non fuerunt usque ad tempora illa felicia; Het aut omnia filius tuus Iesus xpus Dominus noster faciet intercessionibus tuis, et meritis tuis, Quem, ut pronobis quoq. maximè pro me peccatore, et publicano, O' ad... peccator, deprecceris, cuncti hii astantes rogamus, et ego pro me supplex, et flexis genibus oro.

Mattheo cum magnia gratia omnium explente dicta superiora, uocatur Bartholomeus Apostolus, sicque loqui cepit

Bartolomei sermo.

Filius suspendentis Aquas uocor ego coram illis loquor, qui melius, meque loquor, norunt. Ecce Dei genetricem, Deum assiduè iam uidentem, postquam commortua fuit ante oculos nostros aspicimus. Inquo uiso uidet omnia, etiam nos ipsos, quos oculis pntes cernit. Non solum agnoscit q dicturus sum, sed mentem ipsam, et cogitationem meam uidet, Immò antequam cogitarem cogitaturum sic omnino me preuidit, sicut cogito; Nouit enim omnia preterita, et futura, de presentibus nil dico, quia illud manifestius est. Que sunt aque suspense? Ille sunt, que super Celos sunt, q super firmamentum sunt, non que sub celo: Quis eas suspendit, nisi qui diuisit Aquas ab aquis? Quis est ille? Dominus est, pater, filius, et Spiritus Sanctus, qui etiam Spiritus Sanctus ferebatur super aquas, ex quibus facte sunt he, et ille aque. Ipse qdem specialiter ferebatur, quia diuina uoluntas una in tribus ferebatur. Volebat enim ex aquis illis producere omnia corpora, preter primum Corpus, quod Celum empyreum Vocabitur. Illud enim solum simplex est, cetera composita, Nam et ipsa elementa composita corporea sunt, quamuis simplicia respectu mixtorum dicantur. Non sum tamen eo modo filius suspendentis, et conseruantis aquas illas, sic apud nos dicuntur filij natura; He aque per similitudinem quamdam dicte sunt aque, sunt enim lucide, et fluide; non qa fluant, sed qa cum summa, et indiuibili mouentur uelocitate, et secum trahunt inferiora corpora, sic aqua currens trahit secum

reliqua corpora in ipsa posita; Non tamen Celum illud aquam, ui trahit alios celos, sed Angelus mouens illud, mouet simul omnes celos inferiores, quos alij Angeli singuli singulos circulos celorum in oppositum, uel alio motu mouent, habens celum illud pleraque similia aquis, idcircò aqua uocatum est: Non ergò natura, sed gratia adoptionis filius aquas ab aquis dividentis uocatus sum, sed omnes nos eo modo filios illius, aquas suspendentis esse censeo; Sed mihi uni nomen illud, quo me indignum puto inter hic existentes impositum est: Aquam denique multe, populi multi, quos suspensos tenet Deus, ne cadant, si nunquam ipse non conseruaret creaturas suas, deciderent subitò, et in nihilum omnino reuerterentur, non in pulverem, aut cinerem, sed nullo modo esse haberent, nihil omnino essent, sic erant, antequam quidquam factum fuisset; populi sunt aque ob sui volubilitatem, et frigiditatem, Immò Creatura omnis ex se frigida est quod est in animalibus signum mortis et interitus, ex se non habet esse, neque unquam illud haberet, nisi datum sibi esset, et postquam illud habuit, stare non posset, ruinam semper minatur, et casum, nisi Deus conseruaret et suspensum teneret, quod etiam ipsis Angelis, et uirtutibus celestibus quotidie et assiduè accideret. Quae Deus non suspendit, non conseruat, res decidit, uel tota, uel secundum partem, prout non conseruat Deus radius solis, et omnis creatura. Aque quoque dicuntur tribulationes et anxietates, iuxta illud: Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intollerabilem; has Deus suspendit, quia tollerabiles reddit, quia diminuit, quia omnino tollit; Nam et inimicorum suorum penas et damnatorum tormenta, quamuis eterna, sua misericordia suspendit, et leuius, quàm merentur, punit, è quibus aliquos iam eruit, et non nullos eripiet, excipiendo eos à generali Sententia, et omnes quidem eripere posset, sed lex extat sua, ac decretum suum, non alicuius ~~ipse~~ superioris positum, ut post iudicium, illi in supplicium eternum, iusti uero eant in uitam eternam, quam Dominum nostrum, tuum uerò, Maria, primogenitum, et unicum filium, nobis quoque, qui reliquimus omnia, et secuti sumus ipsum, nobis daturum speramus.

Placuit

Placuit, et hic sermo, sicut, et reliqui omnibus astantibus. Vocatur

Thadeus, qui facta pro more riuerentia Petro tamquam Vicario, et Mariæ, quæ ratione corporis, nondum glorificati, in uia erat, et ea ratione Ouis Petri dici poterat, et ita Loquitur

Principium omnium creaturarum Christum Dnm, omnia enim per ipsum facta sunt, et nulla res facta est sine ipso; apprehendi, tenui eum, nec dimittam, confessus sum, laudaui, et glorificaui, cordeque ipsi apprehendi, qua uoluntate, quæ cordis nomine accipitur, et amore prosecutus sum, sicuti enim à corde, tamquam à principio et fonte uitæ progreditur uita ad reliquos corporis artus, ad alia membra, et ad alias partes; sic à uoluntate bonum, et malum omnium aliarum potentiarum, quæ laude, aut uituperio dignæ sunt profluit prima laus, primum Vituperium, uoluntas est aliarum potentiarum solum, inquantum uisa bona, uel mala uoluntate exsequuntur, Ipsius est fugere, et prosequi, ipsius nolle, et uelle, et nil fugit, nisi quia aliquid diligit; Diligit autem ob aliud, diligit etiam non propter aliud, sed quia res talis ex sui natura est, uel ex eius beneplacito propter se diligitur; Dilectio est primum bonum opus, ipsa similiter est primum prauum opus. Respuere, et nolle, sic non est primum opus, ita neque primum bonum, aut primum malum opus; Dilectio quoque ob aliud prosupponit dilectionem propter se, primum ergò bonum opus, est dilectio propter se, et primum malum dilectio propter se. si Deum diligamus propter ipsum, optima, perfectissima, ex sui natura dilectio bona est, si aliud ab eo propter se, in ipsum non referendo diligatur, dilectio praua, et mala est; si denique Deus propter creaturam diligatur, ita quod creatura sit finis, et Dominus ad finem in creatura sistendo, pessima operatio, pessima utique dilectio, Deum ob aliud diligentur, in illo alio sistendo; Dico autem, sapientibus, et perfecti~~ssimus~~ modo omnia cognoscentibus loquor, sistendo in illo alio. Nam si quis diliget Deum propter retributionem, et tamquam bonum sui ipsius, hoc est diligentis, nec tamen ibi figeret dilectionem, sed ulterius tenderet dilectionem in Deum, ita ut si nulla retributio esset, nullumque

premium sequeretur, ad hec diligeret ipsum, tamquam bonum inmensum dignum prima, et dignissima dilectione; Talis dilectio Dei, tamquam boni proprij bona esset, unde, preter fidem, sunt in nobis due alie uirtutes a Deo nobis date, spes, quia diligimus Deum, tamquam bonum nostrum, et Charitas, quia diligimus eum in se ipso, et pp se ipsum; Charitas est donum hominibus concessum, et à Deo infusum, quo nullum dignius; per hoc enim precipuè Deus Charitas increata, et Spiritus Sanctus cui Charitas precipuè attribuitur, habitat in cordibus nostris, per hanc templum Dei sumus, per hanc Deo grati, et accepti redimur, per hanc opera nostra grata, et accepta sunt Deo; Quicquid enim suo instinctu fit, illud Deus premio eterno iudicat; Nulla actio nostra digna est uita eterna, nisi uoluntaria fuerit, ab ipsa Charitate infusa eliciat, et à Deo, tamquam digna uita eterna acceptatur; Ipse uero Deus ab eterno decreuit, omnem talem actionem pro tanto acceptaturus; Quantum ergo acceptat, tantum ipsa operatio ualet, et tantum operanti confert premium, quantum operationem ipsius acceptauit, non plus, aut minus, uerum quidem est quod altissimus Deus maius nobis premium confert, quam ipsa operatio à uoluntate, et gratia, seu Charitate emanans ex sui natura mereretur, sed non maius, quàm acceptauerit; Neque uoluntas, neque Charitas, seu gratia compellunt Deum opera nostra ad uitam eternam acceptare, sed ipsa sua clementia talia opera eo modo facta, seu elicita semper sit, et pro tanto acceptare disposuit, et sic disposuit uoluntariè, ita, et acceptat uoluntariè. Hec uirtus sola nullum crimen compatitur, hec dum quis sanctificatur, dum Iustificatur infunditur, hec quoties quis contra Legem Dei uoluntariè preuaricatur aufertur, quoties in Deum redit sibi reditur; hec ut bona opera reuiuiscant, facit; Hac uirtute super alias Regina nostra, et Angelorum pollet; hec à Deo est, et Deus est; cetere quidem à deo sunt, non Deus, hec uerò Deus est, et à Deo Angelis, et hominibus conceditur; Nulla alia uirtus digna facit premio eterno opera sua, actionesque suas, hec sola, et ex ipsa effluentes operationes, et ex alijs uirtutibus emanentes facit premio superno dignas; hec uerò non ulla nature

necessitate

necessitate, sed benignissimam Dei nostri pietatē hanc ut nobis adaugeat Deus, cuius culmē, post filium, tu possides, O Maria Domina mea, et soror matris meæ; Quarū ex Anna, Simon, Iacobus, Joseph Iustus, et ego ex Maria Cleophe fratris Anne felicissime sterilis, orti sumus; tu rogabis, tu impetrabis, ut omnes curramus post te in odorem unguentorū tuorū.

Vocatur Mathias Apostolus, Cuius Verba hec fuerunt.

Mathiæ sermo.

Donatus Domē dona ipsius in genetrice Domini Dei, et Saluatoris nostri Iesu xpi laudare et commendare teneor, sed ex una pte cogito, quod super ea, q Vicarius xpi Petrus noster, nouus Pastor de humilitate humilir attulit, Joannes de maternitatis dignitate, Aliiq; frēs mei de aliis innumeris, ut Andreas prio Vocatus a Dño, ut Simon cum Iacobo, et Thadeo fratribus Dñi; ut Thomas, et si non natiuitate, tamen similitudine geminus saluatoris, et Phylippus ille omnium amator uirtutum, Mattheus mihi nomine pene similis, officio maior, et Bartholomeus animo, et Sanguine admirandus; quid supra ego ultimus duodecimus Apostolorū, qui non fui a Dño in Apostolatum electus, sed in loco illius, qui cecidit ab Apostolatu et cuius locum ego, uobis sortem ad Domini uoluntatem mittentibus, accepi, dicere potero, aut audebo? Verum, qa a dñi uoluntate, et dono assumptus fui in Apostolatum, Cuius officium, etiam exercere cœpi, audebo, et ego dona genetricis Dei nostri, (quam omnes ueneramur, ut dnam et reginam nostram) ore (licet indigno) commendare et laudare, laudes enim eius honores diuini sunt, Nil namque habet, quod non accepit, et effecto ita est, qa nihil ex se ipius habet, eam itaque laudando, diuina dona, diuinas gratias, munera sponte a superno largitore concessa, magnificamus. Nego credo sophas esse, ullam creaturam extollere, si illa nil boni ex se habet, sed in ipsa creatura extolenda est clementia Dei; magnificanda sunt munera dei, Immo dico uobis, scientibus enim diuina misteria, loquor. Nullus maiori laude dignus uidetur hoīe illo adiuinitate assumpto, et post illum, nullus maiori comendatione dignus hac ipsius Domini nostri genetrice Maria; Ille enim absque ullis meritis precedentibus, et diuinitati hypostatice unitus, et beatitudine

summa, et quia maior creari nequat affectus fuit, ipso nil agente, ipso nil cooperante, Deus [fratres] est, plenitudinem omnium gratiarum, omnium donorum, omnium uirtutum, ac ipsius beatitudinis accepit; Alij, ut Angeli, Sancti, et beati, etiam ipsi cooperati sunt, probati sunt, temptati sunt, potuerunt transgredi, non erant confirmati, ut peccare nequirent; Virgoquoque, quibus meritis precedentibus, quibus operibus preuenientibus, a peccato omni preseruata fuit? Nullius, inquam. Antequam esset, non solum ipsa, sed celum, et terra, et ipsa natura Angelica, iam electa erat: Iam si alij caderent in uno Patre, preuisum fuit remedium, alios releuandi; Ipsam uero omnino dono Dei et remedio passionis filij sui preseruandi, et ordinatum fuit, ut dono Dei, et diuina acceptatione, passio preuisa, plus sibi proficeret quam alijs exhibita, quibus meritis precessis, in peccato non fuit concepta; omni gratia, et omni scientia, et arte fuit impleta: Nullum donum creature conueniens fuit sibi denegatum; In ipsa ergo laudibus potius uidetur magnificari Deus, quam in aliorum laudibus; Nam in ea solus Deus magnificat. Non enim in eo quod recepimus proprie laudamur, sed in eo, quod agimus et operamur. Enim uero non est dubitandum, Mariam Dominam nostram Cooperatam fuisse talibus donis, sic et alij suis donis cooperati fuerunt, sic et filius eius, ut homo, sed preuenti fuerant dono Dei, et data fuerunt eis talia dona sine ullis operibus, sine ullis petitionibus, sine ullis motibus, et desiderijs precedentibus, ad quae cooperati fuissent, si preuenti non extitissent; Non itaque maiori commendatione digni sunt, qui maiora dona sine ulla cooperatione, sine ullo actu uoluntatis proprio receperunt, dummodo si preuenti non fuissent, cooperati fuissent. Voluit autem Deus aliquos ita extollere, ita exaltare, ita sublimare, ut nil in eis prorsus, nisi gratia, nisi clementia, nisi misericordia Dei reluceret. Laudemus, immo Magnificemus, Immo glorificemus Dominum Deum nostrum in omnibus uijs, in omnibus operationibus, in omnibus donis, in omnibus muneribus suae genetrici datis, exhibitis, et sponte concessis, Utque nostra in nobis dona conseruet, augeatque ipsius meritis, et precibus supplices deprecamur.~

Expletis laudibus, iam illi recitatis, Petrus Apostolus dixit; Congregatis nobis coram genetrice Domini nostri, Viri fratres, Notum est iam uobis qualiter

qualiter excluso impio Iuda à societate nostra, loco ipsius annumerauimus nobis hunc, qui ultimò nunc locutus est, Mathiam, Deinde Spiritu Sancto mandante electi fuerunt in apostolatum Paulus hic existens, et Barnabas, q. Valdè utiles extiterunt fidei nostre, et Ecclesie; Et uerè hic Paulus à xpo Dño uas electionis nominatus est: Hic summus coram Regina, et Domina nostra, Iustum, et congruum existimo, ut ei tribuatur locus inter nos, et dignius locus. Nam ipse Scientia, atque eloquentia dignus, et excelsus est, et gratia Dei est in ipso, et abundans donum Spiritus Sancti. Nunc ergo considerate, quem locum inter nos mereatur, et ille sibi detur Snia communi omnium urum, ut sic à Domino est electus, etiam à nobis non sit neglectus; tunc Andreas apostolus ait: Dñs noster nos instruxit, dicens: Qui maior est inter uos, erit minister uester. quia dignitas, et presidentia nostra ministerium est, et seruitus; Nos undecim ~~iterum~~ sumus, Iacobus enim Herodis gladio interfectus est, cuius anima hic, ut uidetis, adest, Paulus erit unus de duodecim, & mihi non uidetur, ut alicuius nostrum locum accipiat, sed illius qui ad patres suos appositus est; tribuatur sibi locus Iacobi fratris Ioannis, ut sic Dñs Petrum, et Iacobum, et Ioannem intimiores habebat, ita post Petrum Vicarium Paulus, et Ioannes digniores inter nos existant et priores sint in proponendo, respondendo, et decidendo, hoc mihi uidetur, si regine nostre non displicet, et hi fratres mei sunt contenti; Ergo mater dei commendauit Andree Apostoli Sniam, q. omnibus summeopere placuit. uocauit ergo Petrus (licentia à Matre Dei accepta) Paulum ad se, et cum eum Ioanne iuxta se sedere iussit; placuit namque unanimiter omnibus Snia, et iudicium Andree Apostoli; Barnabas uerò adiunctus est, ut esset post Mathiam tertius decimus Apostolus; Lucas post illum, et Marchus, quorum laus est in Euangelio; Quo facto dixit Petrus: Paule frater aple dignissime, tu quoque aliquid ad propositum pertinens gratia Dei docente dices; deinde Barnabas, Lucas, et Marchus dicent, et ipsi unusquisque Secundum gratiam à Dño sibi collatam.

Iacob' maior gladio occisus ab Herode

Paulus itaque sic uerba sua in medio fratrum proposuit:

Pauli Apti sermo.

Nunquam ego genitrix Dei nostri inclita; et tu Petre, cui Claues

regni Celoz. specialiter date sunt, uosq. Apostoli dignissimi Dni nostri Jesu xpi in hunc locum conscendissem, nisi me uerba Andree constantissimi, et sapientissimi apostoli, immo uerba ipsius Sapie xpi Dni monuissent, dicentis: Qui maior est uestrum erit minor, et minister uestr; Non enim inter nos debet esse, prout in curijs et domibus regu huius seculi: Maiorem itaq. me faciendo, minorem me fecistis; Conitar ergo tanto humilior esse in omnibus, quanto me maiorem fecistis, qa hec maioritas seruitus est Jesu xpi; Ille dignior est qui se indigniorem putat, Ille Sanctior q se in iustiorem credit; cuius rei exemplum, ecce coram nobis habemus in Virgine humillima, cuius humilitatem super omnia alia respexit Dns quamuis enim ipsa sit decora mente, et Corpore, et nulla uirtus sibi deficiat, tamen altissimus, qui in excelsis habitat humilia respicit in celo et in terra; humilitatem eius respexisse dicitur, superbumq. Luciferum de Celis ad ima detrusit; et Mariam humillimam super omnes choros Angeloz sublimauit, De cuius ingenti gloria, et inenarrabili gaudio in sempiternum duraturo, et de celestis curie dispositione, tamquam ille, qui raptus fuit usque ad tertiu Celum quedam coram nobis ego minimus Apostoloz dicam: Celi, ad quos Maria nunc properat, ut oculis mentis mee clare conspexi, septem sunt, quoz unumqdq. unam lucem tantum gerit. Primum quidem Lunam, Secundum Mercurium, tertium Venerem, Quartum Solem, Quintum Martem, Sextum Iouem, Septimum Saturnum. Deinde est Octauum Celum, in quo sunt omnes alie stelle, quas uidemus et plures sunt, quas uidere non possumus, omnes tamen sunt in Celo, in quo etiam sunt duodecim Signa, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpion, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piscis; Super illud est nonum Celum, in quo nulla stella est, sed ipsm motu diurno iugiter mouetur, cuius motus unicus, et Velocissimus est; Et miro modo secum ducit omnes celos inferiores, q celi, et alio modo mouentur, et motu contrario; na et si uelocissime moueantur ab Oriente in Occidentem, tamen mixtim, et cum mirabili proportione mouentur tardius ab occidente in Orientem; In qualibet enim minuto, uel momento magna portio celi inferioris ab Oriente in

Occidentem

Occidentem fluit, et fluendo, illa magna portione, parua, et pene in perceptibilis portio eiusdem reuertitur, Quam reuersionem Luna citissime consummit; Mercurius, Venus, atque Sol pene in tpre equali; Cursus aut. solis sub circulo Zodiaco notus est omnibus; Mars in sex Annis, Jupiter in tresdecim; Saturnus in triginta; Celum stellatum in centum annis gradu uno super omnes istos Celos mobiles, est celum immobile, in quo tamquam in loco omnia mouentur, Locus aut. ipse manet in mobilis, Vnde omne aliud continens, ut contentum continet, Et prout ratione illius continet, inmobiliter continet. Vnde omnes de loco tractantes, ipsum inmobilem dixerant, Et uerum est, qa, et si inmediate continens, ut aqua, uel aer, fluat, non tamen continens ultimum fluit, ratione cuius firmitatis, et immobilitatis locus dicitur imobilis, et res nunc existens in uno continente proximo, nunc in alio non dicitur locum mutare qa ad primum continens eundem respectum habet; Si illud celum non esset, nihil proprie locum haberet; Illud aut celum est mira arte confectum, ut non solum spiritibus, sed etiam corporibus humanis sit habitaculum aptissimum, et gratissimum: Ibi prima, post Deum erit anima xpi Dni filii tui, O Maria, suauissimi, q ab ipsa trinitate purgat., illuminatur, et pficitur, tu uero ab illa purgaberis, illuminaberis, et pficieris; Micat abste Michael, Gabriel, et ita ulterius iuxta quod Dionysius meus hic existens iam litteris committere cepit: Scio te, O Maria, nil horum, que ego hodie loquor fugere, loquor tamen, ut pbes coram fratribus meis uerba mea; Merces tua (ut ipsa nosti) est magna nimis: omnium certo mercedem, beatitudinem superstas; tui sumus famuli, tui omnes serui, memor esto nostri summi regis Mater, ut uota nostra persoluentes, digni efficiamur promissionibus xpi, cum quo dece uiuere, et regnare feliciter ptergis; qui cum patre et Spiritu Sancto uiuit, et regnat per infinita seculor. secula Amen

Barnabas post Paulum licentia accepta ita Locutus est

Consolationes tue, inquit propheta, letificauerunt animam meam Barnabas sum filius consolationis est nomen meum. Dulce est tibi super omnes Matres, O Altissima Maria nomen filii; Illud namque nomen est — Barnabe Sermo.

proprium nomen uerbi Dei, et filij tui, Tu es certè Mater illius que ab eterno fuit filius: Et ille sempiternus filius tuus ex tpre cepit esse filius, quod nomen si, ut dicitur, aliquid in homine ponat, tunc perempta humanitate perimitur filiatio atque maternitas, et ita tempore mortis xpi maternitatem amisisti et ea de re ualde doluisti: Nunc quoque ad eterna gaudia tibi praeparanti nil mali, nilq sinistri accidere posse uideo, nisi hoc solum, qa morte interueniente maternitatem tuam iterum amissura es, quod an uerum sit difficile est cognitu, et nouissimis diebus (ut audio) declarabitur: Si statutum non fuisset semel omnem hominem mortem subire, bonum esset, ut te deus de uita ista transferret ad uitam illam, ne nomen tante dignitatis in te extingueretur ad tempus;

Quid tamen, etiam si re non eris Dei mater, eris in mente ipsius, et nostra et citissime resurgendo re ipsa nomen illud recuperabis, et quod paruo interrumpitur, non interruptum, sed continuum censendum est; Consolare itaque Maria in filio, Consolare in maternitatis noie: Maximas consolationes citissime excipieris; Deo unione perpetua copulaberis: filij tui amplexibus indissolubilibus astringeris; omnibus bonis affluens: Nihil tibi unquam deficiet: proxima solio sanctissime trinitatis assistes; Sessione propinquissima Deo trino et uno eris; Illi nos comendatos facito, Abscedens non abscedas a nobis, opitulare nobis in hac mortali uita, et ut ad gaudia illa, et nos peruenire ualeamus exora:

Post hunc, accepta licentia, Lucas, ita loqui cepit:—

Lucæ sermo. Plurima iam ab his fribus allata sunt in medium: Mihi ceteris pretermissis tua uirginitas, O Mater Dei Maria est laudanda: tu nam sola ante partum, et in partu, et post partum Virgo fuisti, Sola sine corruptione grauida, sine uiolatione fecunda, sine pudore genitrix fuisti; Virginitas heroyca uirtus est, quam donat Deus his, quos oio spirituales esse decernit: in carne enim uiuere, et carnis incitamenta non sentire, diuinum est; sensus habere, et preter sensum uiuere, Angelicum est. Virginitas non est uirtus Vulgaris sed singularis, non popularis, sed Specialis. Crescendum enim est, et semen afferendum, et populus Deo seruiens augendus, et modo naturali, non supernaturali, ut non auferantur a causis creatis actiones earu; Non licet unicuique Virginem esse; Nam digna res est Liberorum secundum Deum procreatio, Vnde precepta nature obseruanda sunt; in aliquibus congruum fuit Virginitatē reperiri, sed non fuit congruum in omnibus

omnibus; sed tu sola utrunq; O Mater Dei nostri complexa es et Virginitatem, et maternitatem, et preceptum Dei de crescendo, et consilium Virginitatis sola obseruasti; Excellens donum, Sublimis corona, Alta uirtus est ipsa Virginitas, et potius datur ad decorem, quàm ad necessitatem salutis. Nam coniugalis continentia in multis preferenda est Virginitati aliquorum, Vnde et Dnus ipse xpus te Matrem suam ex coniugio Sanctissimo nasci uoluit, et omnes suos auos, omnesque suas auas ex coniugio procreari uoluit; In te sola potentię suę magnitudinē ostendit, ut sine uiro conciperes, ut sicut fuerat Vir ex nullo; mulier ex solo uiro, Aly omnes ex Viro et muliere, Ita ipse esset ex muliere sine uiro: Bonum ergo est coniugium, digna res est liberoꝝ naturalis procreatio, ad mirabilior est fily Dei ex Virgine conceptio, sic oportebat, sic congruum erat ut illa, quę omnibus Angelis donaretur, nulli uiro subijceretur, non dico desponsationem, sed carnali copulationem; Hoc te non decebat matrem Dei, Reginā Angeloꝝ, et à peccato originali liberam; hoc enim dictum est Euę in penam: Sub uiri ptāte eris, et ipse dominabitur tui: Quia ergò illo peccato, gratià Dei, caruisti, iustum erat, ut in uiri potestatem non transmitteresis, Quia subiectio illa uilis est, et apud homines opprobriosa; Nihil honoris, Nihil uenerationis, nihil dignitatis tibi filius tuus deesse uoluit, q̄ te perfectam undique creauit; ad ipsum igr nunc accedens cum ipso ex tunc perpetuò mansura, nostri quoquè miserere; Nobis ueniam inpetrare digneris, ut et ipsi, tuis precibus ad uisionem Dei trini, qui unus est, peruenire ualeamus.

Marchus Euangelista sic breuis est in scribendo, sic et in loquendo hęc dixit. — Marci sermo.

Recessurę à nobis corporali pntia nostrę Dnę, et ad ethereum thalamum accessurę, omnes nos commendemus; Laudatissimam Virginem omnes ample laudastis, omnesq. procul dubio à laude defecistis; si namquam omnia grana arenę maris, omnia folia herbarum, et arborum, omnes guttę maris, omnes stellę cęli, omnia lilia, rosę et aly flores, omnia animalia artus et partes eoꝝ, omnes angeloꝝ exercitus, et quęcunque alia excogitari possunt in

linguas converterentur, et mille annis loquerentur, quanta, et qualis sit
hęc virgo, quam laudamus nunquam exprimere possent; laudavimus,
non quantum debuimus, qa id impossibile est, sed quantum potui-
mus; tu quoque nos filio tuo, O pijssima genitrix, et si non quantu
potes, saltem plusquam meremur commendabis, et unà tecum
tpre suo gaudia ęterna possidere valeamus, pstante illud, tuis
obsecrationibus, Patre, filio, et Spiritu Sancto Unico Deo, cui sit
honor, et gloria in sęcula sęculoz. Amen

Dionysius, et Ignatius, et multi alioz. Discipuloz genu flexi brevi
eloquio Virginem laudaverunt, et ei cetum discipuloz, et totum huma-
num genus commendaverunt. Post hęc Marię Spiritus exultavit
in gaudio, et elevatis oculis in cęlum, atque extensis manibus
decantavit suum mirabile canticum, quod in domo Zacharię alias
decantaverat, addiditq. hos versiculos

Marię spus exultavit in gaudio.

Ad te venio, ecce Deus meus: Ad te accedo fili, pater, et Deus;
Ascendo ad Dnm meum, et Deum meum; ad filium meum et creatorem meum
Ad genitorem genetrix ego; A vobis filij mei hodie discedo
Corpore, vos nunc dimitto, corde et animo non relinquo.
Panem sanctum pariter frangamus; carnem filij mei simul comedamus.
Tu Petre pastor xpi ovium, benedicens hoc sanctum edulium;
Gratias agamus omnes Deo trino; benedicam. cuncti uni Dno.
His dictis, Petrus accepit panem, et benedixit, similiter calicem, non
enim licebat unum Sacramentum sine alio conficere, et conficien-
tem opportabat primum sumere; Et cum particulam unam
accepisset, et Marię dare vellet, illa voce aliquantulum elevata,
et in fervore Spiritus, dixit:
Ecce video filium meum: Ecce intueor Deum meum
Benè advenias deus meus; benè venias Dominus salvator meus;
Ut ad te citius veniam, ad me venis: qui à beatis nunquam recedis,
Accedis, ut hinc recedam, neque à te unquam amplius recedam

Deinde

Deinde dixit Petro: particulam istam repone; Communionem omnibus his prius dabis, ego ultimo sumam, et uiaticum integrum meum deferam; Accepto itaque corpore et Sanguine Domini ab omnibus; Maria iterum loqui cepit: Ecce cibum uite accepistis non esurietis, neque sitietis, quousque me sepelieritis, et in celum conscendere uideritis: In domo mea alios cibos non habebis, neque uidetis; et omnes erant communione illa confortati et corroborati, ac si delicatissima queque cibaria sumsissent. Dixit igitur Maria: constantes estote, firmi, et fortes, quia multas persecutiones prò nomine Domini Iesu opportet Vos pati, et tandem corpore soluti, et gloria paradisi potiri. Tu Petre cum omnibus his Christum per passiones multas sequeris, et hoc est quod ad te Dominus Iesus filius meus dixit: sequere me per mortem, et passionem, et tu conuersus uidisti Ioannem et interogasti: Domine hic autem quid? Et ille, si ego uolo eum manere sic uiuum, quid ad te? tu me sequere. Et hi circumstantes crediderunt, quod Ioannes nunquam moreretur. Sed non dixit Dominus Iesus, quod nunquam morietur, sed dixit: Si ego uolo, ut uiuat, donec ueniam ad iudicium, quid ad te? Morietur ergò, et ipse, sed tarde, Viuet enim cum Enoc, et Helia, translatus inuisibiliter ab Angelis in Paradisum terrestrem, Et iterum ueniet in mundum ad perhibendum testimonium ueritati; Decet enim ut trium testimonio fides Trinitatis iterum fulciatur, et de quolibet statu testis adsit ueritatis. Dixit ergò Dns, si enim uolo manere sic, donec ueniam, quid ad te? Accipitur ibi si uolo prò, quia uolo. filius meus Iesus à uobis discedens seipsum uobis usque ad consumationem seculi in hoc Sacramento reliquit, Quod nulli alij corpori congruit. Ipse enim solus est panis, et cibus, uinum, et potus animarum; Notum facio uobis, filioli mei, (et quando dicebat, filioli, Voluebat se ad iuniores) quando uero dicebat, Patres, Voluebat se ad antiquiores, presertim ad Petrum; quando dicebat, fratres, uoluebat indifferenter ad omnes. Dixit ergò: notum facio uobis, quod gratià Domini mei Iesu Christi etiam ego corpore ero uobiscum usque ad consumationem seculi; non quidem in Sacramento=

quia id non licet, sed in imaginibus pictis, et sculptis. Et quomodo hoc scietis quod ego sum presens illi imagini, tunc certo, quando ibi miracula fieri videbitis. Deinde dixit: Preceptum Domini, et mandatum unicum est, ut diligatis invicem propter ipsum, omnem dilectionem vestram referentes in ipsum. Meum corpus in vallis Josaphat medio sepelite, ubi est lapis, et sepulchrum lapideum, et novum, in quo nullus adhuc positus est, neque inde recedite quousque anima mea iterum uniatur corpori meo. Monuit quoque, et Sorores, Magdalenam, et Martham, et alias Sanctas mulieres, quę aderant, ut in via mandatorum Domini perseverarent, et verborum Domini Jesu recordarentur; Presertim Magdalena, et Martha; quia beatius est dare, quàm accipere, ipsę enim multa ministraverant, sed maiora, et longè preclariora erant ministrata eis, secus ipsę beatiores fuissent Sententia Domini. Dixit ergò Maria, Multa in me Sorores contulistis beneficia, sed me interveniente, centuplum accipietis et mille pro uno; Benedicat vobis omnibus Deus Pater, Benedicat Deus filius, benedicat vos Deus Spiritus Sanctus. Vale Petre pastor etiam meus, quia, et ego Christi Domini ovicula sum; Vale Paule Vas electionis, porta nomen Domini coram gentibus, et Regibus, et filijs Israel; Vale Joannes fili, et frater mi, annuntia divinitatem Christi, et prophetare ante translationem, et postea; Vale Andrea, qui primus, et ante omnes secutus es Jesum, nec premio eris posterior; Vale Phylippe, et flama supernorum accensus, Scithis Christum predica; Vale Simon Zelotes, quia amore Dei fervens cum Thadeo, et Jacobo fratribus tuis, et meis, et Joseph iusto, qui et si non sit Apostolus nomine, est tamen merito. Vale Mathee publicane prius notus infami arte, nunc publicus testis verbis, et factis filij Dei vivi. Vale Thoma sancte, et prudens didime, et meum cinctorium, quod tibi, ascendens, porrigam, suscipe, et gentem utriusque Indię in aqua, et igne baptizabis; Vale Bartholomee, et prestolare tribulationem earum suspensionem, atque mentis in Deum elevationem iugiter habeto; Vale Mathia, et Donatus, dona Dei conserva; Vale Barnaba

et considerato

et considerata futura consolatione, labores perpeti non formides; Vale=
Luca mi charissime, et secreta, quę tibi reseraui, conscripta, alijs por-
rige: et reseruanda futuro seculo reserua, et ut cepisti, in bono perseue-
ra: Vale Marce pastoris nostri, discipule carissime, et Euangelij tui
uerba longè lateq. diffunde; Vale Dionysi eruditissime, et ea, quę à
Paulo accepisti diligenter conscripta conserua; Vale Ignati feruen-
tissime, et mei Iesu nomen in tuo corde sculptum perseueret (et su-
bito ad uerba illa sculptum fuit) et omnibus amor, et feruor mirabilis
remansit; Valete omnes Discipuli Domini, et maioribus uestris obedite,
et iuxta eorum precepta incedite: Valete Sorores meę carne Cleophę, et
Salome; Valete, et uos Sorores meę Spiritu Magdalena, et Martha, Retri-
buat uobis Deus pro uniuersis beneficijs uestris; Valete omnes sanctę
mulieres; Valete uniuersi, et Mariam in uobis clementissimā nun-
quam uos, aut genus uestrum obliuioni tradituram pro certo agnos-
catis. Ecce mox, ut corpus filij mei sumpsero, anima mea à corpore
meo egredietur, et tam diu Sacramentaliter erit mecum Dominus
Iesus, quamdiu naturaliter apparuerit. Ecce hic inter uos anima fra- Iacob, maior ad
tris mei Iacobi Zebedei est, quę nihil locuta est, quia aliud est fuit in spu.
commercium illud, aliud istud; Non licet conuersationem illam
facere istam. Da mihi Petre pastor ouium Domini Iesu particulā
repositam, ubi stat, et manet Iesus totus filius meus dilectus.
Tunc Petrus suscipiens particulam illam, obtulit (cum timore, S.ma Virgo
et reuerentia) Sanctissimo Ori eius, et ipsa deuotissimè Viati- sumpsit Viati-
cum suscepit, et eo suscepto, illicò hęc uerba dixit: Paratum cum per ma-
cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo et psallam nus Petri
in gloria mea, et usque ad finem compleuit. Dominus autem in Vicarij.
Sacramento corporaliter sibi presens, Animā ipsius à corpore
suo, miro modo absque ullo dolore, et langore separauit, adstante
Angelorum multitudine, et adueniente maiore animarum sanctarum
exercitu, Quę quidem anima à Corpore separata, gratia filij
sui cum anima Ioannis Baptistę, Ioseph, Anna, et Ioachim, Iaco-
bi, Abraham, et aliorum Patriarcharum, et Prophetarum ad purga-
torium descendit, et omnes animas amicorum suorum causa

De hora qdo s.ma Virgo spira[illegible]

Victorię, et noui Regni, eripuit, et secum in Vallem Iosaphat, ubi corpus sepultum erat, deduxit. Quando autem anima à corpore fuit separata erat circiter tertia hora noctis, et tribus horis stetit cum animabus illis in loco illo, et iuxtà locum illum, ubi est purgatorium; deinde iuit in paradisum terrestrem, et confortauit Enoch, et Heliam, et narrauit eis, qualiter illuc uenturus esset tertius testis Ioannes Zebedeus. Reuersa tandem in aurora anima illa in Vallem Iosaphat, Et tunc Christus Dominus modo naturali, et uisibili descendit (relinquendo habitaculum celeste) cum omnibus Angelis. Sed animaduerte, q egressa de corpore anima illa felicissima, omnes Apostoli, et Discipuli, et Sanctę Mulieres, quę aderant, uiderunt eam pulcherrimam et formosissimam, et corpus eius non fuit lotum quia nulla immunditia in illo erat, sed detulerunt illud cum illis ceremonijs, quę apud iam conscriptę sunt, neque oportet eas iterare, cum miraculis illis, quę scribunt de temeritate Iudeorum. Et primò cantauerunt In exitu Israel de Egypto domus Iacob de Populo barbaro, sicut scribitur in Psalmis. Deinde, quasi illud exponendo, canere ceperunt: In exitu Deum uidentes de tenebris, in exitu domus Dei de populis barbaris facta est laudans Deum santificatio eius. Deum uidens potestas eius, Amaritudo omnis aufugit, fluuius iudicatis conuersus est retrosum, Angeli, ecce ut arietes exultant, Sancti gaudent, sicut agni ouium;

Quarè tu mare fugisti, quarè Iordanis retro conuersus es?

Quia transfluentes in terram promissionis de Egypto, opus est omnem amaritudinem relinquere;

Et qui per humilitatem descendit, Dei benignitate ascendit;

Angeli, ecce ut arietes exultant, Et sancti gaudent, ut agni ouium;

A facie Dei mota est Virginea terra, à facie, in quam, Dei diabolum supplantantis.

Qui ex se uirtutibus conuertit in gratia, stagna, et arida in fontes gratiarum;

Nihil enim est boni in nobis, quasi ex nobis, sed omne bonum est à Dei gloria;

Ex nobis, omnes sicci, et aridi sumus, humectatio à Deo tribuitur.

Super hoc corpus misericordię tuę et ueritatis tuę nunc respice Deus,

Ne qdo perfidi illudentes, qi dicant, ubi est Deus Christianorum?

Deus certo

Deus certo noster est altus et sublimis, sicut, et alia, quę uult, etiam hoc nunc faciet.
Simulacra hominum non sunt hęc, neque opus manuum hominum.
Illi enim ea ex argento, et auro conficiunt; Deus ex solis uirtutibus.
Nec nostra sine ore loquuntur, sine oculis optimè uident.
Sine auribus audient, sine naribus odorabunt.
Sine manibus palpabunt; sine pedibus ambulabunt; sine gutture clamabunt;
Simulacra uero ipsorum omnia instrumenta sine actionibus habet;
Similes illis fient qui faciunt ea: et qui confidunt in eis.
Domus hęc Deum uidet semper sperauit in Domino, adiutor eius, et protector eius est.
~~Domus hęc fortitudinis~~ sperauit in Domino, adiutor eius et protector eius est.
Semper timens Dnum, sperauit in Domino; adiutor eius, et protector eius est.
Dominus noster semper fuit memor nostri, semperque benedixit nobis.
Benedicat nunc huic domui suę eum Videnti, benedicat domui suę fortitudinis;
Benedicat et nobis, qui timemus Dominum, Discipulis eam Apostolis;
Adijciat Dni benedictionem super in eum credentes, et super discipulos eius;
Benedicti uos hodie à Dño, qui fecit cęlum et terram.
Cęlum omnium Cęlorum est habitaculum Domini Spirituum;
Terra uerò corpora filiorum hominum excipiet.
Non mortui Deo, laudabunt Deum, neque illius sectas hęc mundana,
Sed qui gratia uiuunt, etiam si corpore sint mortui,
Benedicunt Dominum et hoc, nunc et usque in seculum.

Detulerunt itaque cum hymnis et canticis corpus Marię in Valle Josaphat, confusis Iudeis incredulis; et omnibus Discipulis Dni, atque nobis Angelis exultantibus, et cum ipsis in uia pariter cantantibus, Nunquam ego eam reliqui, comitatus magno exercitu Angelorum, tamen ego animam associaui; Vriel frater meus corpus in sepulchro posuit; cum ipsa anima, spolians purgatorio, reuersus sum in aurora eiusdem noctis in Vallem Josaphat, et animam illam septies fulgentiorem sole in altissima maiestate sua. Tunc omnes Apostoli uiderunt eam beatam.

Quo Apli [illegible] corpus Virg. [illegible]

subito enim, ut corpore egressa est, Deum uidere cepit, visione unquam amplius interrumpenda; in egressu vero uidebat Christum hominem in Viatico, quod in armariolo sui pectoris, tanquam in pyxide quadam reseruatum ferebat; Stans etiam in purgatorio, et paradiso terrestri Deum, qui ubique est totus, uidebat, sed non Xp̃i humanitatem.

Reuersa uero anima eius ad corpus, uidit in pectore sui corporis adhuc Christum integrum existentem. Stabat itaque anima illa beata comitata me et exercitu Angelorum et animabus Sanctorum multorum, et post se duxerat magnam multitudinem Angelorum et animarum Sanctorum, quas* , et Apostolorum atque aliorum discipulorum adhuc in uita mortalium existentium. Neque anima Marie Celos ascendit ante resurrectionem suam cum corpore, sed (ut dixi) uictrix reuersa est in Valle Iosaphat, et ibi longo spatio alloquuta est Apostolos, et Sanctas mulieres, qui etiam ibi coram ipsa, Petro Missam (more illius temporis) celebrante, communicati sunt corpore et Sanguine Domini Iesu Christi; neque alio cibo illis diebus usi sunt; sufficiebat enim eis esca et ille panis uiuus. mansit itaque corpus Marie in Sepulchro decem horis, et mortuum horis quindecim; Circa meridiem igitur illius diei, Dn̄s Jesus Christus, dimisso Celo empyreo, et celestia habitaculo, descendit de Celis, comitante eum Michaele Principe cum omnibus Angelis, et cum omnibus quot quot erant in patria celesti, cum hymnis et canticis. Et omnes uiderunt Dn̄m Iesum Christum, qui adueniens dixit adstantibus: Pax uobis omnibus; et respiciens animam Virginis uultu iucundissimo dixit: estne tibi melius sine corpore, Et an magis Velles esse in corpore?

Respondit anima illa lingua Angelica, et Christus eam interrogauerat lingua humana, sic dicens: gratia tua semper mihi bene fuit, et nunquam male, sed nunc quia fruor assidue tua diuinitate, optima parte obtinui, et nunquam mihi melius fuit; quia tamen peccati expers fuit suum totum, existenti non est omnimoda

*ex purg.rio extraxerat; ubi erant multi concurrentes Angelorum;

Quot horis corpus Mariae steterit in sepulchro

De sermone Xp̃i ad animam B. Virg.

omnimoda consolatio; libenter illud informarem, si tibi placeret et in illo existens, libentius tua diuinitate fruerer, non quia fruitio intensior esset, sed quia frui in natura perfecta melius, et optabilius est; Tunc ait Dnus: Ego te cunctis muneribus decoraui, et nihil eorum, quae fieri possent circa te, et corpus tuum, pretermisi, nisi hoc, quod a corpore separata es, poteram certe glorificare te nulla morte interueniente, id tamen nolui, quia decretum firmum est; Et multo magis, ne isti fratres mei mortem timerent, aut alij de resurrectione dubitarent, tamen sii a corpore separata es, quod non Videberis fuisse separata. Et conuersus ad Discipulos, dixit iterum: Pax Vobis, et ipsi responderunt = Bene aduenerit Dnus noster, et Magister noster, et pregaudio ceperunt omnes flere presertim Petrus; Dicebant ergo, gratias agimus tibi Magister, et Dne qui facis tot et tanta mirabilia solus. Tunc Petrus dixit: Ecce omnes congregati iterum sumus, neque quisquam deest ex nobis, preter filium perditionis; et Iacobus Zebedei adest in anima, alij sumus, sicut prius, mortales, sed in gratia tua confirmati: Ecce adsunt, et multi qui tunc non erant, ecce Paulum, quem de celo uocasti, et uas uere electionis nuncupasti, Ecce Barnabam, quem Spiritu Sancto segregasti, Ecce Ignatium, qui te semper in corde gerit, ecce Dionysium, quem Theologum futuri seculi elegisti, Ecce multos alios, quos tu melius nosti, sciebas eos, prout erant in te; nam sciebas, prout erant in se nisi nunc: Tu es Rex noster, tu magister, tu Princeps, Da nobis uirtutem contra hostes tuos, fac ut te perpetuo laudare possimus. Iesus autem dixit eis: noui omnia, que pro me sustinuistis, et adhuc maiora sustinebitis; sed ad magna premia peruenietis per magnos labores: Non deterrebit Vos ullus labor si prospexeritis premium inenarrabile laborum uestrorum. Vos estis fratres mei; eritis heredes regni Patris mei, durateque in fine perseuerate; Petrum Vicarium meum agnoscite; et unusquisque in loco sibi deputato agat uiriliter, et presideat humiliter, semper docui uos, semper dixi Vobis =

Discite à me, quia mitis sum, et humilis corde, benignus sum, benigni estote, quia non est seruus maior dño suo; neq. discipulus maior magistro suo, dum eius magister est; Qui mitior, et humilior, et benignior fuerit, presidebit hic toti Ecclesię: totum enim mundum ad me conuertetis; Deinde ueniet filius iniquitatis, et bestia Vorax ab oriente, cuius uox usque ad gentes punicas protendetur, et auferet magnam partem regni mei, Sed paulatim (non subito propter peccata populi) Regnum meum dilatabitur. Et Hiberi aueisi, conuersi alias quoque, imitũ regnũ eorum ad me conuertetur; et omnes spurcitias eliminabunt, et abminationem stantem in loco sancto dissipabunt, Et iterum Euangelium predicabitur in uniuerso mundo; Et Vicarium reformantem omnia, transmittam, humilem, mitem, benignum, et Clementem; Et tunc uidebitur fructus labiorum uestrorum. Tunc uocauit Paulum, et dixit ei: quando spirabas, ut Taurus minas per nares tuas, et gladium contra me ferebas euaginatum, quid tibi uidebaris? Emulator maximus eras paternarum tuarum traditionum, et credebas, contra me agendo, pro me agere, ignorans fecisti; Ideo dignus ueniam fuisti, Ideo te de Celo in meridie uocaui, et Apostolum elegi. Ecce Stephanum uides gloriosum, quem lapidari tam Vehementer optasti, cuius precibus alleuiatum est peccatum ignorantię tuę, esto constans Paule, ut cepisti; Reposui enim tibi coronam iustitię, quam tibi reddam, tamquam iustus iudex.

Et tu Barnaba docebis, et annunciabis populis tuis, et alijs omnibus, qui mecum, et antea fuisti, Sed ex discipulis, te post ascensionem meam ad Apostolatum assumpsi; antea te uidi, ut discipulum, nunc cerno, ut dignum Apostolum meum. Et tu Ignati accede ad me, Ego enim sum amor tuus, qui crucifixus quondam fui, sed nunc regnabo in ęternum, et tu cum tuo amore uiues in secula. Et tu Dionysi, ala celi celestia conscribens, et ad Celos tandem ad me conscendens cum palma

[margin, red:] De bestia iniquitatis ab oriente ueniente.

[margin, red:] Hiberi sunt Hispani.

cum palma martyrij, et omnes pariter suauissimis uerbis alloquutus est: Dixitque: Quid uobis uidetur de anima illa felici, que hac nocte à suo corpore separata fuit, Responderunt omnes, Surrexisti tu Dñe, surgat et arca santificationis tue; mortem non merebatur ab omni peccato immunis: iustum saltem est, ut caro illa, que tua est in aliam naturam non uertatur. Tunc ait Dñs Michaeli, et mihi, associate cum his alijs animam istam, quousque iuxtà corpus suum fuerit; Et subito ipse dixit: Reuniatur corpori innocenti innocens anima, uiuatq. in eternum dulcissima mater mea, Et illicò anima corpori in Dei uirtute unita est, et corpus dotibus glorie decoratum est. De monumento diuina uirtute exiuit, et nos mausoleum aperuimus, quod uacuum omnibus apparuit, Maria uerò uita gloriosa, et fulgida iuxtà Xpum Dnm stetit Vestita Stola claritatis, et eterne immortalitatis, et subitò, ut anima corpori unita est Dñs clamauit: Veni ad me Mater mea electa, ueni ad filium tuum genetrix dilecta, Veni coronaberis. Et tunc Michael mecum, et cum alijs omnibus matrem Dei adorauimus, et ei tamquam Regine nostre perpetuam obedientiam dedimus, ita Michele pro nobis omnibus dicente: Quod ante mundum sensibilem Deo promisimus, Hoc tibi, Maria, hodie reddimus, quod tempore conceptionis Dei exhibuimus, illud nunc ratificamus; Te Mariam in nostram Reginam acceptamus, et nos tue maiestati submittimus, Te Reginam Celoz appellamus, te Dnàm Angelorum iugiter predicamus, tibi omnes Angeli, et Archangeli; tibi Virtutes, et uniuerse Potestates;

Tibi Principatus et Dominationes infinitis diebus deseruiet, et obsequent. Omnes te nostram superiorem agnoscimus, omnes Dei nostri genitricem adoramus.

Ex alia parte omnes Patres testamenti ueteris, Abraham, Moyses, ac David annuentibus, clamare ceperunt:

Tu gloria Hierusalem: tu Maria letitia Israel

In honorificentia populi nostri. — — —
O beati nos, qui talem filiam habere meruimus, quam Deus in Matrem sibi elegit. O felices nos, et valde fortunatos, qui Mariâ nostrâ nos videmus sublimatos. Sicut lilium inter spinas, sic Maria inter filias nostras, - Sicut malus inter ligna Silvarum, sic Iesus inter hominum filios, Speciosus est forma pre filijs hominum, Diffusa est gratia in labijs tuis, sub umbra illius, quem desideravimus, Sedimus, et fructus eius dulcis gutturi nostro; Joannes Baptista cum Iacobo decollatis, et Joseph viro Marie, Anna, et Joachim, Simône, et Anna Prophetissa, Stephano primo martyre et sanctis pueris innocentibus, atque alijs, qui post ortu Domini Iesu occubuerant, ut Zacharias, et Elisabeth, dicebant:
Ecce genus nostrum, et caro nostra, Ecce Dña, et Regina nostra; —
Ecce ascendit ad ęthera in ęternum regnatura —
Ipsa est gloria nostra, ipsa magnificentia nostre civitatis. —
Prosequamur eam laudibus, comitemur cantilenis dulcibus: —
Pulchrę sunt genę eius sicut Turturis, collum eius sicut monilia;
Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. —
Ecce tu pulchra es Maria, et oculi tui columbarum —

Postea Petrus pro omnibus mortalibus Locutus est.

Oleum effusum est, ô Iesu nomen tuum, ideo adolescentulę te dilexerunt. Introducetis, ecce ô Rex, Mariam in cellaria tua exultabit, et lętabitur in te. Invenit quem diligit anima eius, tenet, et nunquam dimittet, introduxit enim eum in Domum Matris, et in cubiculum genetricis. Inspicite Regem Christum in diademate, quo coronavit eum Mater sua, fulciamus eam floribus, stipemus eam malis, quia amore filij sui Languet

sanguet. Trahe nos quoque Maria post te curremus in odorem un-
guentorum tuorum. Omnes itaque Apostoli, et Discipuli, et fideles, et
sanctę mulieres, atque Virgines in obsequium matris Dei genetricis
deputatę videntes Mariam in tanta gloria, et maiestate, ipsam ado-
rauerunt, et omnibus Iesus filius eius, atque ipsa benedicebat. Erat
in cordibus singulorum letitia ingens, ex omni parte augebatur ga-
udium. Tunc Volens Iesus, ut omnes conscenderent in montem oli-
ueti, quasi precedens, et iter ostendens Matri suę, sic ad eam loqui
cępit :

Veni de libano sponsa mea, Veni de libano Veni, surge, propera amica
mea et Columba, propera formosa mea et ueni, Iam hyemis transijt,
Imber abijt et recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus
putationis aduenit; Ostende faciem tuam decoram populo meo,
sonet uox tua dulcis in auribus meis, Multę sunt mihi Reginę,
multę concubinę, puellarum non est numerus, Una tu es colum-
ba mea, perfecta mea, una genitrici Trinitati electa, Viderunt te
filię Sion et beatissimam predicant, omnes undique collaudant.
et quasi ~~...~~ totum septimum capitulum Canticorum
Dns dixit in Matrem suam. Nam et Salomon in Spiritu
preuiderat, illum librum conscripsit, non solum propter coniun-
ctionem ~~animę~~ sanctę cum Deo; neque solum propter con-
iunctionem capitis Christi cum Ecclesia, sed ultra habebat pre-
cipuè propter coniunctionem filij Dei cum Maria sua geni-
~~trice~~ dulcissima, quam preuiderat futuram, presertim in hac
die suę assumptionis. Dns ergo multa de libro canticorum induxit
loquens ad Mariam, et ipsa ex eodem libro locuta est res-
pondendo sibi, quę facile a nobis inueniri possunt, et Pastor
ille inueniet, et hymnos, atque psalmos, et cantica compilabit.
Progrediebatur itaque Dominus per aera, et Maria innixa super
dilectum suum procedebat. Nos Angeli secundum gradus,

Hierarchias, et choros nostros incircuitu assistebamus. Animę Sanctorum, et iustoꝶ similiter per aera sequabantur Regem, et Reginam; Apostoli adhuc mortales, et alij progrediebãtur more humano, sed sine ulla lassitudine, sine ullo labore; In uia uerò nunc nos Angeli, nunc animę Beatoꝶ, nunc ipsi Apostoli, ex eodem libro Canticoꝶ verba sumentes, dicebamus: Quę est ista, quę ascendit per desertũ, (quia de Valle Iosaphat ad Montem Oliueti, non enim adhuc ascendebat in Cęlum) Nam posteà ascendendo in cęlum, dicebant; Quę est ista, quę ascendit de deserto, et de uita mortalium, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhę, et Thuris et uniuersi pulueris pigmentarij? Alij dicebant. En lectulũ Salamonis idest Mariam matrem ueri Salamonis Christi; Sexaginta fortes, hoc est perfectissimi fortes, quia ibi denarij ducunt per Senarium, qui est numerus primus perfectus (ut homines scribunt) = Sexaginta igitur fortes lectulum Salamonis ambiunt ex fortissimis Israel, quia nos primi, et fortissimi omnium creaturarum aderamus in defensionem Virginis, et in uita, et in morte. et dum ad Sepulchrum deportaretur, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi; Dimicauimus enim contra Luciferum à principio, et contra demones, et malos homines sępissimè Vniuscuiusque* nostrum, maior, et minor, secundum diuersitatem naturaꝶ nostraꝶ propter timores nocturnos, hoc est ad repellendum ab amicis Dei, et filijs suis timores, qui concitantur à noctibus principibus tenebrarum; Alij dicebant; Quę est ista, quę progreditur quasi aurora consurgens, pulchra, ut luna, electa ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata; Alij dicebant; Egredimini filię Sion, et uidete Regem Salamonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua; Et inter alios, Thomas non

*ensis super femur suũ q.a uirtus & fortitudo data est unicuique

dubius

non dubius tunc, sed fidelis clamauit ad Dnam dicens: Tu ad felicia regna, ô mater Dei progrederis, relinque aliquid de signo amoris tuis fidelibus. Maria dixit Anulum meum, quo me desponsauit Joseph uir meus, cum omnibus uestimentis meis, et parte capillorum meorum, ob deuotionem fidelium, reliqui; Magdalena de lacte, quo Deum nutriui, et de sanguine filij mei, quē pariter collegimus, et preputium, idest pelliculam circumcisam, et pelliculam, in qua natus est filius meus Jesus, apud se conseruat; Et tu Thoma accipe cinctorium renum meorum, ecce illud meum ex industria detuli, ut tu qui dubius uocaberis, fidem Dni, plus alijs credens, usque ad superiorem Indiam amplies, et augmentes. et ascendente illo in Montem Oliueti Maria suis proprijs manibus Cingulum porrexit Thomē, et dimisit, et pleno gaudio, et gratiarum actione; Dns itaque Jesus in aere, satis uicino terris, cum Maria matre in medio Angelorum, et Sanctarum animarum stans, Petrum, et unumquemque Apostolorum allocutus est, sicut, et in die suę Ascensionis, et Maria eodem modo, et uale dicens omnibus mortalibus, paulatim ascendebant in Cęlum, Apostolis, et Virginibus, Discipulis, atque sanctis mulieribus cum gaudio inspicientibus, et prę nimia lętitia flentibus, et lachrimantibus, omnibus Sanctis Angelis psallentibus, et cantantibus. Et postea paulatim procedendo ad altissimam aeris partem, ultra quam uideri ab Apostolis non poteramus applicuimus citissime; Deinde transiuimus omnes Celos et ad Empyreum Cęlum peruenimus, Vbi Xpus Dns cum sua genetrice Maria uiuit, et regnat super omnem creaturam in sęcula sęculorum Amen.

[marginal note: ... pars reperitur ... ampulla sanguinis X^ti ... Des^me (?) Cande pars in mo... Florentia] M.ª Virgo ascendens in cęlum suum cinctorium Thomę reliquit, quod Prati ... Florentiam ... [illegible]

Nunc dilectissime poteris intelligere, et conscribere matris Dni Assumptionem et errores euitare. Noluit Dns resurrectionem Marię differre, sicut suam in tertia die, quia non opportebat probare ueritatem mortis eius, neque resurrectionis,

[marginal note: l. de exhortatione Gabrielis ad B.^m Am de cin...]

neque Prophetię ~~[illegible]~~ Jonæ adimpletionis. Mansit ergò corpus eius in sepulchro horis decem; mortuum uerò horis quindecim, quas horas prò diebus aliqui computant, ut uos in reuelationibus B^tę^ Brigidę deuotissimis, habetis. Scito sibi reuelatum fuisse hoc eodem modo, sed ille, qui scripsit, cogitauit intra se, quomodò ipsa citius Christo surrexisset, et dixit debet esse quindecim dies, non quindecim horę, et rationem apposuit. Corrigantur itaque in ea parte reuelatio Sanctissimę Christi Sponsę Brigidę, causa erroris non fuit ipsa, sed confessor eius, qui uoluit plus sapere quàm oportuit, credens eam malè intellexisse. Similiter corrigat alterius deuotissimę Viduę Sanctę Helisabeth de tertio ordine Patris tui, cuius etiam confessor in nonnullis dictatum piè credens, eam malè intellexisse, nam errauit; Ipsa enim dixit, Mariam surrexisse hora quarta decima cum dimidia, et plus, et ipse dixit ex suo sensu, quod fuerunt quadraginta dies. Qui tamen confessores non perierunt, tamen aliquantulum uapulauerunt. Neque Anima Beatę Virginis ante resurrectionem eius ascendit in Celum eadem die à corpore separata, eadem etiam die unita corpori fuit. Qui etiam Confessor Beatę Helisabeth scribit Mariã anno integro, et tot diebus, quot ab Ascensione Dñi usque ad eius assumptionem fluxerunt, superuixisse, malè scribitur, quia sic ei reuelatum fuit annis integris, et tot diebus, De quibus annis iam tibi indicaui. Apostoli uerò pleni gaudio, et Letitia reuersi sunt in Hierusalem cum mulieribus Sanctis, sed non cum Maria Matre Jesu, et esurire ceperunt, et in domo Lazari in Hyerusalem pariter cenauerunt, et uerbo Domini insistebant. Et facta ultima Synodo, et multis questionibus absolutis circa ritus Gentilium, et circa cerimonias, et

Confessarius B. Brigitte errauit q^a^ nõ scripsit ut ipsa dixit.

De reuersione Aplorum in Ierusalẽ

onera legis, et ostenso, quod Gentes non erant subyciendę dictis oneri-
bus legis; Et postea, dum Apostoli diuiderentur per totum orbem terra-
rum, afflati Spiritu Sancto, promulgauerunt et declarauerunt nulli
ex tunc hominum, neque Iudeo, neque Greco licitum esse circumcidi,
aut legalia seruare, quia illa figura erant noue Legis, et umbra que,
adueniente rerum Veritate, euanescere debebant. Firmiter igitur
tenendum est, et nullo modo dubitandum, circumcisionem, et alias
ceremonias iudaicas, perniciosas esse omni homini, Iudeo, ac Greco.
Conuersis tamen ex iudeis in principio illud illicitum non fuit, neque
prohibitum, sed ~~tandem, Spiritu Sancto inspirante, etiam~~ Iudeis illud fuit
omnino prohibitum, Apostolis namque, tamquam Iudeis proprios ri-
tus dimittere nefas uidebatur, sed instructi Spiritu Sancto, tandem
in ultima eorum diuisione, omnes Apostoli simul decreuerunt, et ita
determinauerunt, quod nulli ex tunc esset licitum circumcidi, aut le-
gem cerimoniarum sub precepto obseruare, aut ullam spem in Sacra-
mentis ueteris legis ponere; Exinde diuisi sunt Apostoli per uni- Diuisio Apostolorum per diuersas prouincias mundi.
uersas prouincias orbis et quilibet in sua prouincia occubuit,
nisi, quod Ioannes ab Epheso fuit translatus in Paradisum; Et Petrus,
ac Paulus simul Rome interfecti una die, Petrus quidem in isto loco, B. Amad. habitabat hic in monte Ianiculo, qui monte aureo, ubi est Petrus Apostolus crucifixus est.
ubi tu oras, prope illum, ut notum est, fuit cruci capite deorsum affixus;
Paulus uero eadem die in loco, quem uos tres Fontes hodie dicitis, fuit
decollatus, et uerum est, quod caput eius abscisum, tres saltus fecit cla-
mando Iesus, prout uestri scribunt, locum illum pro electo, atque deuotis-
simo habeatis; Paulus enim est Vas electionis diuinę, et Lumen fidei
Christianę insignis trium saltuum, et exclamantium, tres fontes sunt ue-
rum indicium. Tunc ego qui diu tacueram, dixi: Domine mi: Quod
canticum cantabitis, Maria in Celum ascendente simul cum dilecto
filio, et ille respondit: Scribe illud, et conserua. Tale fuit: Egressa est canticum Angelorum, Maria in celum ascendente
Virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendit: Ecce ipsa met iterum
progreditur, sicut uirgula fumi Myrrhę, et thuris. Hęc est Maria omni
odore plena, sola semper benedicta; Hęc est unica Mater uerbi, Dei Genetrix

plasmatoris omnium. Hec post filium in terris remansit, et merita meritis auxit, plus omnibus ipsa sola meruit, plus omnibus generi suo profuit: Multi congregauerunt meritorum diuitias, ipsa super gressa est uniuersas; Ecce quilibet Angelorum Chorus mille millia defert Kados. Thesaurus est magnus, et incomparabilis, ingens et inexhauribilis; Agnouit hoc, et letata est Sion; et filie Iude exultauerunt. Meritis igitur, numeris iam peractis, apropinquauit hora sue mortis; Connumerauerunt omnes Apostoli, Palmam de Paradiso ego Gabriel, attulit, omnes eam commendabant: Et singillatim eius uirtutes recitabant. Paulus positus in loco Iacobi, cuius tamen anima erat ibi; gratias in omnibus egit, unicuique seorsum uale dixit; in lectulum suum ipsa sospes conscendit, Dei uirtute animam a corpore recepit, non solum dolore caruit, sed etiam in gaudio exultauit; in Paradiso Enoch, et Heliam uisitauit; Et eos, qui erant in penis liberauit; corpus suum Apostoli simul cum Angelis ferebant cum hymnis, et canticis; Gens perfida eos temere aggreditur, et tamquam ceca in terra prosternitur, (Sola communione uiuunt credentes, neque esuriunt aut sunt sitientes) Corpus in Syndone inuoluitur, et sepulchro nouo clauditur; Diluculo felix anima reuertitur, ab Angelis, et a captiuis associatur. Verbum homo de Celis descendit, omnes Beatos secum duxit. Animam Sanctam alloquitur, pax consueta iterum proponitur, Exultant omnes, uiso Domino, iubilant in Deo salutari suo; Decem iam horis Iacuerat, et quindecim sine corpore anima fuerat. intrat cum Angelis in monumentum, illico factum est magnum portentum; Corpori felix anima unitur, et corpus subito glorificatur; ex sepulchro leta egreditur, ab omnibus Maria immortalis cernitur. Adorant eam omnes Angeli, Venerantur omnes Apostoli. De ualle ad montem deducitur, leta nimis progreditur; per aera Dominus procedebat, Maria sibi innixa pergebat; Nos Angeli assistebamus, et hec omnia uidebamus; Obedientiam Sponsi Marie dedimus, eique seruire in eternum promisimus, Ecce nunc iubilando ascendimus, Apostolos in terris relinquimus, Omnes in nos suspiciunt, omnes ecce in Celum prospiciunt; Benedicamus Patri

Patri et filio; Benedicamus et Spiritui Sancto: Laudemus Deum Trinum et unum, glorificemus eum in eternum. Dixit Angelus, quotidianę, et ~~indefessę~~ sunt uoces nostrę, et cantus nostri; Maria est gloria humani generis, et magnum decus Angelorum, et omnium creaturarum honor, et splendor. Tunc ego, mi domine: quem situm seruat Mater; ex qua parte assistit filio suo; Respondit Angelus, Maria non proprie stat à dextris, aut à sinistris filij sui, sed ante ipsum ita quod semper se se mutuo inspiciunt, caputque Domini paulo altius est capite Marię, et illo modo etiam descendebant de ualle in montem, et de monte in cęlum. Sicque incedunt per Empyreum cęlum, ut numquam uultum suum à uultu Matris Dominus auertat. Dixi iterum; Euangelium promiseras olim Lucę te de hac Assumptione mihi reuelaturum; Respondit; recte dicis, Tunc fuit conscriptum, sed non fuit tunc tempus predicandi gloriam Matris, quando uix suaderi poterat gloria filij: Euangelium uero tale secundum Lucam est ~~sequens~~ Impleti sunt dies Marię, ut transiret ex hoc mundo ad filium suum unigenitum, ~~Et missus~~ est ad eam cum palma uictorię ante feretrum deferenda Gabriel Angelus: Quę cum non sibi ignota, nec ingrata audiuisset, Nullo modo turbata est; Desiderabat enim relinquere mundum et semper esse cum suo unigenito filio. Affuit statim Discipulus ille quem diligebat Jesus, et cui de cruce dixerat: Ecce mater tua. Affuit, et Petrus cum omnibus Apostolis, et potioribus discipulis; Erant quoque ibi Maria Magdalena, et Maria Jacobi, et mater filiorum Zebedei; aderant, et plures Virgines, atque sanctę mulieres; Unusquisque uerba sua protulit, et in laudem Virginis Matris direxit et unicuique ipsorum humiliter respondit Maria, et omnibus pariter benedixit. In lectulum coram omnibus conscendit, Et anima cum ingenti gaudio à corpore suo discessit; Ad inferos ~~ad Paradisum~~ adueniens, quot quot amicos in penis uiderat, eripuit; Corpus in ualle Josaphat delatum est, et in Sindone munda inuolutum, positum in monumento nouo, in quo nam dum quisquam positus fuerat; Diluculo anima reuersa est ad Apostolos; Tunc Dominus Jesus cum omni militia cęlestis exercitus Maiestate sua uenit, dixitque omnibus: Pax Vobis: Gauisi sunt ualde =

indefessę

qua parte assistit Maria filio suo in cęlo.

De Euang.° sec. Lucam de assump.ne Virginis.

Discipuli uiso desiderato Domino, felicem animam alloquitur, omnibusq. Discipulis benedixit; Animam Corpori iterum conniungi iussit; Surgit uerè Maria, et prodit de monumento tota decora nimis; progreditur cum Domino per aera ad montem Oliuarum, comitantibus Angelis, et animabus iustis. Thomę baltheum dimittit, et omnibus suspicientibus in cęlum ante faciem filij sui assumitur, et sedet in gloria maiestatis. Regressi sunt Hierosolimam Apostoli cum Discipulis, et sanctis mulieribus gratias agentes de omnibus quę audierant, et uiderant annuntiantes magnalia Dei in omnes gentes.

Finis huius octaui, ac ultimi Raptus:

De Pastore futuro

Ecce uidisti, et audisti misteria magna fidei Christianę, quę adueniente Pastore nouo, renouabitur, sicut Aquila, et reiuuenescet, et renouabitur adueniente Pastore illo, de quo sepius tibi loutus sum. Tunc implebitur illud appocalypsis: Vidi Ciuitatem Sanctam Hyerusalem nouam descendentem de Cęlo a Deo. Hęc Hyerusalem noua est ipsa Roma, ad quam trastulit regnum suum, et sacerdotium, quia iterum diebus istis renouabitur, et toti mundo presidebit; tempus aliàs intellexisti; post Istum ueniet remissus non displicebit, sequitur ardens, sed potius ad malum, sequitur ouis, et quasi non sequitur, sequentis aliter uox cum rugitu sequente per totum audiet, longę, lateq. dilatabitur, superna miseratione caliginem tetram, et nigras nubes effugabit; hic est initium annorum felicium. Et pastor istę assimilabitur Dauid regi quia sicut Ipse renouauit ~~quod~~ Hyerusalem, et in ea fecit arcem, et Ciuitatem suam, Ita iste reformabit nouam Hyerusalem, hoc est, Romam, et Ecclesiam, et sicut Dauid nutritus est in antiqua hyerusalem, sic, et iste in hac noua hyerusalem, et erit uerus filius Ecclesię, et pastor, omnibus acceptus, Deo, et hominibus. Dabit ei Dominus gratiam, et prudentiam, et soluet uincula labiorum eius ~~[illegible]~~ ~~de~~ liguę, et Loquetur Dei magnalia apertè,

et uocem

et uocem eius audient uniuersi; Uniet occidentalem Ecclesiam cum orientali, unione perpetua; Decem Cardinales ex Orientalibus faciet, et duos magnos patriarchatus in occidente. Inter alios assistent ei septem viri et Prelati dignissimi, sic septem Angeli coram Deo astant; Mittet legatos per Orbem, ut curam habeant ouium Dei, ipse uacabit diuinis; constituet unum ex Cardinalibus, qui curam habebit temporalium. Redibit pax uniuersalis, et reformatio; Adherebunt ei Veneti, et tota Italia, iuuabuntque, et classem parabunt, et pacato mundo promulgabit omnibus uoluntatem Dei, et uiuent in puritate fidei, et timore Dei cunctis temporibus. Florentini electum Pastorem amabunt, et suscipient, et eius monitiones, et precepta super alias seruabunt, et auxiliabuntur, ei in omni suo bono proposito, et iuuabunt ad faciendum conuersionem infidelium; peccata multa in quibus diu uixerunt, dimittent, et in fide omnium infidelium letabuntur, quia fides Domini in toto mundo erit, sed ipsi Florentini ante hec omnia, et cito, quia diebus suis, quorum peccata grauissima, multis eleemosinis, et bonis operibus occultantur; multas habebunt perturbationes, et ad inuicem insidias machinabuntur; et non transibit tempus multum, quod proditio eorum; qui contra ciues maiores insurgent, manifestabitur, tamen cum damnis utriusque partis, et propter hanc causam magnos, et potentes habebunt contra se, et innumerabilia damna sustinebunt. Ampliabuntur, et uincent; Antea quoque Veneti, quam tempora felicia adueniant, confederabuntur, timebunt, suspicabuntur, non sine dolo amicos habebunt, sed prudenter regerent, et pro futura liberatione reseruabuntur; acquirent, et amittent, tandemque desiderata et diu cogitata obtinebunt. Anglia in grandi angulo posita est, ledi poterit, et sepius ledetur a se ipsa; Scotia sibi emula, quamquam reddentur tremula facient pacem, sed labijs, et non corde usque ad felicia tempora. Hisperia ex multis regnis unum efficiet, Mulier circundabit uirum, Nouam gentem Domino subiugabunt, federa rumpent, bellabunt ac preliabuntur; Reges, longo tempore discordes, concordabuntur, conabuntur noui pharisei discordiam intromittere, neque poterunt, quia non est sapientia, neque consilium contra Dominum

De adherenti Pastori futuro

De Hispania catholicismi

+

Ante aduentum Pastoris non fiet uera expugnatio infidelium, neq. in Pannonia, neq. in regnis sibi propinquis spes uobis est ponenda, Mouebuntur ad motum aliarum; Germanie inobedia, et principum eius ineptia, atq. lasciuia prolongabit tempora felicia. Cum magno Pastore surget Rex magnus, et uoluntas Dei illo tempore perfecte adimplebitur. Hec secreta non sunt dicenda omnibus, sed publicabit ea electus pastor benedictus, quem Deus (ut audisti) citò missurus est pro consolatione fidelium, et conuersione gentilium; Ab illo enim incipiet libri promulgatio, et per illum Deus omnia, que dixi, perficiet. Tu uero ad aliam ciuitatem ibis, et tuos oculos ibi cum gratia Dei claudes, et letaberis in Deo salutari tuo, et sic uisio disparuit, ad honorem et gloriam hec sint Domini nostri Iesu Christi, Marie Virginis unigeniti filij. Amen

De obitu B. Amadei vaticinium

+

Sermo Ioannis Baptiste ad Milites

Si homines in ea conditione rectitudinis, in qua Deus eos condiderat, permansissent, nulla armorum industria opus habuissent, quia nulla contra hostes indiguissent defensione, quando nullum hostem, nullum aduersarium experti fuissent, Et ubi firma Charitas, et amor mutuus, et amicitia stabilis interuenisset. Quid enim armis bellicis in pace maxima fuisset opus? Quid istis mucronibus, et hastis, cererisq. talibus instrumentis opus fuisset? Verum quia ipse homo pluribus questionibus se inmiscuit, et a culmine rectitudinis cecidit, et fratrem suum Odio habere cepit, et potius iniquitati, quam iustitie, fraudibus, ac dolis, quam

Veritati

Veritati, et rectę fidei subesse uoluit, opportunum fuit, ut se, uitamq. suam tueri procuraret, utque in pace, quantum fieri potest, dies suos explere posset, multis modis se muniuit et uallauit, ac protexit; Sic itaq. arma sunt sumenda, non ut more belluarum quibus non est intellectus pugnetur, et decertetur, sed ut in pace uiuatur, et illi profugarentur, qui pacē Profugarent. Sic armis utendum est, non ut quemquam offendamus, sed eo modo, ut nos deffendamus. Qui ea intentione arma sumit, ut offendat, iniustus est, etiam si offendendo se defensauerit. Quid ergo? Sumite eo animo arma milites, non ut quēquam offendatis, sed ut offendentibus resistere ualeatis. Itaque siquemquam offenderitis, id propria defensione coacti effecisse uideamini; Non licet cuiquam nisi iusta defensione uti, Qui enim iniustè defendit, is similis est illi, qui offendit: Nemo est offendendus, nemo iniustę deffendendus: Sic Militanti huiusmodi, Rex, et dux erit Deus cęli; Qui eo modo militat, Dei miles est, non hominis; talis militia ueneranda est, talis ęstimanda, talis in pretio habenda. Cauendum tamen est, dum fuerimus aduersus homines, quos hostes uocamus, molles, ac debiles, simus fortes aduersus domesticos inimicos, et contra hostes, quos nobiscum portamus. Non nè omnis homo est miles Dei, si dignus uocabulo hominis? Non nè militia est uita hominis super terram? Si ergo alios homines uincere cupimus, uincamus, et illum animalē hominem nostrum, qui contra spiritualem sepius erigitur, illum, dico, uincamus, illum, quantum possibile sit, euellimus, ut Spiritus, ut ratio, ut mens regat, dirigat, dominet, et imperet. Seruiat, qui natura est seruus principis, uir, cui iure principatus conuenit, Si uerò milites esse cupitis, omnes, qui uos à Deo uestro, uiuo, et uero auertunt, expugnate; omnes, qui uos à semita mandatorum eius retardant, aut animo impediunt, propulsatę. Primus hostis, contra quem pugnandum est sit caro, et sanguis, quia regnum Dei possidere non possunt; Lucta enim hęc assidua est, subrepit, ut quidam Draco insidias parat, intus latet, nec percipitur. Colluctamini de inde etiam aduersus Principes tenebrarum, Decertate contra ipsas mundi tenebras, contra spirituales nequitias, quę longę peiores sunt carne

contra q°s hostes pugnādum sit ?

et sanguinem. Et quia spiritualia sunt, non bene uidentur, sed spiritu ipsum mortificant et extingunt. Et si quandoque ab huiusmodi hostibus superati fuistis, quia tepidi, et frigidi milites estis, penitentiam agite (ut semper dixi) quia regnum Dei propè est, in uobis est, apud Vos est, Saluator iam uenit, Salus apparuit, Auaritiam abijcite, Estote contenti stipendijs uestris, Auaritia, rapinas nolite concupiscere, neque diuitijs huius uitę uelitis cor apponere, neminem oppresseritis, Neminem percusseritis, Nemini iniuriam feceritis, et si aliquando fecistis, penitentiam agite, quam, ut singulare sacrificium prò culpis expiandis Deus homini concessit, corde peccasti, corde peccata cuncta delere potestis; Et Agnum Dei, qui mundi peccata tollit, qui solus innocens est, neque peccare potuit, agnoscite, qui uenturus erat, iam uenit, Ipse uos baptizabit Spiritu Sancto, ipse, qui cuncta santificat, Vos ~~quoque~~ uocem eius audire hodie uolueritis, et corda uestra obdurare nolueritis, purgabit, emundabit, atque santificabit. Amen

Sermo Ioannis Baptistę ad Herodem Tetrarcham.

De sufficienti cognitione uitę, morta(lis).

Cęteris animalibus, Rex Herodes, Deus Celi totam cognitionem concessit, quanta sufficiebat eorum uitę mortali, quia tota uita eorum mortalitati obnoxia est. Cognoscunt ergo ea, quę tali uitę sunt utilia, et Voluptuosa, incomoda, et molesta, ut hęc fugiant, illa prosequantur; feruntur ergo in sola commoda, nullam honesti, aut liciti curam habentes; Nullam fandi, aut nefandi cognitionem, nullam nouissimorum recordationem. Intereunt enim eis morte omnia, neque aliam uitam beatam, an miseram considerant. Nulla ergo eis precepta, quorum obseruatione mererentur, data sunt. Ea

ergo

ergo eis licent quę expediunt, illa expediunt, quę commoda sunt, illa comoda sunt que uitę conducunt, quę conferunt conseruationi proprię, et ipsorum naturę, cibum quęrere, Latibula obseruare, se tueri, ac deffendere, sibi simile propagare, nè ipso deficiente, natura tota deficeret, ipso intereunte, quicquid simile esset interiret; Curant ergo ex incerto coitu (ut accidit; nulla propinquitatis, aut affinitatis iura seruantes) sibi similia procreare, Nullę eis nuptię, nulla Matrimonij fides, nulli ritus, nulla in sorores, aut fratres honestas, Nulla in parentes reuerentia, quamuis natura nulla eorum, uel in ea re matres ab alijs discernat, neq. ibi procreare, ubi ipsum genitum sit, cupiant, sed potius abhorreant; Plurima quoque ipsorum Societatem quandam simul procreandi ineunt; Turtures aliquo modo fidem inter se seruant, Verum hęc rara sunt, neq. causa honesti fiunt, sed ut homines inde uiuendi exempla sumant, a Deo ipsis inserta sunt; At uerò homines, quibus Rex seculorum Deus, ille pater omnium nostrum aliam uitam, quę sola uita est [nam hęc quam uitam dicimus, mors est potius quam uita] Prę parauit; quibus nullus sensus percipere potuit gaudium, ab origine mundi statuit; pręcepta, et mandata apposuit; rationem discernendi inter bonum, et malum dedit, honestum preferre debere; et utili, et iucundo, imò, nihil esse iucundum, aut utile, quod honesti ratione caret. Sic igitur, et corpori proprio, et propagationi, et alijs utilibus, ac delectabilibus inseruire debent, Quod nihil illicitum, nihil inhonestum aut turpe committant. Quid autem sit licitum, et honestum, his modis agnosci potest; Si enim recta mente, et recto intellectu, dictante, et ostendente aliquod factum esse, id honestum est; Quicquid uero libidine, aut perturbatione, aut alio quouis modo contra mentem, et regulam rectè uiuendi quis perpetrauerit, id turpe, atq. inhonestum putandum est; Quicquid pręterea Secundum legis diuinę sanctionem, et ipsius uoluntatis iussa commissum fuerit, licitum est, et honestum; turpe, et inhonestum quicquid contra legem Dei, et Cęli; uel comissum fuerit, uel omissum.

quomodo que sint licita et honesta agnoscantur.

Ioanes ad ipsū Herodē conuertit sermonem.

Ad te nunc Herodes Tetrarcha uerba mea conuerto, ad te loquor, et quia publicum est contra quod loquor, publicè ad te loquar. Non licet tibi habere Vxorē fratris tui, Mechus adulteram tenes, mens tua contrarium tibi (si rectè sentias) dictat; Non nè quę tibi fieri nolles, fratri tuo facis? Cuiuscunque hominis uxorem accepisses, non nè crimen commisisses? eo maius ergò committis, quia illi, quē prę alijs amare debueras, iniuriaris. Non licet tibi eam tenere. Nouimus, Deum Vxorem fratris ducendam, si absq. liberis defunctus fuisset, ut semen fratri suscitaret; Philippus tibi frater est, uiuit, non est mortuus, non licet tibi semen prò illo suscitare, non cum uxore sua, quę iam una caro secum est, illicita connubia celebrare; Ex carne fratris uxorem facere, nefas est, Agis contrà rectā rationem; Agis contra mandata Dei; Non licet ullo modo tibi uxorem fratris tui uiuentis habere. Concessit lex libellum repudij, nè homines suas occiderent uxores, Et si ergò, repudiatam ducere liceat, non repudiatam nunquā concessum fuit, nunquam ducere licuit, non solum fratris, sed etiam cuiusuis hominis; clamat enim Deus: Non mechaberis, clamat, nè reuelaueris turpitudinē sororis tuę, neq. nurus tuę, neq. Vxoris patris tui, aut fratris tui; Clamo ego, quia, et uox sum clamantis in deserto, et clamaui, et clamabo, etsi iam raucę factę sunt fauces meę. Non licet Herodes tibi habere uxorem fratris tui Philippi uiuentis, nam dum defuncti, et uxorem maximè non repudiatam, sed dilectam, et amatam; peccas in Deum, quia mandata eius rumpis. Offendis fratrem tuum, Iram suscitasti, quę odium parit.

Sed hęc uerba mea odium pariunt, licita tamen propter odium non sunt omittenda Odiat me qui uelit, ego ueritatem loquar, ueritatis preco sum, non nisi uera loqui possum. Tu illic ita facis, et ex re illicita odium fratris incurris.

Ex malo nascitur malum, et sine limite proceditur, ille offensus te odio prosequitur, Tu offendens illum, non minus odio prosequeris.

Vide quot mala, posito uno malo nascuntur.

Abyssus inuocat abyssum, et me, et fratrem odio habens, et tu, et illa contra quam clamo falsa uxor tua; Hoc odium mihi, uincula, et carcerem minatur, carcer mortem affert, Ecce ex uno malo quot contra te orientur mala, omnia in te uertentur mala mea. Mihi mala sunt aduersa, quę patiar breui tempore, Tibi sunt, et peccata, et pęna sempiterna; Decepit te breuis uoluptas seduxit momentanea delectatio, Vtere mente, Vtere recta ratione, ut Legē decet. Si honestum feceris, licet non sine molestia, non sine labore, non cures quia, et

Labor

Labor, et molestia pretereunt, honestas perpetuò manet. Nunc turpia committis cum =
uoluptatę, et non uides, non percipis, quam cito uoluptas transit, et turpitudo iugiter
manet, manebitq. et re, et nomine. Respice te, teq. rege, qui alios regis. Te uince
qui alios, et uincis, et uincere cupis; Nulla uictoria dignior quàm si te ipsum
uinceris; cohibe libidinis inpetus, Noli esse sicut equus, et mulus, quibus nullus
est intellectus, nulla honesti cognitio, nulla spes immortalitatis, et futurę ui-
tę, nulla notitia mandatorum Dei, nulla ratio in serta que cohibeat, que dic-
tet hoc non esse faciendum, que id esse perniciosum, aut pestiferum ostendat,
Imò feruntur persuasi in uoluptates, tamquam in bonum; Nulla uis est eisque
reprehendat, que retrahat, que repugnet; Non enim sunt in eis repugnantes
leges; non contrarij appetitus, non appetitus carnis concupiscens contra ap-
petitum spiritus; Neque enim est eis alius spiritus, quàm appetitus, quo =
feruntur in sensus, quo presentia cognoscunt. Homo es, spiraculum uitę in facie tibi
à Deo spiratum, habes; Imago Dei es, Quid tibi cum equo, et mulo quibus nulla diu- — de Herodis respons.e ad Ioañem.
= tax rerum est cognitio? Herodes erubescens ait. Video te Ioannes, et inspicio, non ut
hominē, sed ut Angelum magnum Dei maximi, libenter te audio, quia sermones =
tui ex imo pectore procedunt, et ea que uera sunt mihi annuntias, sed non possum
iam illam, cui cor meum totum dedi, quam plusquam me amo, deserere, faciat =
Deus cęli (quē timeo iratum) quod uelit, mea est hęc; alias cor meum est, absq.
illa mihi uiuere non licet. Quęcunq. alia precipis, presto sum, exequar; Iube
quicquid iusseris, Incarceratos dimittam, pauperibus subueniam; puellas inopes
nupptui tradam, ieiunabo, decimas dabo, Nullum sacrificium, nullam hostiam,
aut uictimam, nullum munus, nullam oblationem pretermittam; Herodia-
dem unicā spē meam patiaris meeum mori, quia si absque illa uixero, mor-
tuus uiuam, immò mortuus existens, uiuere uidebor. Roga uir Dei pro me
Regem Cęli, ut mihi meam conseruet Herodiadem.

De altiori repetitione Ioañis ad Herodem.

Tunc Ioannes altius repetere cępit; Si tibi uera loquor, et annuntio Herodes, quare
non credis? quod si credis, quare non facis? quare quod rectum iudicas, executioni non
mandas? Quid iuuat credere, neq. uelle prout credis agere? cui cor tuum dedisti?
Non nè te opportebat Dominū Deum tuum ex toto corde, ex tota mente diligere?
Non nè cor sibi soli est totum dandum? Sibi tribuendum? Quomodo alium plus
quam te diligis? Non nè post Deum te magis amare debuisses? Animę tuę Vitam,
cuiusq. creaturę preferre debueras; In te tam uili, tamq. paruo bono, quod plus
molestiarum quam delitiarum, plus tormentorum quàm delectationum habet; =
tuam beatitudinem posuisti? Non agnoscis te Regem, te uirum, uel hominem
esse? Non nè illa tamquam mulier, et sexu, et uirtute inferior te extitit? Cur =
igitur Deum tuum illud putas? Putas autem ex quo magis quam te ipsum,
et quicquid est, amas quod te longe inferius est; O si conditor ille facere uellet

subito quę potest, et quamquam faciet, non dixissem faciet quicquid uelit. Non ut Rex, non certe, ut homo loquutus es, blasfemasti, crimen excusando, crimen addidisti. Neq. solum Deum iratum timeas, sed etiam antea timeas, Longanimis enim est, et multum benignus, sed in acerbitate ipsam suam longanimitatē commutat, et grauius punit quem benignior expectando fuit. Noli ergò solum, cum irascitur Deus, eum timere, sed tunc non minus timeas; cum beneficia confert, cum expectat, cum, ut reuertaris à uia mala, clamat. Absq. Herodiade tibi uiuere non licet, et absque Deo, in cuius manu sumus, in quo uiuimus, in quo mouemur, sine quo nihil facere possumus uiuere licebit? Stultus est, ò Rex sermo tuus, ut credas sine Deo te uiuere posse, et sine Herodiade non posse. An nescis omnia ex illo pendere, ex illo iugiter fluere, lux ipse est, nos radij lucis sumus; Cętera, quę polliceris, bona uolo ut facias. Leuius enim tibi erit mercedem bene altoꝫ, uel hic, uel in futuro suscipies; Sicut enim omnia mala punit, sic prò omni bono bonum aliquod reddit, Sed nisi adulteram à te abieceris, salutem consequi non poteris; iuuant cętera bona, quę me audiendo libenter facis, sed non tibi Rex illa sufficiunt, nisi Herodiadem relinqueris, nisi Mecham abieceris.

His auditis, Rex ait: timeo te Joannes. Noui enim te uirum iustum esse, et profectò uox appellaris, nam in ista squalida pelle tua non sunt, nisi Ossa, Vocem adeò sonoram habes, ut totus uox quędam Videaris, et si mihi quidem gratus es, sed caue Herodiadem, illa enim tibi insidias parat, uincula, et carceres minatur. Clama ergò contra quę uis facinora, Herodiadem nè tangas, quia scriptum est: Ira mulieris omnem iram superare, neq. etiam extrēmo supplicio satiare posse.

Joannes addidit: Vox sum, Herodes, Vox ego sum et Preco illius, qui post me uenit, qui ante me, et ante omnia erat, per quę cuncta existunt, et facta sunt, et subsistunt; Vox illius sum, quia illum mundo annuntio, ille uerbum est, quia ęterna mente à Deo genitus est, ipse splendor est, ipse Sapientia Dei; Beati, qui eius uocem audiunt, Valde beatiores qui ipsum uident, et eius monita, et consilia faciunt, et exequuntur ea, quę ipse docet. Mansuetissimus est, clementissimus est, nihil eo misericordius et si uis scire, Jesus ille, quem Judei persequuntur, quem respuunt, ipse, qui dicit. Christus, uerè Jesus est, quia saluare, et à peccato liberare uenit, Christus uerè, quia omni unctione donoꝫ Dei pollet, quia oleo lętitię pręcunctis unctus, illud effusurus est in omnes; Vnde oleum effusum nomen eius est, plenus est gratię,

plenus

plenus est omnis iustitię, et bonitatis; Ad ipsum uade, ipsum audi, ipsius mandata serua, quia Spiritum descendentem super eum uidi, et uocem Patris ęterni dicentem audiui: Hic est filius meus, quem ego diligo, ipsum audite, sibi obtemperate. Vox igitur sum, non possum de uerbo illo non loqui; si me times, quia iustum putas, cur Deum iustissimum, et qui solus absq. defectu bonus est, non times? Quod si times, cur timor te procul à te abijcere peccata non facit? Si tibi placeo, cur uerba mea tibi non placent? quia si placent, cur non agis ea quę te doceo, quę ad te loquar? Herodiadē etiam tu timeto, ego Deum timeo, Vincula, carceres, et omnia tormenta, qui Deum agnoscit, pro ipsius amore spernit, Non curant illi, qui soli Deo placere student, mala perpeti, quę cito sunt transitura, Immò et ęterna potius subirent, quàm contra Regē Cęli, aut Cęlestia mandata quicquam committere. Vox sum, non minaris, sic Clamo, clamaui, et Clamabo, non solum contra alia flagitia sed et contra Herodiadē, neq. timeo iram eius, ira mulieris parua est, et breuis, cupit potius uindictam, quàm rarò facit, nocere potius uellet, quàm scit, et quia uilis est, neq. uidet uindictę rationē quam cupit, tanto magis irascitur, quanto minus uindictam facere nouit, ut ebria, et temulenta exagitatur irâ, et sibi ipsi fit amara, prorumpit in conuitia, et in omne genus iniuriarum, neq: nouit quid dicat, et in hoc superat omnē iram, quia dum ob animi prauitatem uindictam cupiat, neq: legę uindictę, aut modum, statum sciat pro parua offensione, etiam ultima supplicia ferri inimicos uellet, Sed, ò Rex mulier ibi, non tam pro sexu, quam pro quolibet muliebri, et effeminato animo accipitur, qui discretione, iudicio et consilio, ac scientia careat; Non est ergo ira, quę superet iram stulti, et inconsiderati hominis, quia tali ira nihil periculosius, parua tamen est, quia parum damni infert, breuis est, quia temporalis; Sed ira Dei Deorum multo magis timenda est, immò illa sola ira dici potest, quę aufert Principum spiritum, quę potentes potenter castigat, et punit, quę aufert regna, et mutat imperia, et ęterno supplicio affligit; Ira illius est super omnem iram uelut et misericordia super omnem misericordiam et non momentanea, sed ęterna: Time igitur tu Herodiadē, ego timeo Deum, qui puniturus est etiam Herodiadem; Non rectè quandoq. Rex dixisti, ut te regē, cui Deus concessit super hominem principatum, non timere, et uile illud scortum timerem; Tu enim Rex Galilęę habes aliquam in homines à Deo tibi datam potestatem, meretricula illa, quam habes Concubina est, non Regina, neq. concubina thori liciti, sed illiciti, Quoties iam dixi, non licet tibi habere eam. Herodias auscultabat uerba Ioannis clanculum per cancellum, et audiens se ita uilipendi à Ioanne, fremebat in eum, et dicebat =

si Herodes me amaret; Nunc istum maledicum et insensatum hominem gladio feriret; Herodes animo suo prosternebatur, uidens dolorem animi eius; Ioannes autem dicebat, Regina est Herodias, sed non Regni huius Galileę, Regina est Regni Itureę, et Traconitidis regionis, sed potius elegit esse Concubina quàm Regina; Dimisit regnum decoris, suscepit ueste meretricis. Noluit ex legitimo thoro procreare filios, sed ex adulterio; fascinauit te, ò Herodes, abstulit à te quicquid rationis, quicquid legis, quicquid honestatis erat in te, nisi dimiseris eam, et ad uirum suum transmiseris, reus es ęternę mortis. Ecce Vox clamat, audisti Vocē, Non nè tibi Vox uideor, sed clamo in deserto, quia uacua sunt uerba mea, ad lapides, ad siluas, ad montes, ad feras diriguntur uerba mea; Non loquor in Ciuitate, sed in silua, non ad homines, sed ad arbores; Vox sum, clamo in deserto; Nullum enim apud te Herodiadem tuam uerba mea faciunt fructum; dimitte illam, sicut ~~tibi~~ tibi dimittantur peccata; Abijce eam à te, si non uis, ut Deus te abijciat à se; Tunc Herodias pre ira, et dolore exanimis effecta, dixit: Nisi hic homo morte moriatur, ego sum penitus mortua; O Herodes, ubi est amor tuus? Serui circumstantes expectabant nutum Regis, ut eum interficerent, Rex autem, ut eum saluaret, Vinxit, et posuit in carcere.

Verba Ioannis Baptistę. Sermo Vitę mortalis die, Qui fuit initium immortalitatis.

Ecce cęnā facit Herodes Tetrarcha primis Galileę; et ecce gaudio signa multa mundanę lętitię, omnes lętantur, Ego unus tetro carcere detineor, dubitoq; imò et cognosco, quod me pecudibus suis Herodes connumerabit; Herodias me persequitur, mihi insidias parat, Veritatis enim Verba iram concipiunt, odium parturiunt, Video certè, uideo, me hodie conuiuantibus horrorē incussurum, caput amissurum crudeliter, et uiliter, sicut ouem uitam hanc finiturum. Mihi erit hęc dies immortalitatis initium, resurrectionis futurum seminarium; Non enim quod nascitur ex terra prodit, nisi prius in terra mortuum fuerit, non uiuit, nisi ~~moriar~~ moriatur, non crescit, nisi decreuerit, non pullulat, non uirescit, nisi antea ceciderit, et exaruerit; Mors terribilis

terribilis erit Herodi, terribilior ob necem meam Herodiadi, quia in morte, non uiuere, sed in perpetuum mori incipient, nisi benignitas Dei super abundauerit (quod etiam rogo) Ignosce Deus illis, quia fumo uanitatis, et fecibus libidinis tenentur excecati, neq. agnoscunt Deum celi, neque futura prospiciunt. Tunc custodes carceris audientes eum loquentem, obstupuerunt, et aliqui dixerunt: cum Deo, uel Angelo loquitur; alij, quia frenesis morbo opprimitur, et respiciebant si febrem pateretur, omniaq. nunciabant Herodiadi; Joannes uero prosequebatur: precurram ego minutus capite, illum qui cito crescet in Cruce, crescet post resurrectionem ingentium conuersionem omnia namque trahet ad se ipsum, et non erit distinctio nationum, neq. sensuum in conspectu eius. precurram, et prenunciabo eum cito uenturum, et amicos suos à Lacu, in quo non est aqua, liberaturum; liberabit, inquam, quia si nullum dolorem Patres illi Sancti, iam sentiant, desiderium tamen beatitudinis habent, desiderium uisionis illius aspectus, in quo sunt omnes thesauri reconditi, omnia dona simul collecta, cuius fruitione nihil maius, cuius amore nihil optabilius, quo habito, omnium desideriorum habetur finis, et nullius rei indigentia. Sicut ego eum mundo annuntiaturus preecurri, sic et patribus illis, quiam uiderunt diem eius, et gauisi sunt, cito uenturum annunciare precurram; Tunc custodes conuocant socios, uidete (inquiunt) freneticum hominem, auscultate paulisper, currite ad Herodiadem; Joannes dicebat, sed numquid uidebo eum, quę in Iordanis flumine baptizare merui, super quem uidi Spiritum descendentę in forma columbe, et manentę in eo, et à Patre illius procedentę, à Deo exeuntę, Deum, et in Deo ~~Deum~~ manentem. Ex illo enim Patre, ex quo omnia per unigenitum, per quem procedit, Nonne et digito illum demostraui hominibus. Vtinam ante obitum fas esset Deum illum uerum, carne humana indutum cernere, Vtinam illum alloqui ualerem. Numquid ideo non uidebo, quia discipulos, aut turbe instructioni uacat? Sed nullus locus, nullum negotium, nulla deniq. occupatio animum eius, cor eius, uiscera eius pietatis auertere poterunt? Potens enim est operę, et sermone, Poterit ergo, et hoc facere, ut me uideat, et illa, quę agit non omittere. Et quia bonus est, pius est, benignus est Numquid poterit se ipsum mihi negare? Veni ergo bone preceptor, Veni boni consilij seminator, Veni fili summi Patris, Veni proles Virginis matris, illius, inquam, Matris, qua nullum sanctiorem, nullum mundiorem, nullum sublimiorem produxit dextra Patris. Dei, Patris illius

de Joannis desiderio uidendi x.m

Matris, cui cognata erat mea genetrix, et illius soror genetricis. Veni iam Magister optime, quem uidi, quē amaui, quem hominibus confessus sum. Audio in Domo Herodis cantores, et cantatrices; Audio, tripudiant; filia Herodis saltat, Regi placet; Veni, quia discrimē moram trahit. Quare nunc non uenis ad me in carcere positum, ad quem uenisti maternis adhuc uisceribus obtrusum? Quare nunc uidere ante exitum non licebit, quē antequam ex uentre Matris exirem, uidere licuit; Tunc ego sex menses habens, utero parentis clausus, te aluo uirgineo reclusum, nec dum decem et octo horas habentem uidi, inspexi, adoraui; Tunc prę nimia lętitia ego in tuo aduentu tripudiaui; Tunc in gaudio exultaui; Tunc teipse, a te nocte media prędecedente amatus, amare cępi; Tu enim eo momento, quo conceptus es, me ut homo amare cępisti, ego te eiusdem diei hora, quasi ultima: Amor, quo diuturnior, eo solet esse uehementior. Tu postquam amare cępisti nunquam amare desijsti; Ego tunc cępi amare, reddita sibi infantili ętate continuare non ualui, et adultus de te semp cogitare non potui. Cur tardas Dñe? cur moram trahis saluator; Veni rogo, ueni, ut antequam hinc migrem, te uideam, te alloquar. Hęc eo dicente, affuit subito, clausis ipsius Carceris aditib, Jesus Dei, et Marię filius, nullo ex custodibus eum uidente, uel ipsius uocem audiente, et complexans Joannem, sic eum alloquutus est: Qui tuę natiuitati ad mortem interfui, sic, et congruum erat; Tuę morti, qua homines dei nascuntur ad uitam, interesse ualui; Qui te utero matris indutum, utero exui, ex illoq progredi uidi, ipse in carne humana indutus, te illa spoliatum uidere statui; Precede me Joannes, precede, precurre, iam precurre, neq timeas, nullus te horror concutiat, Spiritus esto promptus, Animus sit integer, caro infirma feruorem Spiritus non excutiat, placet animę corpore uestiri, placet et exui, exuitur temporaliter, ut uiuat ęternaliter. Vade, dicito patribus meis, ex quorū stirpe in carnem descendi: uade, dicito fratribus meis, quia Dei potentiam, ac maiestatem uidebunt; Amen, Amen dico eis, quia uidebunt filium hominis cum ptāte magna ad eos uenientem, et maiestate, et abreuiabunt dies tantę expectationis, non recordabunt pressurę tanti desiderij propter uehemens gaudium, quod erit omnibus illis. Tu uero Joannes de tam uili morte noli expauescere, quia et filius ęterni Patris morte turpissima condennabitur, Amen, Amen dico tibi, nisi corpore prius exuatur anima non poterit habere uitam,

de aduentu Xpi ad Joannē in carcere illū expectantē.

et nisi

et nisi moriatur corpus, ipsa non uiuet: Sic enim statutum est. Quid prodest homini, si omnibus seculis in morte prolixior uixerit Diutius enim hic uiuere est prolixius mori; Non curat hic Deus amicos suos diutius permanere, nisi quatenus spectet ad comunem hominum utilitatem; Si crederetur uita illa, hec omnia despicerentur. Vade annuntia, et me cito post te uenturum expecta. Tunc Joannes letior factus, pregaudioq. lacrimas fundens, ait: Hec uera Letitia, hoc unicum gaudium est, te Deum meum uidere, te cognoscere, tibiq. amore propter te ipsum inherere. Letior sum Herodiade, Letior filia, que nunc ob malum meum (ut ipsa credit) saltat; non tanta fusus sum letitia, quando te infans in domo mea cernebam, quanta potior nunc te in carcere hoc cernens. Gratias tibi ago domine, quia etiam in tetro carcere me uisitare dignatus es; Genetrici omni candore renitenti, omni puritate resplendenti, omni pietate, et clementia relucenti, et Patribus meis, tuis Apostolis, presertim Petro, Jacobo, et Joanni, Simoni, Thadeo, et alteri Jacobo, et Joseph illi iusto me commenda, et si fas esset quos uiderem ante discessum meum. Tu domine, qui nosti omnia, que et petere, et obtinere iustum est, iudicabis. Tunc Jesus respondit: Rudes adhuc sunt Apostoli; non sapiunt, que Dei sunt, non possunt modo arcana mea intelligere, oportet eos antea spiritum consolatorem recipere, qui tibi iam diu infusus est, et tunc idonei fient ad omnia misteria, ad que nunc inualidi sunt, et inepti. Joannes addidit: Genetrix tua semper gratia plena extitit, et festinans ad uisitandum meam genetricem ad quam accessit, et tibi salutauit, quam salutationem cognoui, in matris utero existens, ut tibi notum est; et omnia patent, teq. et illam, ut oportuit, adoraui; Vtinam liceret, et nunc utrumq. uestrum simul adorare. Adhuc eo loquente, Ecce adest Virgo illa electa, filioq. suo adoratione exhibita, osculoq. eidem dato, ab eodem accepto, Joannem salutat, illa illi reuerentiam exhibet. Colloquium fit inter eos. Custodes audiunt plures loquentes, sed putant, Joannem in extasim raptum, mutare, uariareq. Vocem, et uerba. Ait tunc Joannes: Tu me nascentem excepisti; nunc et morientem excipies. O Genetrix, O Virgo, O Consolatio humani generis, Beatus erit omnis, qui ad te in suis necessitatibus recurrerit, curabit, qui te dilexerint, qui tibi se deuouerint. Virgo suspirans, Joannem lacrimantem, pregaudio lacrimas effudit, Ad Joannem sic allocuta est. Electe fili mi, athleta, et propugnator fortissime, precursor et annunciator filii Dei ueracissime, quem cunctis hominibus ipse preposuit, Cum perueneris ad nostros patres, et ad nostras genetrices, dices eis: Maria humilis ancilla

de Joanis responsione ad xpum.

Dei, uestra carissima filia pacem, et salutem Christi filij sui, omniumque Saluatoris, uobis transmittit. Et quamuis dolorosissima eiusdem filij morte iugiter doleat, de uestra tamen redeptione plurimum gaudet, et assiduè pro uestra liberatione preces fudit, cupit uestram salutem, cupit filij uitam, angustie ei sunt undique, Et quia scit, apud Deum non esse impossibile omne uerbum, orat, et pro uestra liberatione, et pro filij sui uita, sic tamen, ut Dei uoluntas fiat, sicut in celo, et in terra; Annam Genitricem meam, Ioachim genitorem, et Iosef carissimum sponsum specialius salutabis; Gaudeat de immenso gaudio, quod dabitur eis, letentur omnes de immensa letitia illa, et semper sempiterna, que erit super capita eorum, et osculata est caput Ioannis, dicens, forti animo esto, ecce in proximo, ecce nunc hic est salus nostra. Beati oculi nostri qui saluatorem suum uident; Beate aures, que uocem personantem audiunt; Beate mentes, que illi, et his que dicimus credent.

De spiculatore ad carcerem euntem.

Dum hec agerentur, ecce adest spiculator cum uibrato ense, neque Iesum, aut eius genetricem iuxta Ioannem sedentes uidet; Ligat manus, faciem uelat, parat mortis instrumenta, Regis iussa, quibus resisti non potest, aperit. Tunc Ioannes ad lictorem ait: Mors mihi uitam, uita sibi tribuit mortem, magnum scelus committit Herodes, sed maius adultera uxor, et quia me libenter audiuit, quamuis dogmata mea seruare, perturbatione ductus noluit, dicito ei, quod hoc, et omnia sua flagitia expiabit, si uoluerit adherere Consilijs Iesu, qui et Christus eiius nomen iam notum est, et quem Deus misit in expiationem peccatorum totius mundi; Annuncia id et illi misserime Herodiadi. Percute nunc, affer mihi eternam uitam, etiam nolens. Et dum lictor dulcedine tibi illius à percussione distraheret, Herodias internuncios mittebat, ut citissime exequeretur impia Regis. Ad quos Ioannes: Nimium illi et uobis obligor, quia tam diligenter uitam mihi curatis immortalem; et cum arripuisset mucronem lictor ille, urgente iussum, unico ictu, caput sanctissimum amputauit, In quo ictu Iesus ublà utraque faciem eius tenebat et sustentabat, dulciter complexans; Ioannes uero clamabat: Vale mi Iesu, uale humani generis unica intercessitrix, ecce dicendo; et facto ictu, caput remansit in manibus Iesu; neque illi pendebant. Tunc anima Ioannis extra corpus existens, uidit Iesum, ad quam ille: uale mihi dixisti, et ecce mecum es extra omnem dolorem, pelagus transfretasti, in portum applicuisti; Tu ad patres illos pege, ego ad discipulos meos redeo et defert secum Iesus illam animam cum multitudine Angelorum per aerea ad locum, ex quo anime sanctorum patrum illam uidere poterant, quam

etiam

etiam uidentes exultauerunt. Tunc Iesus ait: ecce ibi sunt, uade ad illos, et ibi
me cum eis expecta. Iesus uero inuentus est cum Discipulis suis, Maria uero
cum Sanctis mulieribus, quę illum sequebat, et ministrabant ei de facul-
tatibus suis; et nunc uenerunt de Joannis morte. Amen Iesus. ——

* initium *

Exhortationum et Sermonum Domini Iesu sermo Primus

Sermo primus

Gabriel Archangelus mihi aliquoties apparens, dixit: Volo, ut quosdam ser-
mones Dni, et Joannis Baptistę, qui non reperiuntur scripti, conscribas, ut illo tem-
pore felici, quando sedebit ille Pastor, nihil ex his, quę scire utile est, Ecclesię
Dei deficiet. Primo itaq. scito, q. (prout Mattheus et Lucas scribunt) Dominus
Iesus post baptismum uenit in Galileam, et ibi in Sinagogis Capharnaum, co-
rozaim, et Bethsaidę prędicare cępit, dicens: Penitentiam agite, appropin-
quauit enim regnum Celoz. Capharnaũ autem erat terra Zabulō, et Neph-
talim, et sic adimpleta est prophetia Isaię, dicentis: Primo tempore alle-
uiata est terra Zabulō, et terra Neptalī. Marcus tamen dicit, qd predica-
bat, et docebat, quoniam impletum est tempus, penitemini, et reliqua.
Quare scito, et conscribe. Dominus docendo, eis usum fuisse uerbis, quibus, et
Joannes eius Jussu, et afflatu usus fuerat, Non enim Christus à Joanne, sed
Joannes à Xpo didicit; Dicebat ergo in omni Sinagoga Galileę, antequam
ueniret Nazareth, Deinde etiam in Nazareth: Penitentiam agite, appro-
pinquauit enim regnum Celoz.; Et uolens eos hortari ad penitentiam, per
quam parat. uia Domini, hortatus est eos, ut se preppararent, quoniam
impletum erat tempus Profetarum, et iam missus erat, et citò appari-
turus Messiah. Dicebat ergo: Vos expectatis Prophetam, quem Vobis sub
nomine Prophetę primum Moises predixit, dicens: Prophetam suscitabit
uobis Dominus de fratribus uestris, quẽ sicut me, ipsum audietis; De quo
etiam Jacob pater uester dixerat. Non auferetur sceptrum de Juda, nec dux
de fęmore eius, donec ueniat Messiah, et ipse erit expectatio gentiũ. Amen,
Amen dico uobis, antequam destruatur domus ista nouissima, oportet,
ut in toto orbe predicetur Euangelium. Adhuc paulò plusquam quadra-
ginta anni sunt, in quibus non remanebit lapis super lapidem. Prophe-
ta Aggeus ait: Magna erit gloria domus istius nouissime, plusquam primę;
Et hoc non propt aliud, nisi propt presentiã ipsius Messieh; Jam utiq.

uenit desiderat. cunctis gentibus, et repleta est, atq. replebitur gloriā Domus Dñi.
Iam hebdomas ultima illarum septuaginta incepit, in cuius medio, deficiet
hostia, et sacrificium, et occidetur Messiah, et non erit populus eius, qui eum
negaturus est, sed uenient ab oriente, et occidente, et recumbent cum
Abraham, Isaac, et Iacob in regno Cælorum; filij autem regni eijcientur in
tenebras exteriores. Iam lapis abcisus est de monte sine manibus, et per-
cutiet statuam Nabucodonosor in pedibus fictilibus, et corruet. Lapis
uerò ille efficiet. mons magnus; Pœnitemini igitur filij Iacob, Pœnitemi-
ni et conuertimini, quia promissio facta patribus uestris nunc adimpleta
est, et regnum Dei iam aduenit, Ioannem in deserto exiitis uidere; quæ
ipse uobis ostendit, et annunciauit; Ipse est ille, de quo Abrahæ dictum est:
In semine tuo benedicetur omnes tribus terræ; Et ad Dauid: de fructu uentris
tui ponam super sedem meam. Et declarabat eis scripturarum prophetias
omnes, quæ de ipso erant, et qualiter iam erant transactæ Sexaginta nouem
hebdomadæ Dauid præfixæ, et qualiter iam erat ablatum sceptrum
de Domo Iudæ, et Herodes se fingebat Iudæum, qui tamen Idumeus erat,
sicut antecessor eius Herodes Ascalonita. Messias ergò natus est, et iam
incipit apparere, et manifestare se Israeli, et Ioannes Baptista est Præcur-
sor eius; Igitur, pœnitentiam agite, quia iam uenit regnum Dei, et
quia non dum agnitum est, et cito agnoscetur, Ideo dico uobis, appro-
pinquauit regnum Dei Qui potest capere capiat. Hæc fuerunt primo-
rdia Sermonum Domini Iesu in Capharnaum, Bethsaida et Choro-
zaim. Deinde uenit in Nazareth, et eadem annunciabat, uidelicet.
adimpletum esse tempus, cuius gratia omnes prophetæ missi fuerant, et quod pœni-
tentiam agerent, quia regnum Cælorum appropinquauerat. Et una
dierum intrauit in Sinagogā, et librum aperuit, et prophetiā Esaiæ,
Spiritus Domini super me, inuenit, ut Lucas scribit, et uos habetis.
Deinde quia deridebant eum quia erat faber, et filius Ioseph fabri, et Mariæ,
et quod eius sorores apud ipsos essent, tanquam personæ pauperculæ, et
ita uiles. Et illi uoluerunt eum occidere, uolentes eum de supercilio
montis præcipitare, sed saxum durissimum, ut cera liquida ei cessit,
et ipsum excepit, et ipsi amplius non uiderunt eum; Vnde ipse Dnus
regressus est ad eos, et transiens per medium illorum ibat inuisibilis.
Hoc beneficio affecit eum patria sua, et ciuitas sua.

Sermo 12°-

Sermo Secundus

Post hoc recessit inde, et descendit in Capharnaum et ibi in Sabbatis docebat dicens

de xpi descensu in Capharnaũ.

Agite penitentiam, et statim appropinquabit regnum Celorum, longè namque à uobis recesserat regnum Dei, et omnes subiecti fuistis iniquitati, omnes declinauerunt, simul, uno peccante, Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum propter quod peccatum, ira Dei in omnes filios Adam transiit, et percussi sunt innumeris plagis in anima, et corpore; prima plaga est ignorantia, non enim nascuntur filij hominum cum aliqua Scia, aut doctrina, sed ueniunt nudi, sicut corpore sic, et anima, nihil secum portantes preter tenebras. Secunda plaga est difficultas adiscendi, et tarditas inueniendi; Opportet enim pluries uidere, pluries audire, pluries sentire, pluries recordari eorum, que uiderunt, et que senserunt, ut experimentum fiat, et ex illo scientia generetur, et introducatur, et experimenta multoties friuola sunt, et fallacia, ita ut quando homo didicisse sibi uidetur, tunc maximè ingnoret! Melius est omnino nescire, quàm prauè didicisse, et nesciendo credere se scire; tardè igitur nunc homines adiscunt, et cum nimia difficultate. Tertia plaga est amissio iustitie, et priuatio diuine amicitie, omnes namquam sunt filij ire, et nascuntur inimici Dei. Quarta plaga est pronitas ad sequendum sensibilia, et que sunt homini propria respuendum; Nam hominum mens, et intellectus sensum sequitur, et sensibilia notiora tenet aliis, que sub sensum non cadunt, ut omnino ignorat uel tenuiter nouit, sic et uoluntas eius procliuior est ad bona sensibilia, quàm ad illa que non sentiuntur, et in comparabiliter maiora sunt sensibilibus bonis. Quinta plaga est passibilitas, et mortalitas, que in numeras in se plagas continet; quot sunt egritudines, et infirmitates hominum! quot miserie, et calamitates, Quis pericula, Quis damna, Quis tormenta humani generis enumerare poterit! Magna est uelut mare contritio eius; Insuper datum est in potestatem Spirituum immundorum, qui uarie ipsum uexant, et non solum temptant, sed etiam nimium molestant, et cruciant; Ecce uidetis quantum status ille, in quo homo conditus fuit, elongatus fuit à nobis; penitemini ergo, ut deleant.r uestra peccata, et regnum Dei

de quinque plagis quibus homines pec. adeo percutiunt.

aduenit; et stupebant in doctrina eius; et erat ibi homo ~~homines~~ habens Demoniũ inmundum, omnes enim spiritus, qui ceciderant de cęlo inmundi sunt; Exclamauitq. uoce magna ille homo obsessus, et coram omnibus dicere cępit: Tu es sanctus Dei; Quid tibi, et nobis Iesu Nazarene. sine me hic; Et Iesus, obmutesce, inquit, et exi sine ullo nocumento, et ita exiuit, et obstupuerunt omnes, qui aderant, non quia eiecisset demonium, quia, et ipsorum exorcistę, demonia premissis multis orationibus eiiciebant, sed quia ipse sola uoluntate, et solo uerbo in potestate magna eiiciebat, et absq. nullo nocumento; Non quidem sciebant ipsm esse Christum, sed benè dubitabant, quia, et tempus adimpletum uidebant, et mirabilia, quę ipse faciebat ad id inducebant, Tamen quia Prophetię nunquam sunt ita apertę, qn possit semb oriri dubitatio in earum uerbis, et quia nemo cognoscit uoluntatem Dei manifestè, idcircò mens creata non quietatur, nisi re uideat quod sibi dicatur in Prophetijs inijgaticis. Nam si apertè dicant, tamen et aliter fieri posit, certitudo omnimoda non habetur: Hęc eadem predicans per alias Synagogas Galileę.

Sermo Tertius .:.

Luc. cap. V. v. i.

Post hęc irruentibus turbis in eum secus stagnum Genezareth, seu secus mare Galileę, uel Tyberiadis [multis enim modis uocabat] ascendit in unam nauiculam, quę erat Petri, sedebatque, et populos in terra circumstantes docebat, dicens.

Quatuor, ecce uidetis, elementa, ex quibus costant omnia corpora generabilium, et corruptibilium, et unumquodquę eorum est hominibus necessariũ tam ad esse quam ad bene esse; Corpus namq. humanũ conflatur, et miro modo ex eis miscetur, similiter, et aliorum generabilium, Corpus uerò ita miscetur ex illis, ut neq. omninò remaneant, neq. omninò destruantur, et transeant; Miro diuinę uirtutis artificio illud fit, mirabiliori ualde quàm homines miscere sciunt, aut ualeant, et adeò unum quodquę elementorum necessarium est, non solum ad esse, sed ad benè esse, et conseruationem uitę, et uix sciri ratione posit, quod illorum quatuor sit magis necessarium, magisq. oportunum, atq. utile. Terra certè admodum necessaria

est, ut

est, ut nihil tam necessarium uideatur; Si deinde commoditates aquę, aeris,
atque ignis consideraueritis, unumquodque per utile iudicabitis, neq. quę illorum
sit utilitas, facile dijudicabitis; Hęc omnia facit Pater meus cęlestis pro-
pter vos homines, ut omnia essent in ministerium cunctis gentibus,
et omnia uobis inseruirent; Ecce terra uobis producit tot genera florum,
tot genera arborum, lapidum, metallorum, herbarum, atq. animalium,
et nihil est sine uirtute, et si aliquid sit nociuum uobis, illud idem in=
alia sui parte, et multa alia sunt uobis officiosa, et in remedium data
contra unum nocumentum. Ecce aqua sordes omnes abluit, et abstergit,
sitiuestrę succurrit, transmeabilem se uobis, ingenio adhibito, probet, tot
genera piscium pro uestro alimento subministrat. Quam obrem gratias agite Deo, qui
uos creauit, qui uobis tot benificia contulit, nè ingratitudine illaqueatis, sicut omnibus =
creaturis antepositi estis, ita post tergum suum Deus uos abyciendo omnibus ui
liores faciat, omnibus subdat, et usq; ad ima omnes detrudat, et posternat. Nihil
Deo propitio benignius, aut suauius, nihil irato horribilius, aut terribilius.—
Tarde irascitur, citò si tu ingemiscas, redit; Beneficiorum contemptus super omnia,
et ingratitudinis ~~[illegible]~~ uitium ipsum exasperant. Penitentiam agite filij Abrahę,
Ad cor redite preuaricatores, Ecce enim regnum Cęlorum propè est, in ianuis est. His
dictis ad populum in littore circunstantem, ipso autem sedente in nauicula, quę in mari
illo erat, hoc est in lacu Galilęę [Hebrei enim congregationes aquarum quarumcunq,
siue dulcium, siue salsarũ appellant Maria] illa nauicula in aqua fluida existens,
Domino loquente, inmobilis permansit, et ex illa, expleta exhortatione, exiens=
et ambulans iuxtà illud mare. Petro uerò, et Andrea reingredientibus in naui-
culam et filij Zebedei in aliam nauiculam, descendebant enim lauare retia sua,
dixit Dominus ad Petrum: laxate retia uestra in altum, tota nocte laborauerant,
et nihil prendiderant, et in nomine Domini concluserunt multitudinem Pis-
cium, prout Lucas scribit; Et tunc Dominus distribui iussit turbę, quę aderat,
multitudinem Piscium, et Petrum, atq. Andream uocauit, ut iam dimisso =
exercitio piscationis ipsum sequerentur, quia erant futuri piscatores multitudi-
nis humani generis. Et ita sequuti sunt eum, relicta huiusmodi arte. Antea
enim nouerant Dominum et quandoque ad ipsum audiendum accedebant, =
et ipse Andreas prius fuerat Discipulus Joannis Baptistę. Tunc etiam uocauit
Jacobum, et Joannem fratrem eius, et ipsi quoque relictis naui, et retibus, ac =
patrem, sequuti sunt eum. Non tamen tunc fecit, ut relinqueret puellam Joan-
nes, quam in Vxorem desponsauerat. Vocauit Dominus, et Philippum, et Matthe-
um, et Thomam, et Bartholomeum, Simonem, et Thadeum, atq. Jacobum
minorem, et Judam Iscarioth, et multos alios. Et post hoc factę sunt nuptię in Cana
Galilęę, et tunc suasit Joanni Virginitatis propositum. Ideo dicitur, a nuptijs ipsum =
uocasse.—

De uocatione Petri et Andreę a Xpo Dño.

Sermo Quartus

Alia uice sedebat Iesus docens, et erant Pharisei circa ipsum sedentes, et legis doctores qui conuenerant, ut Lucas scribit, et dicebat sic:

praecedat uelle diuinum quia prius Deus cognoscit, quam uelit; Recte

.n. dicitis uolútaté nó ferri, nisi i pcognita et diuiná, quia uoluntas ex sui naª. psuponit intellectú, et i pducendo, et in operando; qd si nó esset, Spus Sctus non pcederet á filio, sed á patre solo. Nunc aút, qa uoluntate nihl pót pduci, nisi pre- intelligatʳ. aliqd intellectu pductú, Idcircò ab utroqʒ (ut alias tibi ostendi) pcedit. Cognitio igitʳ. rei factibilis et modoʒ oíú, qb. fieri pót, priᵒ intelligitʳ. qᵐ. deᵒ illá uelit, ut tali mó uelit, Illa tñ cognitio nó est causa diuine, uolutᵃ. oís nó solú i se qa illa incausabilis est, quia deitas est, sed et nó est cá, ut uolitio materminetʳ. ad ré illá, uolendo eá, aut uolendo eá tali modo sed ipa ex se liberè transit sup tales rés, et talem modú, Ideo ipa sola cá est, ut fiat illud et tali modo; Dico tibi plus, qd nó solú cognitio illius creaturæ nó est cá uolitionis eiᵒ sed neqʒ illa cognitiò dirigit uolunitaté, dictando sibi, hoc est tibi uolendú illud, aut nó, hoc mó debes uelle nó illo, sed solú oñdit, qd potest illa uelle, ut nolle, aut etᵒ, neqʒ uelle neqʒ nolle, Similtʳ qd pót tali modo uelle, aut et tali modo nolle, sed alio, et qdlicet ille modus sit melior, et congruentior ipi rei, qᵐ alij, ipa tñ potest illud modú nolle, et aliqué aliú minᵒ bonum et minᵒ congruum uelle quia quemqʒ uelle extrà se, aut nolle liberè pót. Nil .n. oñditʳ. debere fieri-

nil[illegible] nō fieri, ita ut faciendo, aut non faciendo possit iniusta esse, et redargui, Nullū preceptū est datū illi uoluntati, nulla phibitio est facta, nulla lege uincit.r aut ligat.r sed sicut uult et sicut iusserit, sic iustū erit, Quecunqz uult, cognita sunt; Quocunqz mō uult, cogniti sunt modi illi, sed nō coarctat.r aliqua rōne ut ea uelle debeat, ut tali modo uelle, Quarē Igit.r hec facit, Aut quarē tali modo facit.r; Rectè respondet.r, quia sic placet et sic uult, non aut ac si ad uolendū artaret.r á rōne p̄uia tanqz iniusta euaderet si non faceret, aut tali modo faceret; Nō igit.r est ei? cā querenda, nō quia nō pfuerit cognitio sed quia poterat illud.r uelle, et nolle sine accusatiōe, et redargutione. Aliqui uerū dicunt, nō est querenda illi? cā, quia eterna est, qd nō est ad ppositū; Non .n. querunt cauā ipsius uoluntatis in se, sed rōnē, quarè hec uoluerit et taliter uoluerit Vnde hec cognitio, de? est sumè á uoluntate sua diligendus, ut sumè á uoluntate suma amandus, est dictamen rle[illegible], cui? oppositū uoluntas non possit, neqz alio mō, q.m sibi ostendi pot, Ecce q uoluntas eterna qnqz sē cōformat rōni rectē, nō intelligendo actū q deitas est, sed in terminādo ad essentiā suā; Que ratio et rectitudo rationis pintelligit.r ipsi uolutioni sed rōnes quersant.r circà creaturā nō pprijè recte, ita, ut uoluntatē oporteat seq. tales rōnes et talia dictamina, Quia et si ostendant

quare

quarè sic esset bonū, et sic melius et sic deterius, non tñ illa rectitudo est necessaria, sed ad utilitatē creaturę; Voluntas igitʳ non conformatʳ necessariò tali rōni, sed accipit, ꝑ ut placet, quācunq; partē ostensā. Illud tñ uerū est q semper agit et uult q sunt meliora simplr̄, et quāuis aliqua posset facere meliora ī se, sed nō esset illud melius rerū uniuersitati. Rectè itaq; aliqui ex istū Apłus exponūt q, in uerbis suis obtūdere uoluit ꝑteruiā aliquorꝫ qui dixit: Cui uult, miseretʳ; et quē uult, indurat, ac si diceret, Voluntas sua nō regitʳ ratione, neq; astringitur Lege; sed oīa facit, ꝑ ut placet, Ideo dixit, Nunqd figmētum potest dicere figulo, cur me fecisti sic:? Neq; saluare cogitur quēquā, neq; damnare; sed saluat, quia uult, nō tñ de Lege comuni sine meritis uult,* sed ꝓp peccata et impenitentiā finalē nō est q° uolentis, neq; currentis, sed Dei miserentis; Sic accipe uerba illa: Nō est obligatʳ deʳ aliquā rōne preueniente et uoluntate ipsius dirigente, huic uolenti, et nō solū uolenti, sed etiā currēti et exercenti opera bona, et uiā mandatorꝫ precurrēti tribuere uitā ęternā, sed tribuit dō suo bn̄placito, hoc est, ut planè intelligas: quę apud uos sunt inuoluta, illud uelle, et illud currere nō sufficeret, nisi deʳ misertus fuisset

* et indurat i. gratia priuat quē uult, non tām id absolutè uult

ǫmo intelligitur Neq. uolentis neq. currentis.

hoc est, nisi deus illud velle et illud currere acceptasset, et quo-
circa vos sic vultis, et si curritis, illud non facitis gratum Deo,
nisi ratione præsentiæ vobis gratiæ. Quando enim habito illo splendore
gratiæ, aliqua facitis ipsa movente, tunc deo grata facitis.
Multi in peccato aliquo obstinati, faciunt volendo, et observando divi-
na mandata, sed nil eos iuvat pro præmio æterno obtinendo, sine
divina miseratione, hoc est divina gratia. Ubi advertere, quod ver-
ba ad Moysen dicta fuerunt hæc: Miserebor cui voluero, et
clemens ero in quem mihi placuerit. Et illa vas electionis pro
ut audistis, repetijt; quæ verba apud vos non sunt bene in-
tellecta. Ego ea ita tibi exposui. Non enim deest ex Deo, ut
omnes salui sitis, neque enim hos vult saluare absolute, et illos
non, sed vult omnes cum conditione, qua seruata, vult ita absolute;
sine misericordia Dei vestras miseriam, ut omnino vel ex par-
te auferente saluari non potestis. Sine gratia Dei vestitis, -
quæcunque bona obseruantes, quæque præcepta saluari non
poteritis. Gratiam tamen et spiritum bonum dat dominus petentibus.
Nulla ratione prauia compellitur deus vos saluare et bene
operantes, et mandata eius obseruantes, sed sola clemen-
tia ad illud movetur (ut ita dicam) et voluntate sua,
quia ita pepigit, ita promisit. Verum est igitur, quod non est vo-
lentis, neque currentis adipisci beatitudinem, quia non sunt
illa sufficientia ex se, sed solum ex divina miseratione,

ex divina grã, ex divino munerẽ. Est itaqz. ratiò in Deo. o̅iu̅z, q̃ fiunt, sed illa nõ cogit voluntatẽ, neqz regulat, quasi nõ possit rectè nõ facerẽ, ut alio modo facere; In exẽplo figuli ab aplō inducto, noli credere, quelit dicerẽ Deũ absolutè hos velle saluarẽ et illos exprette, uel. tacitè dañare sicut figulus absolutè hęc vasa facit ad honorẽ, alia ad contumeliã, sed circa misteria fidei occupat⁹ pterituã nõnullorũ paucis exclusit. Ad quarẽ hos vult, illos nõ vult, quęrenti⁹. duplici modo respondit, uno modo, q̃d Judicia sint Dei icomphensibilia à nobis, Jdeò digito est os vestrũ ?pescendũ; secundò, q̃d voluntas sua nõ regulat.ʳ ab aliqua lege aut ab aliqua regula in his q̃ᵉ facit ĩ creaturis, et ita nõ pt̃ esse ĩiusta, quia tunc voluntas solũ nõ est recta sed ĩiusta, q̃n. habet regulã rectitudinis suę et nõ conformatʳ ei; et talis est o̅is voluntas creata, Jdcirco o̅is. voluntas creata quia astringitʳ certis regulis et Legibus potest esse, ut appta est, esse iniusta; Sola voluntas increata nõ potest esse iniusta; supponendò igitʳ. q̃d voluntas Dei non potest esse ĩiusta, aut iniqua, tunc sequr absolutè, Quicq̃d vult, iustũ est, et q̃cunqz modo vult iustũ est. Ex his o̅i rõni⁹. Apli non sequr, q. Deus sicut figulus, vult absolutè his salutẽ,

et honorē, illis vero damnationē, et ignominiā, sed solū
q̄d voluntas sua nō errat in volendo, sicut neq; voluntas
figuli in talib. vasis faciendis; et si vellet oēs damnare,
non peccaret, si oēs saluaret eodē modo, ut hos, ut illos.
Nollet tn̄ d facto aliquē damnarē, Vellet oēs saluare cū
conditione, ut diximꝰ, et aliquos saluare voluit absolutè,
Nullū damnarē absolutè sicut nullū saluatū unq̃ damna-
uit, aliquos tn̄ damnatos saluauit. No debbatis igitur ex
dictis Apli moveri ad dicendū eo mō, quo dixistis, Sed
illud vos nō minꝰ mouit ad sic dicendū, q̄d ipse Aplus cōmi-
serat, dicens: Cū n. nondū nati fuisset, Vz. Esau, et Jacob,
aut aliqd boni egisset, aut mali, ut secundū electionē
ꝓpositū Dei maneret, non ex operib., sed ex vocatione dic-
tū est, Quia maior seruiet minori, sicut scriptū est, Jacob
dilexi, Esau aut odio habui. Sed illa qꝫ Apli verba sequē-
tibus, ut ea expositiꝰ, declarant; Quorꝫ est talis sensus
dilectionis Dei, Qm̄ videlicet diligit creaturā, nō est aliqua
ratio, aut regula Similitr, neq; odij, cui regule, voluntas
diuina teneat. ꝯformari, ad hoc, ut sit iusta, et recta. Nā
sine operib. pijs, tanqm̄ meritis pōt premiū dare, aut sup-
plicium, nō ex operib., sed ex vocatione voluntaria, ut
patet d Jacob et Esau, q. antequm̄ nati essēt, et ꝑ ꝯsequens

anteq̃ aliq̃d operati fuissent, ut ꝓpositũ Dei secundũ elec=
tionẽ liberũ maneret, dictũ est. Maior seruiet minori,
et Jacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Sed animaduertite,
Deũ absolutè uoluisse filiũ suũ carnẽ assumere ex semi=
ne Abrahe, ꝑ Jacob, nõ ꝑ Esau, et ꝓp Jacob bñdiceret, ã
p̃re principatũ, et suis fratribus dominaret. Et illud est
odiũ Dei ergà Esau, q̃a noluit ꝑ lineã ei? carnẽ assumere,
neq̃ uoluit eũ regnare sup Jacob, sed ẽ cõtra; Et hui? rei
nulla causa ꝓfuit, nisi q̃a sic placuit Deo, sed nullũ abso=
lutè reprobat, neq̃ carceri mancipat, neq̃ ullũ absolutè
expellit, Non quia et id nõ posset, sed quia nõ ita uult,
neq̃ ita facit, q̃a nõ solũ uult justa, et iustè, sed quia et
illa, ex quibus uos possetis suspicari, ipsa esse iniustũ nõ facit,
neq̃ uult, Ideò cõmuniter qd rõni uiro congruit, et con=
sentit, et rectũ esset ĩ principe sic facere, ipse facit; Vndè
uerũ est illud: Quicq̃d tibi recta rõne fieri debere, occur=
rerit, illud Deũ fecisse, ut facere, ut facturũ, credito; nõ
q̃a tali rõne reguletur uoluntas ei?, sed quia ita spontè uult,
ita sibi placet; Sed multa diximus uolendo declarare, cur Deus
uoluit facere uirtutes, ubi sciebat illos nõ credituros; P°
naq̃ secundũ modũ intelligendi uoluit illis predicare,
ex quorũ sanguine uoluit descendere secundũ carnẽ

dilectio Jacob & odium Esau.

quia ad ipsos ex promissione missus fuerat, et illi erant oves precipuè, et populus peculiaris; Unde et mulieri Cananee, de finib. Tyri, et Sidonis egresse, dixit: Non est bonum summere panem filiorum, et mittere canib.; et non sum missus, nisi ad oves, que perierunt domus Israel; Tamen intendebat postmodum et gentib. legem promulgare, et inter gentes virtutes et miracula excere, ut quicumque crederet, et baptismum susciperet, salvaretur, et qui finaliter incredulus remaneret, condemnaretur. Disposuit vero aut sic sua eterna mente, et quasi facta tali dispositione prevedit hos credulos, illos non credituros, hos facilius credituros, alios difficilius; Crevidit quoque, quod si virtutes illas inter gentes prius exercuisset, quas inter galileos, et Judeos exercuit, citius, et facilius credidissent et promptiores ad penitentiam fuissent. unde et multò maiores virtutes per Apostolos suos operatus est inter gentes; ordo intelligendum est facilitate, et difficultate. si enim talem ordinem posueris, quod Deus primo signo scit hos non credituros, secundo verò signo vult virtutes exercere apud eos, quos jam scit non credituros difficultatem facit; Similiter si primo signo scit sic illos credituros; secundo aut non vult apud eos virtutes exercere quos iam scivit credituros, admirationem inducit,

sicut si primo sciuisset hos futuros malos, deinde eos creare voluisset; Si autem tales ordines posueris, ut primo signo voluerit virtutes exercere ad hoc ut crederent, si vellent, secundo verò signo vidit nõ credituros ut nõ sic promptè, sicut alij credidissent, nullas angustias sentieretis; Nõ. n. virtutes fecit pro tempore illo quo scit eos nõ credituros, et quia voluit absolutè virtutes facere, primò apud populum suũ posteà apud oẽs gentes adimpletæ sunt illæ, Et quantũ in ipso Deo erat, voluisset, ut oẽs crederent, sed vidit, quod nõ oẽs crederẽt ex sui malitia nõ ex ipsius instinctu, nõ ergo frustrà fecit virtutes apud nõ credentes, ex parte sui, sed frustrà fecit ex parte ipsorum; Et hoc modo Deus multa facit frustrà, quia multis dat gratiam pro consequenda vita æterna quam tamen nõ consequuntur, nõ quia ipse nolit consequantur vitam, sed quia ipsi nolunt. Sic absolutè voluit creare oẽs hoĩes qui creati sunt et creabuntur, Neque plures sunt, ei creare eos voluit, ut summũ bonũ adhipiscerentur, si mandata servarent, ut mediis potirentur ordinatis, ut baptismo, ut aliquo æqualenti. Quamuis ergo in Tyro et Sidone tunc non ~~tunc eos~~ fecerit virtutes citò tamen posteà fecit et faciliùs crediderit, quam Galilei qui erant de populo electo.

Iustus dixi: Quoniam nõ cognoui litteraturã, introibo, reduce Angle Dei, in potentias dñi; Mihi difficile est intelligere

qd nri dicunt, Videlicet, Deus voluisse absolute passionem Christi, et morte pro salute humani generis neque tñ voluisse, ut Judei, ut aliqui alij ipm occiderent quia tunc fuisset auctor peccati ergo; Nescio quomodo hec stant simul, vult Deus Christum occidi, et nõ vult, ut aliquis eum occidat, Si n. nõ vult, ut aliquis occidat, nõ occideretur. et si vult occidi, occidetur, et nõ a se, qa hoc nõ vult Igitur ab alio, et ita vult aliquem ipm occidere.

Subiunxit Angelus et dixit: Introivisti i potentias Dni, Spus n. ut vult spirat, et vocem eius audis, hoc est ea, que tibi dictat, intelligis, sed nescis illud dictamen unde veniat, aut quo vadat, qa qn venit tibi talis cogitatio nescis unde venit, et qn desinit nescis quo abijt, et quare nõ dictum mansit tecu, et i te. Dico tibi fr, qd pmo Deus voluit Verbum suu ex tali matre carnem assumere, et fieri hoiem, non ut hoies redi= merer ut a peccato liberaret, sed ut eos dignificaret, et exaltaret, de quo alias multa tibi dixi; Deinde vidit hoies peccare, et oes posteros hereditate eterna privari; tunc providit de remedio, et voluit, ut verbum illud i carne mortali et passibili appareret, qd prius i carne imortali venire debuerat (de qua imortalitate alias audisti) et voluit ut i humanitate assumpta subiret labores, et dolores hoim preter

pter peccatu et ignorantiā, et qd pdicaret penitētiā in remissionē peccor, et institueret sacramenta, et remedia apponeret opportuna et exponeret se oib. penis, et mort, et passioni uilissime, scz crucis, si sibi infligeret. Deinde quasi uidit inuidiā, q. insurgeret contra eū pp reprehensiones publicas, quas faciebat contra scribas et pharisceos, et pricipes, ac seniores, et pontifices Iudeor; Deinde quasi uidit eterno sue mentis occulo ipsos procuraturos ipsius mortē uilissimā, et crucis affixionē. Et ita iā puisā passionem et mortē acceptauit psalute humani gerneris; Et uoluit, ut ipse passionē et morte et nō sola uoluntate moriendo esset Saluator et redeptor. Et hoc est, Deū disposuisse, ut gen. humanū morte Christi uiolenta redimeret. quā morte quā pmisit, et puidit futurā, ordinauit, ut esset salus hoium, et redeptio. Considera hunc ordinē, et ab oi angustia liberaberis. puerilia sunt uero illa, q aliq apud uos dicunt, qd si Iudei, aut aliq. alij malā uoluntatē habentes ipm nō occidissent, tunc aliqs discipulor. uel mater ipsa ipm occidisset, ad hoc ut gen. humanū redimeret. quamuis doluisset d occisione, tn gauisi fuissent d redeptiōe. Puerilia sunt, et sine rōne ulla dicta; Minima n. lesio illius psone (ut qdā doctor dixit, et uocabat Anselmū) fuit peior, qm

peccatum omnium hominum sit malum; Item magis deberet velle omnia peccata; Deus nulli praeceperat ut ipsum occideret, praeceperat autem, ut iustum et innocentem non occideret; Unde si tibi manifestum esset, quod Deus vellet aliquem mori, vel occidi tali hora, non tamen deberes occidi a te, ita quod non fieret tecum dispensatio vel occideres, tu non deberes occidere. Passionem itaque Christi passivam et ut conditione volitam, si infligeretur, et permissive volitam acceptavit Deus pro salute humani generis et voluit ut valeret pro omnibus et illis, qui eam praeibant et qui eam sequebantur; Animadvertite ad ordinem divinae voluntatis et divinae praescientiae in omnibus talibus, quia multum refert ponere in primo gradu hoc, in secundo illud; Eccl. quoniam multa dicta sunt propter illud verbum Evangelistae; Si in Tyro et Sidone urbibus gentilium factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis Corozain, et Bethsaida olim, in cinere, et cilicio sedentes, paeniterent. Verum tamen Tyro, et Sidoni remissius erit in judicio, quam vobis. Qui enim videntes virtutes, et opera divina non credunt gravius peccant, Juxta illud: Si non venissem, et locutus eis non fuissem peccatum non haberent.

Tunc ego: videntur omnes dicere quod Deus non solum permisit, sed et voluit mortem, et passionem Christi, sicut scriptum est: Proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit eum et alibi: Oblatus est quia ipse voluit. -

R[dit]. nonne iā dixi tibi, quomō voluit, qā primo pmisit, deinde, qā pvisā morte acceptavit, et ī salutē vrā ordinavit, Et ideo necessariū fuit, gen[us] humanū redimi p passionē Christi, nō necessariū absolutè, ac si De[us] absolutè voluisset illā mortē, sed psupposita pvientia Dei d[e] tali morte et acceptatione mortis et ei[us] ordinatiōe post quasi pvisionē, nō ante ad redeptiōem vrā illud remediū fuit unicū et necessariū; ī oib[us] his opportet observare ordiné volitionis diviē, quia si ordo volendi pverrit, sententia mutat[ur] et anim[us] fit pplexus. Dō tibi exemplū d[e] mō, q[uo] Deus voluit passionē Christi. Ecce oēs viri dicunt, deū nō velle mala, sivè pcta fieri, illa tn̄ sinit fieri, et pvidendo q[uod] fient, voluit et ordinavit, ut d[e] illis eliciat[ur] aliqd bonū, ut alior[um], ut et illor[um] q[ui] ea fecerant, ut humilient[ur] et ut vidant et experiant[ur] fragilitatē humanā, et alijs compatiant[ur]. Et ut agnoscat virtutes ex comparatiōe ad vitia. hęc, et multa alia Deus elicit ex malis, vide, q[uo]m[od]o[?] is nolit pecta absolutè, tn̄ post q[uam] pvidit ea, ordinat, et vult, ut ex ipsis eliciat[ur], et sequat[ur] bona, ordinat igit[ur] ea ī bonū, q[uae] fieri nō voluit, sed pmisit, Sic Christi mortē nō voluit, sed pmisit, et pvisā ī magnum bonū, tantū malū converterit, et ex malo, ac pcō Judę, et Judeor[um], ac gentiliū voluit oriri salutē oīu[m]; Mors. n. illa nō

erat bona ex sui nã, neq; infligenti, neq; patienti, * dedit nomen qđ est sup oẽ nomẽ; Unde et Christus dñs, ut Deꝰ, sciverat illã mortẽ, neq; aĩe sue, cui oĩa secreta fuerunt revelata, fuit id ignotũ, sciebat qz. aĩa illa mortẽ sibi infligi iiiulbè, neq; Deũ eã velle, nisi pmissiuè, qa peccatũ erat, accidere illi; Deus aũt nõ vult pccta, Ideo neq; hõ Christus eã volebat absolutè, quia ex sui nã nõ erat sibi bona, et sine graui peccato infligentibus infligi nõ poterat, quia nulli ad infligendũ pceptũ fuit positũ aut Licẽtia data, Ideo nõ est mirũ, si nõ solũ dolebat ĩ carne, sed et. tristabatʳ in mẽte, oblatꝰ ẽrgo est, quia voluit, hoc est qa nõ impediuit, sed pmisit, ut Deꝰ; neq; fugit, ut hõ, sed constanter expectauit pditorẽ, et q. comphenderunt eũ; voluit qz mortẽ nõ volitã p sẽ offerre Deo p salute et redemptiõe hominũ et rogauit, ut Trinitas acceptaret illã passionẽ, quã Iã acceptauerat, sed nõ sine puisiõe oblatiõis voluntarie, eo mõ, et orõnis suie. Et ĩ qñtũ nolebat mortẽ tanqᵐ malũ, rogabat prẽ, ut auferret calicẽ passiõis ab eo; Inqñtũ verò volebat eã offerre illatã qa puidebat eam inferendã, rogabat, ut acceptaret eã p salute hoĩũ. Qn q.ᵒ dicebat, Veruñ, non mea, sed tua voluntas fiat. sic accipe: Nõ mea voluntas (quia nolo mortẽ taqᵐ malũ meũ, et pctũ

*bona enĩ fuit ex diuꝰ ordinatiõe oĩb, qª acceptauit eã prò salute oĩum, qui vellent uniri, eadem quisis illis, qui erant uniendi gram, acceptauit eã de facto pro illis, eid patienti

infligentium fiat) sed tua, scilicet quam, ut Deus non vis, sed sinis mortem mihi inferri: nam neque Deus pater volebat illam mortem in se, neque homo Christus, sed Deus sinebat et homo Christus patienter tollerare illatam dispositus erat, et Deus volebat illam acceptando, et in salutem humanam ordinando; similiter et homo Christus volebat, eam offerendo et pro acceptatione eius, orando; illo modo, aliud videbatur velle homo Christus, aliud Deus, sed iam dixi tibi, quomodo illa verba sunt intelligenda; Multa facta sunt in terra nostram utique, sicut quando Christus fugit ne faceret cum populo regem, ut vos fugeretis ambitionem, et quando pernoctabat in oratione, ut vos oraretis, et hic dixit: Non mea, sed tua voluntas fiat, ut vos doceret patienter sufferre ea, quae non solum vult absolute, sed etiam quae sinit, eadem, et docuit vos orare fiat voluntas tua, non beneplaciti solum, cui resistere nemo potest, sed etiam praecepti et permissionis igitur tu permittit a malis et peccatoribus vos tribulari et molestari, fiat igitur voluntas tua qua sinis peccatus tam atrocis homicidij, et tam pessimi sceleris fieri; non mea quae mortem nolle ut sanguinem malum meum et peccatus infligentium; Et quamvis et tu pater non vis malum meum, aut peccatum ipsorum, tu tamen permittis, Deo vis quia non impedis; Ego, ut homo, non sino, quia neque impedire possum, Ideo tu passionem hanc, ut mala est, vis quod ego non vello, quia tu sinis eam fieri, ego non sino. tu impedire posses et non

uis ego impedire nō possū, et si uellē. Sed difficile est intelligere quomodo tristari potuit aīa illa q.ª beatissima erat et sūmè gaudebat, sed uti dicunt possibile est simul gaudere, et tristari d diuersis; Vēr est, sed sūmè gaudere et sūmè tristari, et de diuersis nō uidatur possibile, Jmmò sūmè gaudentē nullo modo contigit tristari, quia sūmū gaudiū expellit omnē tristitiā, et sūma tristitia oē gaudiū excludit, nō enī gaudens de aliquo potest dici sūmè tristari, ex eo magis sūmè gaudens, ut pater opporteret uos dicere, quod Deus Christus nō fuisset tristat.ᵘ ī aīa intellectiua, sed tantū ī sensitiua, quia appetitus sensitiui tristabantur, et nō uolūntas, ī qua erat sūmū gaudiū creabile, uel q aīa illa erat beata, quia uidebat sūma uisione creabili deitatē ipsam et fruebat.ʳ; hoc est, amore sūmo ex uolitione sūma inherebat ipsi deitati, Sed Deus miraculosè suspendebat gaudiū, et delectationē, quę prouenisset ex tali uisiōe, et fruitiōe, quia gaudiū, et delectatio est aliq̃ res ab actu intellectus et uolūntatis, Est enim passio consequēs actū, et res absoluta, non respectiua posterior opione, et uerū est hoc q Deus solus hoc potest facere, ut ipse uideat.ʳ a creatura et amet.ʳ, suspendēdo gaudiū omninò, uel ex parte, put sibi placet; Et uerò est

q^d^ nullus est beatus sine gaudio consequente beatitudinē, tn̄
possibile est esse beatū, quia beatitudo consistit in opere op=
tima circa optimū obtm sine ullo gaudio, uel cū paruo gau=
dio, Immò cū tristitia, et magna, ac uehementi tristitia, et
talis beatus haberet oīa bona, et gaudiū in potentia propinqua
et Creatr. Quod g.º inconueniens fuisset si Christus dn̄s esset
adhuc beatus in uia extitisset sine gaudio et cū magna tris=
titia, propter nos homines assumpta, et uerè fuisset aīa eius
plena, et in appetitu sensitiuo et in uoluntate, malis; et
tristitiis, et q^d^ post mortē solū pfectū gaudiū et summū obtinu=
isset, et essetis ei magis obligati, Alterū è duob. opp^z^ uos
dicere, sed ego scio, q.^o^ modo res ista se habuit. Ecce audi me,
et quę dico conscribe. Maximus fuit amor Christi dn̄i erga
gen.^s^ humanū et dū hęc diceret, audiui uocē (et putabat
mihi q^d^ esset uox Michaelis principis) dicentē, nō dū
uenit tempus reuelandę, aut determinandę, huius ueritatis;
Gabriel subitò subiūxit dicens ad me: Tu uides q^d^ multa
reseruant.^r^ pastori futuro, q.^ę^ nunc nō sunt propalanda; Veruz
esto, dolorē in carne, et tristitiā in appetitu sensitiuo, tedi=
umq, ac pauorē Christū habuisse, sed, an in uoluntate=
eius fuerit aliqua, ut nulla tristitia, ex eo q^d^ beatus erat,
dimittit.^r^ pro nunc sub dubio, quod en̄ dixi uer. est, uz beatitudini

Christi perti uiatoris adhuc nō incongruū fuisse, si uolun-
tas eius magna tristitia plena fuisset, et gaudiū nullum
q̄tunc habuisset, ut uerè langores uestros, et dolores
sustulisset, et quasi à suo patre derelictus uisus fuisset
sed q̄ potuisset summè gaudere d' uisione, et summè dolere
d' passione cōpatiendo appetitui sensitiuo, et uidendo pcta
et ingratitudines hominū, ut an uoluntas eius tūc nō
gauderet, declarabitur tempore suo; Tu audisti uocem
illā, multa reliquuntur tempori illi, quia notitia-
horū, q̄ tibi iā reuelaui, anteq̄ ipse eligat, ad manus
aliq̄s deueniet, neq̄ latebit ipsm̄, sed nō cogitabit, neq̄
dignū se putabit; Quomodo igit. Deus uoluit mortē, et
crucē Xp̄i, Accepisti.

In quo consistat beatitudo, in Visione, an in fruit.ne Dei.

Et ego: domine mi alias in quodā raptu meo de beatitudinē
multa dixisti, sed nō determinasti, utrū beatitudo con-
sistat in hoc, uel illo, hoc est, in uisionē, aut fruitiōe;
Si placet, desidero scire q̄m sententiā debeo sequi; beati
Thome, an Ioanīs Scoti?

R. Dominus. alias tibi de hoc locutus sū, et conscriptū est, quā tamē
uit particularius dicā? Thomas ille, qui uos ualde-
illuminauit, dixit summū bonū consistere ī uisione
Dei, deinde fruitio sequit., et delectatio, bene dixit, et dil.

mente philosophi illius, quē sup alios honoratis, qui doiā cū suismagistris nō perijt, sed ī Loco tuto est cū multis alijs grecis et Latinis philosophis, bene dixit Thomas. Nam accipe uerba mea: Quando querit.ʳ de sūmo bono hominis, querit.ʳ de illo, quod est gratissimū uoluntati hominis, et quod uoluntas sūmē expetit, et in quod sup oīa fert.ʳ, et cui sūmo amore inhereret si illud haberet sibi presens; nō querit.ʳ ergo de amore, aut fruitione, sed querit.ʳ de obiecto, et rē fruibili, et amabili; Respondet Thomas: Deus est sūmū amabile, et sūmū fruibile, sed quia nequit sūmē amari, nisi uideat.ʳ sicut est, addit; In Deo uiso, et in uisione Dei sūmū consistere bonū; quia tunc est obiectū beatificū propinquè, sicut est sūmū fruibile, aut amabile. Nihil ergo gratius, nihil amabilius, nihil dignius, nihil perfectius, nihil melius potest offerri homini, q.ᵃᵐ uisio Dei, uidelt Deus uisus; illa uerò offerunt.ʳ homini, q.ᵉ offerunt.ʳ sue uoluntati; Unde, ī q.ᵈᵒ querit.ʳ de sūmo bono hominis, q.ᵃʳⁱᵗ.ʳ de sūmè grato, et sūmè ~~desiderato~~ desiderato á uolūtate; Unde respōdere; sūmū bonū est fruitio, uel Deus amatus, nō est ad propositū, quia querim.ᵘ de obiecto uoluntatis, ergo qd illa potest dicere, rē altū; In contemplatione itaque illius, sbe, scilicet in uisione Dei consistit sūmū bonū hoīs.

Aristoteles, e multi Philosophi sunt in loco tuto.

Thom.ˢ

et uoluntatis eius, quia illud est summu hoi quod est summu bonu et summe gratu uoluntati ei, Et illud est obiectu beatificu; Sed audi; Homo non dicitur beatus, nisi qndo tali obiecto summe inheret amore, quando, inquam, eo fruitur,

Scot: Deo Scotus dixit: Beatitudinē consistere in fruitione formaliter; igit. homo est beatus qdo fruitur Deo uiso, et uisio Dei, ut Deus uisus est obiectu fruitionis, et summu bonu et summe fruibile et est obiectu beatificu, et beatitudo obiectiua; Vide, et considera duos Doctores quomodo uterq3 benedicebat; Neq3 tamē propter corpus aggrauans, sic tunc intelligebant; Nunc autē se mutuo intelligunt et amant; Quia, et si ex odio diu uobiscu esset non se impugnabat, sed causa indagande ueritatis; unde ille altius, quē illuminatu uocatis qa, quanquā excessit limites charitatis in uilipendendo Doctorē Deo gratu Thomā, uapulauit, neq3 adhuc est nobiscu, ad nos tamen uenturus est intra paucos annos; Sed nō nulli ordinis illius doctoris plagis uapulant, multis qa Laudare sumpserint quē Dnus eleggerat; quicqd. enim scripsit preteritis in summis scripturis, prout a uobis intelligi potuit magis conuenit, noluit presumere contra scripturas procedere que, ita dicere uidentur; Responsu est a Dno: Bene dixisti de me

Thoma quia, ut scripturæ potius porrigere vident, dixit: Humiliavi intellectum in obsequium scripturarum; magis inclinabat Thomas ad illam opinionem, ut Verbum carnem assumpsisset etiam si Adam non peccasset, magisque ad illam ut Mater Dei ab originali immunis fuisset, tamen quia scripturæ in oppositum clamare videbant, timuit illis oppinionibus adherere, captivavit intellectum suum, Ideo pro talibus non solum non vapulavit ipse, autem Beatus Bernardus ut asseruisse ex viris somniat, sed propter Zelum scripturarum remunerati sunt. Tandem, ne tales opiniones radices in Ecclesia Dei immitteret, precibus Virginis Mariæ factum est, ut Joannes Scotus deinde et alij se opponerent, ut res in dubio remaneret, quousque a Pastore declararet; sed fratres tui ordinis inique agunt, dicentes, illos dixisse Virginem Mariam mulierem infamem et peccatricem fuisse et multa talia quæ deo vehementer displicent. Virgo illa diligit illum ordinem singulari affectione, et in hoc excusatum habet quia fulcitur tanta auctoritate, tamen placeret, scilicet, ut qui videbunt Ecclesiam Romanam consentire tacitam et ipsi tacite consentiret, Et qui expresse et publice ipsa consentiet, tunc et ipsi publice consentiant. Determinabitur enim approbatio de Conceptione cum honore doctoris Capiunt hoc mo-

Licet ex sacris scripturis, atque scorum doctorum sequi videant'
opoe [ex propagine de qua gemes David, canit; Ecce in ini-
quitatib. conceptus sum, et in peccatis in utero mr mea
me aluit, descendente] contrahere originale crimē, Et mariā
Matrem Dei ex tali propagine deriuatam, ipsā decā con-
fiteat; Ex quo necessario sequi videt' ipsam quo originale
contraxisse, tn qa placuit diuine pietati multis mira=
culis, et reuelationib. ondere, put et ostensu est, ipsā
ab illa gnali damnatione semp exceptā fuisse, Unde et
decā Romana a multis annis Paulati eiusmodi veri-
tati adherere cepit, et a pp eodē spu nos mouente, et alia
declarabit, et oes qui usque tunc oppositum tenuerunt nō
minus Catholicos, et orthodoxos ee quam eosque alios, et h̄moi
Et quisque tunc sequendo dicta scorum, et scripturarum snias,
oppositum potius elicietat. Et alia que, sicut deter-
minare ille, cui Deus committet. Ecce audisti, quo mo
De concordia Thome, et Scoti in questione de Beatitudine. dixit Thomas de btitudine, et quomodo Scotus; btitudo nostra
consistit in fruitione Dei, clare visi, ita ut Deus visus cla-
re sit summum bonum, et obiectum btificum, et btitudo effectiuè, et
fruitio ipsius Dei sic visi sit btitudo formalis. Consistit igitur
btitudo in Deo viso effectiuè et in amore ipsius sic visi formalis,
Et sic uterque bn dixit; Multa tibi declaraui. Redeam ad —

Sermones dni. sed q. nunc uale vir Dei, q. cito ueniã ad te; et sic
euanuit ab oculis meis. Die aut feria tertia die sequenti orate,
iterz apparuit Gabriel Angelus dicens: pax tibi fr, et dni
Dei una mecu cito comensalis futurus, qa opus breue
estuite tue; accipe pugillarez, et ut melius potes gscribe reliquos
Sermones dni. Prosequamur Lucã Euangelistã dicentez: Erat
aute doces in sinagoga eoz sabbatis; vba dni erat hec

Sermo. 9.us

Pauci sunt dies qdunus ex legis peritis, qui adest, me inter-
rogauit: qd faciendo, uitã eternã possessurus eet; Et dum qmo Deus super oia est diligendus.
mecu gcordando gsentiret, qd diligen. dnm Deu ex toto corde,
ex tota aia, ex tota mete, et ex oib. uirib., et primu sic se
ipsum. Ille nõ quesiuit de Deo, neqz de dilectione Dei, sed nesci-
ens qd dicere, Interogauit, qs e meus primus? Nõ interogauit
quis e Deus meus? qd obscurius erat, qa Insensibilius. Nõ
Interogauit, q.mo diligi pot ex toto corde ab hoie in uita
mortali existe, qmo pot sep d Deo cogitare, que oppt de se, et d.
domo sua et patria sollicitu ee. Ideo dico uobis qd pp superbiã uram
auferet. a uobis regnu Dei, et creditis cognoscere Deum quẽ
tri nescitis, sed ego cognosco eu, Ipse .n. est pr meus, et ego uo-
unigenitus filius ei. Ipus est Deus, et i spu e amandus, sed
qui amat ipm, amat et me, Et qui odit me, odit et prez meu.

qa ego, et ipse unū sumus, quomodo q. diligitis Deū, sime odio habetis? Amen, amen dico uob. qui me odit, et prēz meū, quē uos dicitis qa Deus ur̃ e, odit. Et q amat ipm et me amat, Et si me nō amat, nō pōt esse in eo amor prīs mei; Amandus ē ex toto corde Deus, ut nullū odiū i corde ergā Deū lateat, nullū cogitet. in mente, nullum sentiat, seu exercitat i sensu, uires exequat. ɔtrariū uoluntati diuiæ. Tunc n. ɔfecte amat. cū, suis legib., et mandatis nil ɔtriū in uoluntate, quæ, ē lingūz sōe, reperit. nz i cogitatiōe mētis, seu rationis, nz in Sitillatiōe sensuū neqz i motiōe uiriū corporis. dedito corde Deo, seu uoluntate dant. et reliq.ª, sz reliq.ª exprimunt. ad hoc, et uoluntas, nō solū nō uelit nō diligere, sz neqz sinat cogitationez, aut sensuz, aut motionē ullaz uiriū inferioz oppositū amoris Dei exire. Proximus at diligendus ē, nō sicut Deus, cui amor nō refert. in aliud, sz sicut tibi optas bona referen. in Deū, si te recte diligis sic et proximo tuo bona debes optare sicut et tibi, qa nō sistendo i te, aut proximo, sz tandē referendo in Deū cui. gra amanda sunt oia amabilia sz uos erratis, non intelligentes scripturas, noie proximi ɔpinquos, et qui ex gne uro st, intelligentes. Dico uob., qdqnqz Samaritanus, quē tanto psequimini odio, magis pximus ē, qz Leuitas, ut

sacerdotes, ut quisq ex tribu vra; omnis ho vob. proximus e;
quisq pot dici filius pris mei, aut esse sic vir fr e, si enim
vos putatis filios Dei esse aliquo mo, quicunq sit, ut ee possit
filij Dei, hi et fres vri sunt (sanq filij eiusdem pris, ois autem
q vobis proximus e; nolite putare solos Judeos, vel Israelitas
ee Dei fres, amen dico vob. ecce video turbam magnam Judeos
et Israelitas i oriente et occidente i aquilone, et austro.
qui iam precedunt vos i regno Dei: Nunqd abreviata e ma-
nus dni? nunqd ligavit se, ut alijs qd vobis no tribuat hre-
ditatem suam? Nolite putare, qd Deus dereliqt oes alios, pter-
vos; vos Judei vocamini et no estis, alij no nuncupantur, et
sunt, mementote sermonis mei adhuc videntib vob nullus
ex vob adimplebit. illa prophetia, vocabo no plebe mea,
et misericordiam no consecuta, miam consecutam. Et multi venient
ab oriente, et occidente, et recumbent cu prib vris, filij aut
regni ejicient, et privabitur regno pris sui; amen, Amen dico vob.
potens e Deus de lapidib his suscitare filios Israel, et A-
brahae. Iter. dico vobis nisi credideritis i illum que Pater
sanctificavit et misit i mundu, oes peribitis. Multi pistae
videntur qui no pereunt, sicut illi Galilaei, qrum sanguinem miscuit Pi-
latus cu sacrificijs eorum; Et sicut illi, xviij. quos cecidit turris in
Siloe, et occidit eos et multi vivunt et sunt perituri, multi

~~sũt~~ sunt mortui q. uiuũt, et multi uiuunt et tñ sũt mortui mor-
tui qnqȝ uiuos ad sepulcrũ deferunt, et sepeliunt eos —
amen, Amen dico uob. qui nõ credit ĩ me mortuus ẽ et
q. credit in me, etiã si mortuus uiuet, si g.º uiuere uultis —
credite, me á Deo patre p.º missũ et nunc ĩ mundũ mis-
sũ p salute mundi; qui n. credit ĩ me nõ morietr. ĩ æter-
nũ, Credite g.º ut uitã habeatis; erat at ibi mulier hñs
spiritum malũ, q. alligauerat eã tali Infirmitate añis decem
et octo, et erat inclinata, ita ut nõ posset sursũ aspicere,
uocauit eã dñs, et dix. ei, mulier dimissa es ab infirmi-
tate tua, imposuitqȝ manũ sup caput ei.º et cõfestĩ erec-
ta est, et glorificabat Deũ. Indignatus ẽ archisyna-
gogus q. in sabbato curasset et reliq.ª uide ĩ Euãg. supra
notato; Et post reprehensionẽ Iudeorũ d. supstitione diei
sabbati, posuit dñs duas similitudines d. regno Dei, hoc
ẽ d. ecc.ª militante, ex qua ggregatr. illa, q. triũphat
in cęlis, et assimilat regnũ Dei grano synapis, qd ẽ
minimũ omniũ in qntitate et in fortitudine maximũ, et
licet seminetr. ita paruulũ crescit tñ ĩ herbã magnã;
ut sit similis arbori, et uolucres Cęli requiescãt in ramis
ei.º Verũ hęc bñe exponunt, nolo immorari; Nisi te
rogo, ut aduertas, q.º mõ fides xpi tpre suo in ista uita mor-
tali

tali erat sic granu Sinapis et mortuo ipso, atque in horto posito et deinde resuscitato, crevit et facta est arbor magna, imo mons magnus, ita ut principes, et philosophi, qui sunt aves coeli requiescerent in ramis eius. stipes est Christus, Rami sunt discipuli et successores eorum; Et similiter assimilavit regnum dei fermento, quod cum parvum sit, magnam omnem massam corrumpit, hoc est fermentatam facit. Et hoc non fit, nisi prius ipsum abscondatur, quasi granum ~~frumenti~~ frumenti cadens in terram, mortuum fuit, multum fructum affert. Et ibat per Civitates et castella, docens: Et iter faciens in hierusalem. Et post accedens Capharnaum et ibi confluentibus turbis et dicentibus: patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut est scriptum in Evangelio Ioannis. VI. cap. Fecit sermonem, dicens: amen, amen dico vobis non Moyses dedit vobis panem de Celo, sed pater meus dat vobis panem de Celo verum. vide in illo capitulo usque ad finem cap.; Et de sacramento hoc, in uno loco reperies multa te docui et scripsi; Nunc scito, et animadverte, carnem Christi quidam esse realem, ut illa, quam traxit de virgine, quae sub speciebus panis realiter continet, quia ibi est revera ubi sunt accidentia panis; alia est caro Christi mystica, quae est ecclesia, et unio fidelium vel fideles ad invicem uniti fide, spe et charitate Et panis in accentibus suis designat utramque carnem vel utrumque corpus Christi, usque corporale et mysticum sed corporale secundum se mysticum non cognoscit, nec secundum se; caro et Christi realis

nota

significat carnē Christi mysticā, comedere nos semp. opportet carnē chri. mysticā, qd. nō ē aliud q̃ eē unitos charitate alijs fideliḃ. et eē membra illius corporis mystici. Et qui fide, et charitate nō ē unitus ecc.ᵃ non comedit carnē Christi, qa nō pascit.ᵗᵘʳ neq; nutrit. donis cęlestiḃ, neq; influentiā capitis suscipit, ideo neq; uiuit, sȝ ē sicut membrū putridū, ut. amputatū, Qui nō manducat carnē Christi hoc ē nō suscipit dona spūs, qa nō ē unitus carni xpi, idest eccę, nō pot. salutē ꝯsequi, siue magnus sit ille, siue paruus siue infans siue adultus, uniri corpori eccę. ē carnē Christi commedere, suscipere a capite influentiā ē comedere carnē christi, nisi manducaueritis hanc carnē xpi, mortui estis, neq; hetis. uitā ī uoḃ. Et comestio ē adeò necessaria uoḃ oiḃ, ut sicut sine fide, et charitate impossibile est placere Deo, ita et sine ista comestione placere Deo nō possitis neq; paruuli, neq; magni, ideo dixit dñs ī sermone suo: spūs ē q̃ uiuificat, hoc ē spūalis, et mystica intelligentia dat uitā, caro, idest carnalis interpretatio et uba sonāt nō pdest qcq̃, idest ualde obest, qa dat mortē, unde seqt: xba, que ego locut sū uoḃ, qn̄ dixi: nisi manducaueritis carnem filij hois et biberitis ei⁹ sanguinē nō habebitis uitā in uoḃ, spūs et uita st, qa mistice intellecta ꝯstant uitā, tn̄ xba dñi ꝯtendebant et hanc comestionē spūalē, hoc ē sumptionē

sue, carnis i sacro, similiter et sumptione Sanguinis, qui sanguis existit sb. spēb. seu accidentib. uini. Jdeirco dicens d carne quoque conedit et sanguine, ut Intelligeritis, nō. solu carne mysticā suffi-cere ad salute, sz et quoque et carne nālē, opporteat sumere et sā-guine eius i sacro. unde a pncipio Sermonis solu uocauit se pane uite, Jta ut q. ex eo manducaret, uiueret i ęternum. Litigantib. deinde Judeis et dicentib. Quomo hic pot nob. dare carne sua ad manducandu? Dns addidit difficiliora, ac si diceret, litigatis qa dixi qd panis, que ego dabo e caro mea, supprius n. se uocauerat pane, d quo q. manducaret nō moreret, sz i ęternu uiueret. De-inde exposuit, qd panis ille erat caro sua. dicebat q. Judeis: li-tigatis d hoc, qa dixi qd panis, que ego dabo p mundi Vita e ca-ro mea, dicā maiora, amē amen dico uob. qa nō solu nisi man-ducauitis carne mysticā, sz et nālē filij hois, ac et nisi biberi-tis eius sanguine nō habebitis uita in uob. sz moriemini.
Mysticā igit carne opportet oes, et semp comedere. Nālē aūt-tos solu. et quoque illa comestio e necessitatis, ista honestatis, et dilectionis, et opportunitatis, et necessitatis, solu pro tpre et loco; fit enim p comemoratione, et memoria illius maximi amoris que in humanu genus huit filius Dei, et Marie Christus dns nr. amori illi nullus amor opponendus, hoc crede, hoc tene; Deu amare creatura Infinities magis q. ab ipsa amet, ut amari

posit, firmit credē Christū, vir q̄tū hō magis uos amare, q̄m Moyses amauerit p̄p̄lm suū et natione suā, et q̄m Paulus et quoq; aliis fecit, et tn̄ unus illorū dicebat aut dele me de libro uitę, aut dimitte eis hoc peccatū, et alter cupiebat anathema ēē p̄ frīb; suis et Ideo qn̄ Deus punit et ille ho assumpt⁹ uob irascitr, Salutis irascit quoq; pre uro et tn̄ cōtēptus gemimus, et obstinatio p̄pe sua facit, ut uos ex toto derelinquat, sicut et nr̄is fecit mōlta salubria contēnentib;, nolite obdurar corda ur̄a die inuitat eis, Nolite contēnere, q̄a cōtēpt⁹ deo nr̄o sume displicet qui cū sup oīa debet amari, n̄ contēnit a creatura sua, ab illa, iniquā, que oīa bona sua ab ipso accepit et ab ipso hēt, Ergo tanta dulcedo Dei nō conuertet in maximā amaritudinē ipsorū cōtēnētiū, et corda sua sponte obdurantiū. Dicit dn̄s, ego sū panis uiuus q̄i de cęlo descendi. Viuus, q̄a hēt uitā in semetipso, sicut in ipso uita erat et q̄a uita et lux deitatis, Ideo seqt̄ et uita erat lux hoīum, et lux i tenebris lucet et tenebrę eā nō c̄phenderut. Viuus q̄a uiuificat p̄ fidē et charitatē. Viuus q̄a uiuificat resuscitando i nouissimo die; Viuus q̄a dat uitā ęternā. Panis q̄i ē, ex quo uitā cōseruat, cib; est, q̄a nutrit, et cōforat, Vnde i Bethleē natus ē, hoc est i domo pāis, Bethleē .n. dom⁹ pāis interpretatr. Et hic panis uiuus d' cęlo descendit, nō s̄m humanitatē, sed s̄m deitatem.

cui⁹ non e spiritus vivificat et nutrit, ideo dicebat Iudei; non ne hic est filius Joseph? non ne hic e cui⁹ nos novim⁹ pre et mrem? sic debet scribi replicando, Non ne e q. amittus e apud nos? Ego n. audiui illa Iudeos dicentes, et Joanne vidi ea scribente, Et alij dicebant, Non e hic e filius fabri, alij, non e hic e faber ex eo quia filius fabri; na filius, et no sequens arte pris, denoiat. ab arte tali; Illa tn arte Christus exercuit aliqn i solatiu Joseph, maxie du eer puerulus, agendo signa et diminuendo, Et du cu Joseph polire vellet, polita inveniebat, et mlta gratiose et solatiose faciebat, sic et mr. ei⁹ Maria opa q vix inchoata erat inveniebat pfecto modo completa, Et exultabat spus ei⁹ et spus Joseph in tanto filio. dicebat q. Iudei: Quomo dic hic qa de celo descendi, Et qa dns postea magis specificauit qmo sit panis, dicens panis que ego dabo p mundi vita caro mea e, ac si diceret, panis, de q. loqr caro mea e; si caro e, qmo de celo descendit? dico tibi, et caro illa de celo descendit, qa celesti virtute, hoc e opatione sanctme Trinitatis formata sine virili fuit semie; de celo descendit, qa Vbu s. unitu de celo descendit qn caro factu e; caro illa e panis, et cibus pp spu deitatis illi unitu vivificante, Caro sola no pdest quicq; no e n. cib esurias, aut nutriens, aut vivificans absq deitate et utroq mo illa Vba dni: spus e q. vivificat, caro no pdest quicq intelligent. hoc mo vidilt nunc dicto et alio, quem

supius posuim', qa q.º homo est Deus et Deus ē hõ, quęcūqꝫ dicunt.ʳ de Deo, dicũt.ʳ d hoīe, et qqq̄ꝫ dicũt d hoīe, dicũt de Deo. Vñ qa Deus ē impassibilis et creator, hõ et dicit.ʳ creator, et impassibilis, et qa hõ ē passibilis, et mortalis, Deus et dr̃ passibilis et mortalis, nã Deus Vbũ, hoīẽ assūpsit in unitate psonę, Nõ tñ hõ ē deitas, Neqꝫ Deus ē humanitas, qa Talis locutio nõ pot. ēē uera, nisi deitas et humanitas ēēnt res una oīo, sicut deitas et sapientia Dei, Neqꝫ et. pot dici, hõ assūpsit humanitatẽ, aut deitatẽ, sicut dr̃. Deus, seu Vbũ assūpsit humanitatẽ; Similr̃. dici nõ pot. hõ incarnatus ē, sīc Deus, et Vbũ incarnatũ ē, Vbũ similr̃. caro factũ ē, nõ aũt hõ caro factus ē, illa n. q. dicunt.ʳ de Vbo, inqtũ unitur hoī, nõ dicũt.ʳ d hoīe, Et illa q. d hoīe dicunt rōne unionis nõ dicũt. de Deo, Vñ hõ assūptꝫ ē, Vbũ nõ ē assūptum, assumere n. nõ ē tantũ uniri, sꝫ ē opari, et efficere ipã uniõẽ ad se, nõ tñ ad se ipãꝫ fecit illã unionẽ, nõ dicit.ʳ assūpsisse* et qũis hõ sit unitus Deo, nõ tñ fuit ea unionis, Deo hõ nõ assūpsit Vbũ, neqꝫ Deũ, aut Deitatẽ; facta igit.ʳ à Deo uniõẽ Dei, et hoīs ad se Deo Deus assumpsit hoīẽ et Vbũ assumpsit, Trinitas nõ assumpsit, Neqꝫ hõ assumpsit, facta q.º et intellecta unione Dei, et hoīs, ppriètates duaꝝ naturaꝝ diuinę, et humanę, dicunt.ʳ d se mutuo, ex eo qa sbsistũt ī una psona, Homo itaqꝫ ille, et caro illa d cęlo dicendit, qa psona illa, ī qua sbsistebat humanitas

*q.º Trinitas, etsi fecerit illam unionem a. uerò sbũ fecit unio nẽ p ipsũ fuit unitũ, dicit.ʳ assūpsisse

manitas de cęlo descendit, non per mutationem localem, ut et viri boni sentiunt) quia Deus est ubique, sed per effectum spiritualem, et quia descendit votis, et desiderijs hominum. Intellexistis charissimi de Christi corpore mistico et naturali hunc sermonem fuisse factum, et quomodo corpus misticum

per mederi igitur oportet, et vigilantes, et dormientes, et in omni etate et tempore; corpus vero Christi naturale, prout in Sacro illo magno existit, quoque pro petendo fructu redemptionis et recolenda memoria passionis Domini est sumendum. Et ut hoc viaticum nos perducat ad visionem divinitatis, quae est quasi cibatio, et ambrosia et fruitionem Dei visi, quae est quaedam potatio et nectar. Christus itaque est panis vivus, prout declaravimus, et panis verus, ac cibus verus, quia pascens, et nutriens. Ac et est potus verus ipsius sanguinis et sicut vitis vera. Non enim se assimilat viti fatue, seu silvestri, sed vitae vere, veras uvas facienti, et non labruscas, ita se hic assimilat, non cuique cibo, non cuique pani sed pani vero ex optimo tritico confecto quia ille panis vere nutrit. Sed in hoc sermone dominus quaedam inseruit, quae nos valde solent perturbare, Dicit enim: Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum; et post multa in fine sermonis subnectit: nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Illa verba domini habent simul duos sensus, specialem ad Judeos legis peritos et phariseos, et communem ad omnes. Qui Judei legem a Deo acceperant in signis et prodigijs per virum magni nominis, et magne virtutis Moijse, qui fuit cuicumque nomi-

